This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

WIDENER LIBRARY
HX J8ZF Y

Digitized by Google

Ital 4838.1.6

SIGILL : COLL : HARVARD : CANTAB : NOV : ANGL : 1650.
CHRISTO ECCLESIAE

BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE BEQUEST OF
CHARLES MINOT,
OF SOMERVILLE,
(Class of 1828,)

16 May, 1881.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


ECCLESIÆ VENETÆ
ANTIQUIS MONUMENTIS
NUNC ETIAM PRIMUM EDITIS ILLUSTRATÆ
AC IN DECADES DISTRIBUTÆ.

AUTHORE

FLAMINIO CORNELIO

SENATORE VENETO.

DECAS NONA ET DECIMA.



VENETIIS,

MDCCXXXXIX.

Typis Jo: BAPTISTÆ PASQUALI

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

EX LIBRIS
F. Andreæ de Venetiis
Cujus Anima ſit in Pace.

Digitized by Google

~~III. 1081~~
Ital 4838.1.6

1881, May 16.
Minot fund.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

JAM inde a primo operis hujus ſcribendi propoſito id conſilii cœpi, ut coactis in unum antiquis ſcriptoribus, & monumentis, optima quæque ſeligerem, iiſque quaſi fundamentis hiſtoriam hanc ſuperſtruerem, quæ commentarios omnium ſeorſim Eccleſiarum, quotquot Venetiis ſunt, paucis complecteretur. Atque hoc quidem ut nitide fieret, & ordinate, ita mihi incedendum exiſtimavi, ut initio a prima Eccleſiæ cujuslibet origine facto gradatim, & juxta temporum ſeriem ad noſtram usque ætatem deſcenderem, ea fideliter afferendo, ſive adverſa eſſent, ſive ſecunda, quæ Dei, atque hominum conſilia, quæ rerum, annorumque vices protuliſſent. Hæc mei conſilii ratio poſtulabat, ut exhiberem diplomata, & documenta, in quibus Majores noſtri memoriæ prodiderunt inſigniores eventus, hominum clariſſimorum geſta, atque munia, tum Eccleſiarum fundationes, incendia, reſtaurationes, ornamenta quæcumque, & opes additas, denique conceſſos Indulgentiarum theſauros, & Sanctorum Lipſana ex Oriente præſertim conquiſita, ac tranſlata. Atque in hoc ultimo quidem genere habet urbs noſtra, cur ſe præ cæteris magnifice efferat. Poſtquam enim Veneti cum Gallis fœderatis Græcum in Oriente Imperium feliciter maxima ex parte occuparunt, atque Conſtantinopolim repentino impetu, & auſu mirabili cœperunt, vix dici poteſt, quanta cum Religione cives noſtri ſolliciti fuerint ad comparanda Sanctorum corpora, & lipſana, quæ in locis religione dudum & Imperio florentiſſimis affatim occurrebant; Nec eo ſolum tempore conquiſitas Sanctorum Reliquias Veneti in patriam tranſtulerunt, ſed & ante Regiæ Urbis obſidionem plurima Divorum Lipſana ab Alexio Imperatore, quem auxiliari claſſe contra Normannos juverant, ſponte oblata Venetias adduxerunt, ut ex nota marginali Chronicæ Danduli in Codice

dice Ambroſiano addiſcimus lib. IX. cap. VIII. par. XI. ejusdem Chron. *Veneti ab Alexio domum remiſſi ingentia dona, inter quæ corpora Sanctorum, & alias Sanctas Reliquias reportarunt.*

Hæc porro ipſa methodus egregie me juvit, ut quo cœperam pede, conſtanter pergerem. Nimirum in inventis a me monumentis quidquid continetur, illud in rem meam accurate, & ad unguem expreſſum transfero, nec in ſpinoſis chronologiæ quæſtionibus diutius immoror, aut ad hiſtoricas controverſias dirimendas declino, in quibus omnibus plerumque ingenio, & levibus conjecturis indulgetur. Qui enim diſſertationes hujusmodi hiſtoriæ interſerunt, nectendo moras a propoſito retardantur, & in obſcuriſſimis rebus accedente partium ſtudio, aut novitatis amore facillime hallucinati perinde alios fallunt, ac ipſi falluntur. Interea tamen, vel mihi neceſſe fuit, alicubi differendo ſubſiſtere, ibi nimirum amor veri, & Venetæ Eccleſiæ gloria æquiſſimas a me vindicias poſtulabant. Non enim defuerunt Scriptores, qui per ſummam incuriam, & cum veritatis diſpendio ſacri alicujus corporis poſſeſſionem ſuis Urbibus arrogarent, ejusque apud nos revera quieſcentis gloriam nobis eripere adniterentur; atque id quidem maxime dolendum eſt, Antuerpienſes ipſos Biographos Operis Bollandiani continuatores, cum nulla alia illis ſuppeterent documenta, niſi quæ Adverſarii noſtri obtrudebant, ſuffragium illis ſuum addidiſſe. Celeberrimos hoſce viros ſingulari doctrina præſtantes, & ſanæ Critices amantiſſimos, quibus idcirco plurimum debeat Eccleſia univerſa, nec auſim, nec velim improbare, ſed omnem culpam transfero in noſtrorum hominum vel inſcitiam, vel inertiam, quos profecto opportune monumenta ſponte exhibere, vel ſaltem petentibus Antuerpienſibus diligenter quæſita dare, oportebat. Itaque veri amor, quo nihil habeo prius, & potius me impulit, ut alicubi male preſſam veritatem, & tenebris dedita opera involutam in apertam lucem evocando, verum Sanctis cultum, & debitam Eccleſiæ Venetæ gloriam reſtituerem. Exemplo ſint, quæ in Eccleſia Sancti Juliani de corpore Sancti Pauli primi Eremitæ, & in Eccleſia Sancti Joannis in Bragora de corpore Sancti Joannis Eleemoſinarii celeberrimi Patriarchæ Alexandrini diſſerui,

rui, quæ duo ſacra pignora ex certiſſimis monumentis, luce clarius eſt, Venetiis quieſcere, interim tamen apud ſe in Pannonia eſſe, non unus author ejus nationis autumat. Quod in hiſce caſibus præſtiti, idem, ſi occaſio ferat, iterum præſtabo; ſed modum non excedam, & certis limitibus coercebor. Quis enim hiſtorico non ſuccenſeat, ſi ad notam chronologicam illuſtrandam in longas controverſias evagetur, quæ hiſtoriam in immenſum extendant, lectoremque vel tædio afficiant, vel cum ingenti temporis jactura verum aſſequi jubeant? Ad me certe quod attinet, momentis in utramque partem allatis breviter & excuſſis illud unum adjicio, quod veritatem in lucem proferat, ac vindicet, nec me hiſtorici tantum partes agentem longe a propoſito dimoveat.

Quod vero, ut ajebam, ſolo veri ſtudio, & amore in his omnibus ducar, ex eo omnibus compertum, & exploratum eſſe debet, quod facta bene multa, & Venetæ Eccleſiæ honorificentiſſima clauſis oculis vorare nolui, & cum diligentius inquiſiſſem, eaque vel aniles eſſe fabulas, vel pura popularia commenta inveniſſem, amoliri ea placuit, & falſitatis aperte redarguere. In hunc cenſum referenda eſt, exempli cauſa, fundatio Cœnobii Virginum, & fictitia Fundatricis perſona. Nam Ducis Danduli accuratiſſimi ſcriptoris teſtimonio, & documentorum irrefragabilium præſidio fultus traditionem quamdam vulgarem exploſi, quæ Juliam Friderici Imperatoris filiam Monaſterium hoc Alexandri III. Pontificis Maximi tempore fundaſſe aſſerit. Hanc ego fundationem ad tempora Petri Ziani Ducis transferendam oſtendi, quum Ugolinus Cardinalis, (poſtea Gregorius IX.) Legati Apoſtolici munus Venetiis obibat.

Non igitur amor patriæ, aut Venetæ Eccleſiæ amplificandæ ardor me rapiet unquam transverſum, ſed uni veritati in omnibus æternum ſerviam, quam per ſe pulcram, & venuſtam mendacii fuco non inquinabo. Hac ipſa de cauſa exteros etiam authores conſulo; ex quo factum eſt, ut apud Gallos ſcriptores memorias invenerim ſelectas, & ordinatas de Beatis Marco & Sebaſtiano Nobilibus Venetis, & Ordinis olim illuſtris Artigiæ Fundatoribus, quas Tomo II. hujus Operis pag. 274. in Eccleſia Sancti Salvatoris exhibui. Chro-

niſtæ

Digitized by Google

niſtæ Boruſſi certiſſima mihi monumenta ſuppeditarunt ad illuſtrandam Sanctiſſimæ Trinitatis Eccleſiam antiquiſſimam, quam Rainerius Zeno Dux ibi erexit, ubi nunc Templum Sanctæ Mariæ Salutis exſurgit, prout in prima Eccleſia Decadis Octavæ vidimus. Atque hoc pacto idem veritatis amor, dum in expungendis fabulis me detinet, & ad nova ſemper monumenta quærenda, novosque authores conſulendos movet, novam mihi materiam affert, eamque ad Criticæ leges conformat.

IN-

Digitized by Google

INDEX
NONÆ DECADIS.

De Monaſterio S. Secundi in Inſula. Pag. 1

De Monaſterio SS. Coſmæ & Damiani de Judaica. 49

De Monaſterio S. Georgii in Alga. 57

De Monaſterio S. Marthæ Virginis. 86

De Monaſterio olim S. Mariæ Matris Chriſti, nunc S. Claræ. 140

De Monaſterio S. Nicolai de Tolentino Clericorum Regularium. 181

De Monaſterio S. Mariæ de Monte Carmelo. 252

De Eccleſia Parochiali S. Margaritæ Virginis & Martyris. 267

De Monaſterio S. Mariæ Glorioſæ Fratrum Minorum Conventualium. 276

De Monaſterio S. Nicolai de Lactuca Min. Conv. 308

INDEX

Digitized by Google

INDEX
DECIMÆ DECADIS.

De Eccleſia S. Rochi Confeſſoris. 313

De Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ. 330

De Eccleſia Parochiali S. Jacobi Apoſtoli de Luprio. 378

De Eccleſia Parochiali S. Joannis Baptiſtæ Decollati. 382

De Eccleſia Parochiali S. Simeonis Prophetæ. 386

De Monaſterio Jeſus & Mariæ. 393

De Eccleſia Parochiali SS. Simonis & Judæ Apoſtolorum. 403

De Monaſterio S. Mariæ a Nazareth Carmelitarum Excalceatorum. 410

De Eccleſia Parochiali S. Hieremiæ Prophetæ. 415

De Eccleſia S. Mariæ Pœnitentium. 417

DE

DE MONASTERIO SANCTI SECUNDI IN INSULA.

PRimo ab urbe milliari in ea occidentali ſtagni Veneti parte, quæ Meſtrenſis agri terminos alluit, quædam Divi Erasmi Epiſcopi & Martyris imago ligneo tabernaculo incluſa, atque viatorum venerationi ſuper paludem expoſita Templi ipſimet Divo primitus dicati (ut fertur) origo fuit. In ea, ad quam altiori prominentem ſitu procelloſo hyemis tempore, ne undis abſorberentur, confugere aſſueverunt piſcatores; devotionis intuitu erga præclariſſimum Martyrem, cujus nomine inſignita pridem fuerat quædam Veneti littoris inſula, eique adjacens portus, Nobilis Baſſa Familia anno MXXXIV. non admodum amplam erexit Eccleſiam, ædesque ei adhærentes extruxit, quas Sanctimoniales ſub Divi Benedicti regula Divinis Officiis excolerent. Cum vero in primæva ſui fundatione gravi rerum omnium inopia laborarent, Vitalis Faletrus Dux Venetiarum redditus ali-

quos, quibus alerentur, aſſignavit, ipſiusque donationis tabulas per Dominicum Clericum, & Notarium anno Mlxxxix. die vii. Septemb. Indict. xii. confici juſſit, quæ ex autographo per Joannem S. Panthaleonis Diaconum, & Notarium, authoritate Jacobi Contareni Ducis anno Mcclxxvi. die ix. Decemb. Ind. v. deductæ, atque per Agnetem Miglani S. Secundi Abbatiſſam Judicibus ad inquirendum bona communis Venetiarum conſtitutis oblata; in ipſorum ſententia lata die quinta Aprilis anni milleſimi ducenteſimi octuageſimi quarti, ex integro relata ſunt. (A) Illud autem in Faletri Ducis donatione notatu dignum eſt, quod Eccleſia S. S. Secundi & Eraſmi titulo nuncupetur, & nullo modo nominentur Sanctimoniales, quinimmo per illa verba: *& qui in ea habitant*, viri potius denotentur, quam fœminæ.

Antiquas Monaſterii Abbatiſſas enumerat Dominicus Codallius Ordinis Prædicatorum alumnus in ſuo, quod de hac Inſula concinnavit, Libello, addens Monaſterium ex vectigalibus ei per Ducem Faletrum collatis Abbatiæ titulo decoratum fuiſſe; Abbatiſſæ vero per ipſum enuntiatæ hæ ſunt.

Anno 1147. Nella fortaſſe Elena.
Anno 1190. Euphemia.
Anno 1211. Dalmatina.
Anno 1222. Giſla ex familia Grancejola.
Anno 1237. Florigenia, qua Monaſterium adminiſtrante mirabile prorſus modo delatum fuiſſe, refert ſupralaudatus Codalius, ad eam Inſulam ex Aſta Pompeja integrum, & incorruptum corpus S. Secundi Aſtenſis Martyris præclariſſimi, qui in perſecutione Adriani Imperatoris martyrii agonem apud eam urbem feliciter conſumavit. Ejus ſolemnem memoriam retulit Baronius in Martyrologio Romano ad diem xxix. Martii, Maurolicus vero ad diem xxx. ejusdem menſis, Eccleſia tamen Veneta celebrat officium de eo, in ipſa adventus ſacri corporis die, videlicet Kalendis Junii.

Translationis memoriam exhibet vetuſta epigraphe tabulæ inſcripta, atque olim Eccleſiæ parieti non longe a Martyris ſepulcro appenſa, in qua hæc leguntur: „Sereniſſimo Jacobo „Theupolo Venetiarum Principe imperante anno Mccxxxvii. „hic Civitatem Pedemontanam Aſta nuncupatam obſidione, „atque armorum vi cœpit, deprædavit, pœneque deſtruxit; Corpus

pus S. Secundi, ex ea abſtulit, in Venetiasque portavit, & in Inſula nunc S. Eraſmi collocavit, non ſine quibusdam divinitus prodigiis cœlitus oſtenſis. Et ex tunc cœpit vocari Eccleſia fabricata SS. Eraſmi & Secundi.

Seriem translationis, graveſque armorum caſus, quæ ipſam præceſſerunt, enarrat Codalius, accidiſſe hoc modo: Jacobo Theupolo Duce Rempublicam adminiſtrante Veneti adverſus Federicum Imperatorem II. hujus nominis pro conſervanda Eccleſiæ libertate, & Pontificia Gregorii IX. dignitate tuenda, ex veteri Reipublicæ inſtituto, arma ſumpſerunt, atque inſtructiſſimæ, quam paraverant, claſſi Petrum Joannem Theupulum Ducis filium præficiunt. Joannes cum copiis in Apuliam deſcendit, ibique in Pontificiam ditionem oppida multa vindicavit. Mox a Mediolanenſibus in Prætorem adſcitus valido comparato exercitu plures in ea ditione urbes, quæ Cæſari obtemperabant, & in iis Aſtam Pompejam expugnavit, ex qua corpus S. Secundi clanculum (ne rem ſubolerent Mediolanenſes) abductum Venetias miſit. Cui innitatur fundamento Codalii enarratio mihi incompertum. Aſtenſem expugnationem reticet Gualvaneus de la Flama, quem publici juris fecit inter Rerum Italicarum ſcriptores Muratorius, dumque omnia ferme ejusdem belli acta memorat, nullam de hac obſidione mentionem ingerit; quam pariter omnino prætermittunt Algerius Olſerius, & Guilelmus Ventura rerum Aſtenſium Chronologi a Muratorio in Italica Collectione allati; quamvis alias ejus urbis expugnationes, & direptiones accurate enuntient, nec Aſtenſes, exterique ſcriptores tantummodo, ſed & ipſe Venetarum rerum celeberrimus Chronologus Andreas Dandulus obſidionem Aſtenſem, & ſacri pignoris adeptionem alto ſilentio prætermittit, quem tamen credibile eſt, tanti momenti rem, ſi ita acta eſſet, nec ignoraſſe, nec reticere voluiſſe. Hæc ejus ſunt verba lib. x. cap. v. par. ix. ad annum ix. Jacobi Theupoli Ducis, qui majori ex parte, cum anno Chriſti MCCXXXVII. concurrit: " Tunc Petrus Theu„ polo Ducis natus Poteſtas Mediolanenſium cum ipſis, & „ eorum amicis contra Federicum progreditur, qui per diſtri„ ctum Brixiæ omnia deſtruebat; ſed fluvio interpoſito mini„ me prœlium commiſerunt. Tandem Mediolanenſes rever„ tuntur, & dum nihil mali ſuſpicarentur, Federicus cum mi-

Digitized by Google

„ litia ſua eos prævenit & facto in eos impetu apud Turrim
„ novam, multos ex eis cœpit, plures occidit. Sed & Poteſtas prædictus captus eſt cum Caroccio, quem Federicus damnavit ad mortem: " Diverſo, & quidem probabiliori modo ereptum fuiſſe ſacrum corpus refert membranaceum documentum a Codalio citatum, & in Archivo Monaſterii SS. Coſmæ & Damiani Venetiarum in hanc diem aſſervatum: „ Glorioſi S. Secundi corpus, in capſa plumbea reconditum „ ſub terra trecentis triginta tribus annis in civitate Aſtenſi, „ cujus eſt Patronus, abſconditum ſtetit. Poſtea vero Divina „ inſpiratione repertum, & propalatum fuit, plurimaque ſolemnia celebrata, cumque ea res fama divulgaretur, a multis orbis partibus ad viſitandum de voto corpus populi conveniebant. Ea in civitate numeroſa familia erat ex Venturis cognominata, contigit, ut nonnulli Mercatores Veneti eo evaderent, factaque conventione, quidam ex dicta familia clam corpus abreptum ipſis mercatoribus pretio tradiderunt, quod ſcelus ubi patratum eſt, illico mors in eos ſævire cœpit, ita ut ex tanto numero, novem ſolum ſuperfuerunt. Cum unus oritur, alter perit. Hujuſmodi maledictio, quæ Chriſti Crucifixoribus ſupervenit, pluribus hujus generis data eſt. Mercatores emptum Corpus Venetias portantes, collocare decreverunt in Canaregio, in Templo S. Hieremiæ, qui cum fruſtra ad ripam applicare tentaſſent, depoſitis remis, cymbam undis commiſerunt. Tandem nullo gubernaculo cymba pervenit ad locum, ubi nunc corpus repoſitum eſt. Erat ibi tunc temporis Monaſterium exiguum cum puſilla Eccleſia Sancto Eraſmo dedicata, quod religioſæ mulieres poſſidebant. Novi Sancti miraculis, plurimis eleemoſynis donatum, atque amplificatum fuit.

Hæc inter ſe diſſona documenta, quæ translationem Divi Secundi referunt, cum minime concordari poſſint, diligenti examine perpendendum eſt, cuinam potius fides ſit adhibenda.

Ea, quæ in vetuſta tabella parieti affixa afferuntur, ex ſilentio Scriptorum minus veritati congruere ſuperius agnovimus, ex eo etiam reprobanda ſunt, quod ſacrum corpus aſſerunt Venetias deductum fuiſſe anno MCCXXXVII.; cum tamen jam inde ab anno MCCXII. Aſtenſes fama accepiſſent corpus S. Martyris furtim ſublatum Venetiis requieſcere. Documentum affert

Ughel.

Digitized by Google

Ughel. in Guldotto Aſtenſi Epiſcopo ſignatum anno Domini MCCXII. Indict. XV. die Martis VII. Kal. Aprilis : Quo anno (MCCXII.) cum fama vulgaretur S. Secundi Martyris Aſtenſium præcipui Patroni corpus Venetiis eſſe, " aliqui ex Canonicis Eccleſiæ ejusdem Sancti, nimirum Alardus Præpoſitus, Michael Blandus, Scarampus, Gulliefmus de Novara, Albertus de Cathena, Conradus de Platea, & Magiſter Arteſius inveſtigare decreverunt, num forte aliqua fraude ſublatum fuiſſet : id quod ſunt executi modo in acto publico deſcripto.

Nec illud ſilentio prætereundum cenſeo, quod in calce epigraphes notatum eſt : *& ex tunc* (nempe ex anno MCCXXXVII.) *cœpit vocari Eccleſia* fabricata Sanctorum Eraſmi, & Secundi. Aſſertionem manifeſte falſitatis arguunt, tum Ducale Vitalis Faletri diploma, tum plurima monumenta ex Archivo Monaſterii S. Coſmæ deprompta, quorum antiquius centum ferme præcedit annis aſſertæ translationis tempus, in his autem monumentis titulus Sanctorum Secundi & Eraſmi, & interdum unicum S. Secundi nomen apertiſſime legitur.

1138. *Menſe Julio Indictione* I... *De infra lacu SS. Martyrum Secundi & Eraſmi....vobis Domine Aychæ Abbatiſſæ ſupraſcripti Monaſterii*. Documentum hoc integro ſæculo antecedit annum Tranſlationis in pergamena tabula ſtatutum ; Aycham quoque refert Abbatiſſam, quam Codalius in indice prætermiſit.

1147. *Menſe Januario Indictione* II. *Quod Domina Nella Abbatiſſa S. Secundi*. Nellam hanc primam Abbatiſſam poſuit Codalius, quæ ſecundo loco poſt Aycham recenſenda erat. Annus more Veneto computandus eſt, ex appoſita Indictione II. quæ anno Æræ vulgaris MCXLVIII. alligatur.

1149. *Menſe Julio Indictione* XII. *Martinus Presb. de Monaſterio S. Secundi de Rivoalto, pro inveſtitione de Nella Abbatiſſa ejusdem Monaſterii*.

1191. *Menſe Junio Indictione* IX.... *Quod Fumia Dei gratia Monaſterii SS. Martyrum Eraſmi, atque Secundi Abbatiſſa*. Fumia Veneto vernaculo ejus temporis nuncupata, idem ſonat ac Euphemia.

1192. *Menſe Novembris Indictione* XI. *Offero dicto Monaſterio S. Secundi, tempore Domine Fumia Abbatiſſæ ejusdem Monaſte-*

Digitized by Google

naſterii. Venetiis eo tempore Indictio mutabatur Græcorum more Kalendis Septembris.

1193. *Menſe Madio Indictione* XI. *Vobis Dominæ Fumiæ Dei Gratia Monaſterii Sanctorum Martyrum Eraſmi, atque Secundi Abbatiſſæ.*

1199. *Indictione* II. X. *intrante Junio*: Speronella, (quam Clar. Vir Brunatius in ſuo *delle Canonicheſſe* erudito opuſculo aſſerit, ex illuſtrioribus ſui ævi Matronis fuiſſe) in ſuo teſtamento, ſupra citata die rogato, ab Albertino Nicolai Notario Sacri Palatii legavit inter cætera Urbis Venetæ Monaſteria Sancto Secundo X. libras.

1202. *Menſe Decembris Indictione* VI. (a Kalendis Septembris numerata.) *Quod Fumia Dei gratia Monaſterii Sanctorum Martyrum Eraſmi, atque Secundi Abbatiſſa.*

1205. *Menſe Aprilis Indictione* VIII. *Fuit Dominæ Euphemia Abbatiſſa Cœnobii SS. Martyrum Secundi & Eraſmi.*

1222. *Menſe Septembris Indictione* XI. (mutata, ut ſupra diximus, Græcorum more) *Dominæ Giſle Abbatiſſæ SS. Martyrum Eraſmi & Secundi.*

1223. *Menſe Novembris Indictione* XII. (numerata Græco more) *Domina Florigenia Dei gratia Monaſterii SS. Martyrum Eraſmi & Secundi Abbatiſſa, quod voluntate & conſenſu Sororum ejuſdem Monaſterii, ſcilicet Giſlæ quondam Abbatiſſæ.*

1238. *Menſe Maii Indictione* XI. *vobis namque Florigenitæ Dei gratia Sanctorum Martyrum Eraſmi, atque Secundi Abbatiſſæ.*

Vetuſta hæc monumenta ſex vicibus nuncupationem *S.S. MM. Eraſmi, & Secundi* exhibent, bis *SS. Secundi & Eraſmi*, ter denique unicum *S. Secundi* titulum proferunt. Fuſcam *S. Secundi de Venetia* Abbatiſſam, ſuppreſſo Divi Eraſmi nomine, appellavit Alexander Papa III. datis anno MCLXXVII. die VIII. Septembris, Venetiis in Rivoalto epiſtolis ad ipſam, quibus Monaſterium S. Secundi ejuſque bona, & redditus in Beati Petri, & ſuam protectionem ſuſcepit (B). Fuſcam hanc in Abbatiſſarum Catalogo Codalius prætermiſit.

Sequioris ævi inſtrumenta unica *S. Secundi* nuncupatione ſignantur.

1266. *Menſe Septembris die* IX. *intrante Indict.* X. . . . *Vobis namque Violæ Abbatiſſæ Dei gratia Monaſterii S. Secundi de Venetiis*

Digitized by Google

netiis. Indictio inceperat Kalend. ipſius menſis Septembris.

1272. *die v. intrante menſe Septembris Indict.* 1. juxta Venenetorum & Græcorum morem ..... *Vobis Domina Viola Dei gratia Abbatiſſa Monaſterii S. Secundi, Caſtell. Diœceſis.*

1288. *Menſe Februario.... Agnes Abbatiſſa S. Secundi Martyris Diœceſis Caſtellanæ.*

1297. *Menſe Januario die penultima Ind.* x.... *D. Soror Agnes Abbatiſſa Monaſterii S. Secundi.*

Majori veritatis fundamento innituntur ea, quæ in manuſcripto Codice Archivi S. Coſmæ afferuntur, ſiquidem ex collectione Muratorii, habemus familiam *Venturam* Aſtenſem, ex qua ortum habuere ſuperius memoratus Guilelmus Chronologus Aſtenſis, atque *Secundinus Ventura Notarius Civis Aſtenſis*, cujus Chronicon inter res Italicas relatum eſt. Cum vero exiguam Eccleſiam S. Eraſmo dedicatam affert, tempora aſſignat annum MXIC. præcedentia, quo anno Monaſterium, & Eccleſia non unico titulo S. Eraſmi, verum etiam S. Secundi, ut ex Ducali donatione conſtat, appellabatur.

Ante annum itaque MXIC. translationem D. Secundi peractam fuiſſe (ſi ms. Archivi fides habenda) dicendum erit, cum ex eo tempore appellationem Divi Secundi acceperit ea Eccleſia, ut ex ſæpecitato Ducali decreto, in quo ſe agnoviſſe teſtatur. *Eccleſiam S. Secundi, & S. Eraſmi pauperimam, & maxima neceſſitate coactam*; quæ utique verba cum exiguo Monaſterio, & parva Eccleſia optime cohærere noſcuntur. Nihil itaque, quod rem impoſſibilem, ſeu fabuloſam oſtendat in vetuſto codice exhibetur; aptiſſime, ut vidimus, congruunt temporum circumſtantiæ; fidem auget, & devotionem, incorrupti corporis conſtans prodigium, quod ad noſtra usque tempora perſeverat. Aſtenſes tamen ex adverſo ſtant, atque ad tuendam poſſeſſionem ſacri pignoris apud ſe (ut ajunt) quieſcentis inveſtigationem ſub Guidotto Epiſcopo factam anno MCCXIII. in medium proferunt, poſteriorem etiam translationem objiciunt, qua ſacrum corpus, ex Cathedrali Baſilica Aſtenſi, ad propriam Eccleſiam in ſuburbio Civitatis Aſtenſis translatum fuit. Hanc, Bruningo Epiſcopo Aſtenſi, factam fuiſſe autumat, Ughel. Ital. Sac. To. IV. pag. 346. circa annum Dom. DCCCCXXXIX. cum enim in Joſepho Aſtenſi Epiſcopo attuliſſet, Caroli Craſſi diplo-

diploma datum iii. Idus Januarii anno Domini dccclxxxiii. in quo Cathedralem Eccleſiam nominat conſtructam, in honorem *Sanctæ Mariæ ſemper Virginis, & S. Secundi, ubi ejus humatum corpus requieſcit*, inferius in Bruningo Epiſcopo, *inſtrumentum commutationis* exhibet *quorundam bonorum facta anno* xiv. *Hugonis*, & ix. *Lotharii Regum* anno ſcilicet æræ vulgaris dccccxxxix. *in cujus calce hæc habentur: Actum in Suburbio Civitatis Aſtenſis, non multum longe ab Eccleſia S. Secundi, ubi ejus ſacrum corpus quieſcit. Videlicet in loco olim... Curte Ducatus ipſius Aſtenſis Civitatis in judicio reſideret Ubertus Comes ipſius Comitatus Aſtenſis, ad ſententias deliberandas*. Hujus inſtrumenti authoritate fultus Ughel. credendum eſſe aſſerit, *ſacrum corpus S. Secundi Martyris, quod teſtimonio tot Regum in Eccleſia S. Mariæ aſſervatum, & cultum fuerat, in Eccleſia illius proprio nomine dicata Bruningi tempore translatum fuiſſe;* minime tamen animadvertit illuſtris author, ſe in eodem Bruningo ad annum dcccclxii. ſubjeciſſe Imperiale Othonis Magni Diploma, quo bona *Eccleſiæ Sanctæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ Aſtenſis Epiſcopii, atque Beati Secundi, ubi ejus ſacrum corpus digne, & reverenter humatum quieſcit*, confirmantur, atque deinde in Rozone Epiſcopo, aliud exſcripſiſſe ejuſdem Othonis Decretum datum anno Domini dcccclxix. in quo enuntiatur *Eccleſia in honorem Sanctæ Dei Genetricis ſemper Virginis, dicata ubi ſacratiſſimum corpus S. Secundi humatum quieſcit*. Aliud quoque in Petro hujus nominis Secundo Epiſcopo Aſtenſi affert Diploma Henrici Regis, datum vii. Idus Februarii anno Mi. Indictione viii. quod abſque ulla S. Secundi mentione privilegia confirmat, conceſſa *Sacroſanctæ Aſtenſi Eccleſiæ in honorem Sanctæ Virginis Mariæ dicatæ*, ex quo Biographi Antuerpienſes deducunt S. Secundi Corpus ex ea Eccleſia ante deſignatum in diplomate tempus in propriam translatum fuiſſe.

Verum hæc nihil ad rem noſtram attinere arbitror cum tot annis Venetam translationem præceſſerint.

Nec unicam tantummodo Guidotti Epiſcopi inſpectionem producunt Aſtenſes, ſed & alteram quoque ſub Scipione Damiano Epiſcopo peractam Anno 1471. quam multis comitatam fuiſſe prodigiis fuſe narrat Ughel. in Aſtenſibus Tom. iv. pag. 392. Utramque tamen inventionem minime ad Secundum

Mar-

Digitized by Google

Martyrem pertinere aſſerit Codalius, qui Venetos refert ſublatis Divi Secundi Martyris exuviis aliud Sancti Homonymi Corpus ſubſtituiſſe; hujus tamen ſuppoſitionis, cum nullum afferat fundamentum, fides ſit penes authorem. Cum itaque de toto & incorrupto S. Secundi Martyris Corpore Veneti æque, ac Aſtenſes glorientur, & ad comprobanda utriuſque partis jura humanæ fere ex æquo ſuppetant rationes, mirum profecto videtur ad illuſtrandas in utraque Civitate aſſervatas exuvias ſuperna non defuiſſe prodigia. Litem dirimere conatur ſupralaudatus Abbas Ughellus in Epiſcopis Aſtenſibus, dum enim Divi Secundi Aſtenſis Epiſcopi & Confeſſoris acta refert Tom. IV. pag. 336. hæc ſubdit: „ Cæterum Secundum volunt, „ cum ipſe ex hac vita migraſſet, in Aſtenſi Eccleſia ſepultum, deinde Venetias delatum in Inſula, quæ ex ejus nomine Sancti Secundi vocatur, honorifice aſſervari. Non deſunt tamen, qui ſcribant, non hunc Epiſcopum, ſed Sancti Secundi Martyris Corpus, ille idem, qui Aſtenſibus Divus tutelaris eſt, apud Venetos eſſe, Jacobo Theupulo Duce illic translatum, quod re vera eſſe non poteſt, cum integrum hactenus S. Secundi Martyris Corpus in Cathedrali Aſtenſi ſumma veneratione aſſervetur, quod ſolemni pompa e veteri tumba ſub ara principe tranſtulit Stephanus Ajazza Epiſcopus die 25. Maii an. 1597. incluſitque in argentea capſa pulcherrime exornata; caput in argentea theca incluſum in ſacrario ſpectatur: „ Clariſſimi viri ſententiam, confirmant ea, quæ in actis *Manifeſtationis ſeu Apparitionis* anno 1471. confectis afferuntur; teſtimonium nempe *Venerabilis cujusdam Sacerdotis, tunc* (eodem anno) *in Aſta degentis, qui in Monaſterio* (Veneto) *S. Secundi plerumque in Divinis deſerviendo fuit converſatus* aſſerentis: *Caput illius S. Secundi* (qui in Veneta Inſula colitur) *non eſſe decollatum à corpore prout bujus S. Secundi militis decollatum fuiſſe apparet: & ita Sancta confitetur Eccleſia per ſuam Sacram Hiſtoriam.*

Num hiſce diebus etiam Sacrum Caput Corpori adhæreat unitum, me latet, at ſi ſejunctum modo extaret, non utique ex hoc Aſtenſis Sacerdos mendacii arguendus eſſet, cum diverſis temporibus venerabiles exuviæ ex primo in alterum, ac denique in tertium loculum deductæ fuerint, quod vix absque aliqua ipſarum læſione fieri potuiſſe cognoſcimus. Quamvis

Digitized by Google

vis autem Sacerdotis Aſtenſis in cauſa propria teſtimonium perhibentis minus firma fides eſſe videatur, id tamen fatendum cenſeo, haud ſpernenda eſſe documenta, quibus ſuffulti Aſtenſes Corpus Divi Secundi Martyris adhuc apud ſe quieſcere contendunt. Majorem veritati lucem afferre ex documentorum inopia prohibemur, hoc unum conſtat Divi Secundi Corpus (ſive ille Epiſcopus fuerit, ſive ut perhibetur Martyr) Venetias allatum fuiſſe, & in vetuſta olim Divo Eraſmo dicata Eccleſia collocatum, cujus quidem Corporis ſanctitatem plurimis Deus voluit teſtatam eſſe miraculis. Venetias itaque adductæ Divi Secundi exuviæ, cum ad Divi Eraſmi inſulam prodigioſe conſtitiſſent nautæ, pretioſam ſarcinam ſecus ſicci putei ſpondam depoſuerunt, qui exuberantibus, iiſque dulciſſimis aquis repletus, ſalubrem abundantiam, quam ex ſacri pignoris contactu recepit, nullo unquam tempore poſtea dimiſit. Hæc Codalius, cujus quoque teſtimonio edocemur, Nobilem Aſtenſem poſt vulgatam Sancti Corporis tranſlationem Venetias acceſſiſſe, ubi rei veritate comperta, dum ad Divi Sepulchrum ferventius orat, arrepta opportunitate pedis digitum cultro abſcidit, ut ſuis civibus, eo quo poterat modo, ablati theſauri dolorem temperaret. Ubi vero in patriam advenit, ſeſe ſacro digito ſpoliatum ingemuit, quare reverſus Venetias, dum Sacrum Corpus attentius perluſtrat, digitum aſpicit miro prorſus modo corpori adhærentem. Hæc Codalius.

Mirabilem hunc digitum Sanctimoniales ab Inſula recedentes ad Divi Coſmæ Monaſterium in Judaica, ubi ſeſe receperant detulerunt; alius quoque digitus ad Salodienſem Eccleſiam ignoto modo devenit; Coſta etiam Veneto Senatu concedente ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem per Didacum Guſmanum ejus apud Venetos Legatum anno MDLXXI. tranſmiſſa fuit.

Divi Secundi Corpus ter in Veneta Eccleſia translatum fuiſſe, ſi conjecturis indulgere licet, dicendum eſt, ſiquidem adhuc viſitur in Monaſterii Capitulo ligneum ſarcophagum, quo ſacra lipſana condebantur, eleganti ornatu, pictiſque Sanctorum imaginibus interius, exteriuſque decoratum, quas inter cum Divus Antonius Patavinus extet, certo deducimus poſt annum MCCXXXII. conſtructum fuiſſe, quo anno ipſum Gregorius Nonus Sanctorum faſtis adſcripſit. Ex eo ſarcophago in aliud dedu-

Digitized by Google

deductum fuiſſe Sacrum Corpus, incerto tamen tempore, ex Codalio accipimus, qui anno MDLXXXV. ejusdem translationem ad inauratum loculum chryſtallis circumornatum refert, veteremque capſam, ait, majori ex parte disruptam fuiſſe, & advenienti populo devotionis ergo diſtributam. Prima itaque translatio fuit ad ſarcophagum adhuc in Capitulo extans, ſecunda incerti temporis ad capſam fractam & disruptam, tertia anni MDLXXXV. ad vitreum loculum; quarta etiam addenda eſt anno 1692. peracta, quando celebri pompa ſacræ exuviæ incorruptæ ad marmoreum monumentum in ipſius Divi Sacello erectum deductæ fuerunt, cui quidem monumento ſuppoſita fuit hæc epigraphe.

„ Corpus S. Secundi natu Nobilis Nobilioris Martyrio 134.
„ Hoc Urbs Pedemontis Aſta ſpoliata theſauro hanc ditavit
„ Inſulam 1237. cui pia Cœnobii vota hanc excitarunt tum-
„ bam 1692.

Alternantibus interea temporum, rerumque vicibus, prædia Monaſterii in arcta rei familiaris anguſtia vendi, atque coactam ex eis pecuniam in victus quotidiani impenſas inſumi, Abbatiſſæ juſſerunt. Ex documentis adhuc extantibus apparet jam ab anno MCCLXXII. Violam Abbatiſſam nonnulla prædia vendidiſſe, cujus exemplum ſequutæ Agnes Milliani anno MCCLXXXIII. Eliſabeth Molino anno MCCCVI. Margareta Donado an. MCCCXXXII. atque Maria Lauretano an. MCCCCLXXI. Monaſterium facultatibus & redditibus olim affluens ad ſummam egeſtatem redegerunt. Temporali huic detrimento gravior inde acceſſit ſpiritualis jactura, ſiquidem inclinante Sæculo XV. Sanctimoniales adeo in regulari diſciplina diſſolutæ ſunt, ut vix nomen, habitumque Religionis retinentes corruptos ejus Sæculi mores imitarentur. Dum igitur hujus Monaſterii, aliorumque, quæ par labes infecerat, reformationem inſtituere curat omni ſtudio Senatus, atrox ſupervenit anno MDVIII. Cameracenſe bellum, in quo Reſpublica Veneta adverſus potentiores Europæ Principes ad ſua damna conjurantes fortiter ſtetit, atque hoſtiles impetus intrepide, diuque ſuſtinuit. Variante deinde præliorum ſucceſſu Hiſpani anno MDXIII. per Patavinam & Tarviſinam ditiones barbarica prorſus feritate debacchantes ad Margheriam oppidum in finibus agri Tarviſini prope Veneta æſtuaria poſitum devenerunt,

Digitized by Google

runt, ubi Venetam Urbem breviſſimo ſtagni interjectu ex adverſo proſpicientes in contumeliam potius, quam in damnum inviſæ civitatis tormentorum pilas contra ipſam exonerarunt, qua in re (teſte Codalio) hoc mirum accidit, ut nulla ex eis Divi Secundi Eccleſiam prætergrederetur, perinde ac ſi illuſtris Martyr contra impios hoſtium conatus ſe pro muro poneret ejus urbis, quam ſuis decoratam exuviis, ſua quoque protectione munierat. Octavo tandem immaniſſimi ejus belli anno pax inter diſſidentes Principes inita fuit, qua rite peracta Senatus Venetus ad optima pacis, & Religionis ſtudia ſe ſe convertit. Rem egregie adjuvit Antonius Contarenus, qui anno MDVIII. ad Patriarchalem Venetiarum Sedem aſſumptus fuerat. Hic in ipſis ſui Præſulatus exordiis perditos Sanctimonialium Conventualium mores ingemiſcens in hoc potiſſimum animum intendit, ut eas ad veterem ſanctimoniam & ſobrietatem revocaret. Ea propter cum à Romanis Pontificibus plurima Sanctimonialibus Venetiarum *exeundi earum Monaſteria & ad domos parentum ſeu aliorum ſe conferendi* indulta fuiſſent privilegia, Leonem X. Pontificem Maximum *de nimia Sedis Apoſtolicæ indulgentia*, *deque hujus indulgentiæ abuſu* certiorem reddidit, atque ab eo impetravit, ut hujuſmodi indulta libere Sanctimonialibus conceſſa revocarentur, quod Apoſtolico diplomate ſancitum fuit die 1. Auguſti anno MDXV. (C). Hæc prima fuerunt ſtatutæ reformationis initia, quibus actis, ad reformanda Monialium Conventualium Cœnobia Apoſtolica authoritate fultus ſe ſe convertit, cumque Divi Secundi Monaſterium agnoſceret majori correctione indigere, in id omne ſtudium contulit, ut collapſa Religionis obſervantia in eo reviviſceret. Aſſumpto itaque ad pium munus adjutore Gabriele Venerio, qui *Advocatorem Communis* (munus in Veneta Republica ampliſſimum) eo temporis agebat die x. Auguſti anno MDXIX. ad Divi Secundi ædes ſe contulit, ibique convocatis Monialibus Apoſtolicas primum epiſtolas, quibus ſibi reformationis onus imponebatur expoſuit, mox efficaci ſermone, piiſque adhortationibus ab improba vivendi conſuetudine eas deterrere conatus, in quanto animarum ſuarum verſarentur periculo, ipſis oſtendit, niſi retroactæ vitæ tempus ſalutaris pœnitentiæ officiis redimerent, ſtatutæque reformationis leges veluti certum ſalutis pignus exciperent.

Ad

Ad hæc, male moratæ fœminæ, ſe in eadem vivendi licentia, qua uſæ fuerant, permanere, neque arctiori legum jugo ſe ſubdere velle, repoſuerunt. Audaci itaque mulierum reſponſo commotus Patriarcha, cum ſe in levibus morbi remediis operam perdere cognoviſſet, extrema ſtatuit experiri, ea propter die XIV. ejusdem Advocatoris Communis ſocietate, & authoritate munitus iterum ad Monaſterium acceſſit, ipſumque in duas partes dividi imperavit, quarum unam Conventualibus attribuit, aſſignatoque ex redditibus Monaſterii quantum ipſis ad vitæ neceſſitates opus eſſet, vetuit edicto, ne in poſterum puellas ad Religionis conſortium aſſumerent.

His, aſſentiente, & collaudante Senatu, rite actis, die XVI. ejusdem menſis ſupralaudatus Patriarcha Vicario ſuo Generali mandavit, ut è Monaſterio Sanctorum Cosmæ & Damiani de Judaica, recens per Marinam Celſi ſub Divi Benedicti regula inſtituto, nonnullas Sanctimoniales, quas ad opus reformationis idoneas eſſe reperiret, ad Divi Secundi Inſulam traduceret, eisque reliquam reddituum partem libere reſignaret. Quatuordecim itaque Monialibus Conventualibus in una Cœnobii parte concluſis, duo ſupra viginti Moniales ex Obſervantium numero, quarum tres ſupra decem divinis Officiis & Pſalmodiæ, novem vero temporali miniſterio deſervirent, in altera ædis portione collocavit, eisque ſupralaudatam Marinam Abbatiſſam præfecit, quæ utriusque Parthenonis regimen admirabili prudentia, & pietate adminiſtravit.

Interea cum ad alios quoque Sanctimonialium Conventus, eadem laxitatis calamitate laborantes ſubſidium reformationis extendiſſet Antonius Patriarcha, exaſperatæ Conventuales turbas excitarunt, & injuſta rabie frementes Delegatum Apoſtolicum, apud Leonem Pontificem appellatione interpoſita criminatæ ſunt, quaſi ex ſuæ voluntatis arbitrio redditibus ablatis ipſas ad intolerabilem egeſtatem adduxiſſet. Cum vero univerſa Conventualium Monaſteria, quibus reformationis auxilium præſtitum fuerat, alterum ex alterius exemplo appellaſſent, ne hoc laudatiſſimum opus, quod optima habuerat initia, omnino deſtrueretur, Pontificem exoravit Patriarcha, ne appellationes hujusmodi in Romana Curia admitterentur, quarum ſubſidio laxitatis damnum latius ad perniciem animarum in dies manare noſcebatur. Annuit Romanus Pontifex,

Digitized by Google

ſex, datisque die XIX. Julii ejusdem anni ad Antonium litteris, quas ad Monaſterium S. Joannis Lateranenſis exhibebimus, univerſas appellationes & lites *ſuper moleſtationibus & inquietationibus*, ut aſſerebant, *ipſis & eorum bonis, & ſupra introducendis perſonis alienigenis in earum conſortium* ad ſe advocavit, *litesque inde introductas penitus* extinxit; ipſasque Monaſteriorum & reddituum *diviſiones*, atque Monialium *translationes & introductiones* authoritate apoſtolica confirmavit, quod & iteratis die XII. Octobris ejusdem anni Pontificiis epiſtolis ampliſſimis verbis approbavit, *Abbatiſſis, & Monialibus Conventualibus præfatis ſuper præmiſſis perpetuum ſilentium* imponens atque *irritum & inane* decernens, *quidquid ſecus attemptari* contigiſſet.

Sub hæc ferme decreta ſæpelaudatus Patriarcha Marinam Celſi Abbatiſſam, & alias Sanctimoniales e Cœnobio Sanctorum Cosmæ & Damiani eductas, in Reformatrices & Gubernatrices Monaſterii S. Secundi rite deputavit, atque in regimen bonorum, juriumque ſuorum induxit, & authoritate apoſtolica ita utrumque Monaſterium conjunxit, ut ambo in poſterum uno capite regerentur, quam *incorporationem* ſolemni *inſtrumento* Antonii Patriarchæ contentam, Pontificiæ confirmationis diplomate roboravit, dàtis Romæ ad Marinam Abbatiſſam epiſtolis die v. Julii anno MDXXI. (D) Ejusdem anni die XXIV. menſis Septembris idem Pontifex unionem ſupradictam, & *nonnulla* alia, quæ pro *commodo & obſervatione* dictæ reformationis egerat prudentiſſimus Præſul ampliſſimo diplomate confirmavit, (E) cumque *adhuc parum ſupereſſet ad conſumationem tam laudabilis operis*, Patriarcham meritis laudibus cumulatum excitavit, ut *impoſitum ſuæ curæ dictæ reformationis opus ſollicite & prudenter, ut jam cœperat, ad debitum finem perducere ſtuderet, omnibusque & ſingulis, cujuscumque conditionis ſub excommunicationis, & maledictionis æternæ pœnis inbibuit, ne bonum reformationis opus inchoatum tacite, vel expreſſe quovis quæſito ingenio perturbarent*; quo etiam diplomate ſtatuit, ut quæ *Conventuales Moniales nondum ad reformationis normam reductæ extra clauſtra* vagarentur, ad ſua Monaſteria, etiam vi adhibita, reducerentur.

Cum itaque ſe Apoſtolicis præceptis & minis urgeri, ac premi cognoſcerent Moniales, omneque appellationum effigium

ex

ex Patriarchali providentia eſſe omnino ſublatum, ira metuque animum verſante Principis clementiam exorarunt, ne ſe, quarum plurimæ e Patritio ſanguine procreatæ erant, e propriis Monaſteriis expelli, atque ipſarum hæreditatem ad alienos verti, pateretur. Decreto itaque Decemviralis Conſilii, (quod ex additis in curæ conſortium Senatoribus *Conſeio de X. con la Zonta* vocabatur,) tres eximiæ prudentiæ viri Dominicus Triviſanus Eques & Divi Marci Procurator, Joannes Baptiſta Ericcio, atque Joannes Marcello delecti fuerunt, quibus totius rei negotium ex ſuprema Dominii authoritate delegatum eſt, ut ſimul cum optimo Præſule, ea, quæ juri, & optimæ reformationis utilitati opportuna erant, diligenter expenderent, atque unanimi voto definirent. Die itaque indicta, quæ fuit XXIX. Octobris anni MDXXI. convocatis Conventualium pariter, & Obſervantium Procuratoribus, certas leges pro redditiuum diviſione ſtatuerunt, quibus utriusque partis neceſſitati æqui bonique conſultum fuit. (F)

Igitur cum nihil intentatum reliquiſſent Sanctimoniales, ut in anteactæ vitæ inſtituto diutius permanere poſſent, ſuosque conatus in irritum quacumque ex parte cecidiſſe, cognoſcerent; nonnullæ ipſarum, ſanctiſſimas reformationis leges amplexatæ ſunt, aliæ vero ad Conventualium Monaſteria, in quibus laxioris vitæ ratio adhuc vigebat, ſe contulerunt. Has inter Clara Suriano Conventualium S. Secundi Abbatiſſa, atque Clara Bono ejus neptis, quæ ſolæ ex Conventualibus S. Secundi ſupererant, ad Sanctæ Mariæ de Virginibus Cœnobium ſe transferri exorarunt, quod die XIX. Febr. anno MDXXIII. factum fuiſſe teſtatur publicum Inſtrumentum hac ſuper re Patriarchali mandato confectum.

Poſt hæc Marina Celſi, ut ad ſuum Sanctorum Coſmæ & Damiani Monaſterium cum ſuis Monialibus redire poſſet, impetravit, ubi haud multo poſt, cum nonageſimum primum ætatis ſuæ annum attigiſſet, & quatuor Monaſteria diverſis temporibus ſanctiſſime adminiſtraſſet, migravit ad Sponſum die XXV. Auguſti eodem anno MDXXIII.

Unanimi Sanctimonialium voto, defunctæ Fundatrici in munere ſuffecta fuit Chriſtina Throno die XXIX. ejusdem menſis, cujus electionem non ſolum confirmavit Patriarcha, ſed & coadjutricem & viceabbatiſſam ſupradictæ Claræ

ræ (quæ etſi ad Monaſterium Virginum translata titulum tamen Abbatiſſatus S. Secundi, ut ex Clementis VII. Bulla deducitur, ſibi retinuerat) *in regimine & adminiſtratione dicti Monaſterii S. Secundi præfecit, & deputavit*.

Chriſtina itaque utriusque Monaſterii Abbatiſſa & adminiſtratrix, cum nulla amplius in loco S. Secundi degeret Sanctimonialis, a Romano Pontifice Clemente VII. obtinuit, ut omnes redditus & proventus *prædicti Monaſterii S. Secundi, ab eo perpetuo ſepararentur, & eidem Monaſterio Sanctorum Coſmæ & Damiani perpetuo applicarentur*, & appropriarentur. Die XXII. Maii anno MDXXIX. datum fuit Romæ diploma, quo Patriarchæ Venetiarum, qui tunc temporis erat Hieronymus Quirinus, conceſſum fuit, ut *Monaſterium S. Secundi habitari, illiusque Eccleſia per Clericos ſæculares vel regulares faceret in Divinis deſerviri* (G). Biennio inde transacto, *cum præfatus Patriarcha Monaſterium & Eccleſiam S. Secundi alicui* committere neglexiſſet, Clemens VII. qui ab eo redditus quoſcunque ſeparaverat, de ſacri loci ſolitudine certior factus Jacobo Piſauro *Epiſcopo Paphenſi in Civitate Venetiarum reſidenti*, per Apoſtolica ſcripta die XXII. Augusti anno MDXXXI. commiſit, ut *in dicto Monaſterio Sancti Secundi nomen Monaſterii, & dignitatem Abbatiſſalem extingueret, illiusque ſic ſuppreſſi* ædes & Eccleſiam *religioſis*, de quibus ſibi videretur, *pro eorum perpetuis uſu & habitatione cum conſenſu Ducis & Dominii Venetiarum concederet, & aſſignaret*, utque ipſi *Clerici & Religioſi pro ſalute Fundatorum & benefactorum dicti ſuppreſſi Monaſterii preces Altiſſimo commodius effundere, & conſervationi loci intendere, ac facilius ſuſtentari poſſint*, ex tot proventibus olim ad idem ſuppreſſum Monaſterium ſpectantibus, prout ipſi honeſtum videretur, a Monaſterio Sanctorum Coſmæ & Damiani ſepararet, eidemque ſuppreſſo Monaſterio, ſive illius fabricæ & Eccleſiæ perpetuo applicaret, & appropriaret. (H)

Apoſtolica mandata executioni mandavit die XIII. Junii anno MDXXXIV. Epiſcopus Paphenſis, nomenque Monaſterii, Benedictinum Ordinem & Abbatiſſalem dignitatem in Inſula S. Secundi penitus extinxit, facultatem tamen ſibi retinuit ipſum Monaſterium, cui ſibi videretur Religioſo ordini ex Pontificio præſcripto aſſignandi.

An-

Digitized by Google

Anno inde ſequenti, MDXXXV. Duce Andrea Gritti, & Veneto Senatu aſſenſum præbentibus, Inſula S. Secundi, cui ex antiquis redditibus reſtituta fuerant CCL. annua argentea, (Ducatos Veneti vocant) Ordini Prædicatorum, ejusque Romanæ Provinciæ, quæ tunc magna obſervantiæ laude vigebat a ſupralaudato Epiſcopo Paphenſi aſſignatur, donationem excipiente ſuæ Religionis nomine Zacharia Lunenſi egregio illius ævi concionatore, qui poſſeſſionis ineundæ facultatem a Generali Ordinis Magiſtro, anno præcedenti epiſtola Toleti data, ſuſceperat.

In Deo Filio ſibi dilecto Fr. Zachariæ Lunenſi Ord. Præd. Fr. Joannes de Finario S. T. Prof. & humilis ejusdem Ord. Generalis Magiſter Salutem, & Spiritus Sancti conſolationem.

„ Deſiderando, che la gloria e il frutto dell'Ordine noſtro
„ con il profitto ſpirituale vadino ogni dì creſcendo, & am-
„ pliandoſi facilmente alle pie ſopplicationi inclinati con l'aut-
„ torità dell'Offitio noſtro, e tenore delle preſenti, Noi Fr.
„ Gio. ſopradetto, concediamo a voi Fr. Zacharia (nel qua-
„ le e per zelo delle anime, e per la dottrina, e grazia del-
„ le predicazioni molto ſe confidiamo) la facoltà, e licenzia
„ di poter accettare, e incorporare all'Ordine noſtro la Chie-
„ ſa, e Monaſterio di S. Secondo negli giorni paſſati offerto
„ a voi da Nob. e Magnif. Venetiani, e qualſivoglia altro
„ loco, il quale con la prudenza voſtra alla reforma, e modo
„ del vivere oſſervantiale giudicarete congruo, & opportuno.
„ Dove con i compagni ſecondo le forze voſtre ſtudierete di
„ comenciare la detta Riforma, e con ogni modo a voi poſ-
„ ſibile di vivere ſecondo la regola, e forma delle noſtre
„ Coſtitutioni. Commettiamo ancora alla deſtrezza, e con-
„ ſcienza voſtra tutte quelle coſe, che giudicarete neceſſarie
„ per tal modo di vivere a loco e tempo in detto Monaſte-
„ ro di eſſere ordinate, & oſſervate. Con queſto ordine eſpreſ-
„ ſo, che il detto Convento immediatamente ſotto la noſtra
„ cura, fin che per noi altro non ſia deliberato, habbia da
„ perſeverare. Et col tenore delle preſenti facciamo la Pater.
„ V. Primo Vicario di queſto Convento, e Monaſterio, con
„ tutta l'auttorità ſolita darſi agli Vicarii (mortuo, vel amo-

„ to Priore .) In quorum fidem . Datum Toleti die 15. De-
„ cembris 1534.

Alia quoque epiſtola anno ſubſequenti ab Urbe Hiſpali miſſa Duci Venetorum gratias egit idem Generalis enixe exorans, ut quod laudabile opus publica religio incœperat, ad optatum finem pari pietate perduceret.

SERENISSIMO PRENCIPE.

„ HAbbiamo inteſo dal diletto noſtro Figlio F. Zacharia
„ Luneſe Toſcano, appreſſo la Ser. V. digniſſimo Pre-
„ dicatore, con quanta humanità, e zelo ſe ſia compiaciuta
„ a noſtro comune benefitio di concedergli loco, e tempora-
„ li ſuſſidii per fabricare un Convento a uſo della Reforma
„ di coteſto noſtro Ordine, il che certamente ci è ſtato gra-
„ tiſſimo, ne dubitiamo non ſiano col patrocinio, e tutela di
„ V. Ser. per congregarſi preſto in detto luogo huomeni di
„ Santità, e di dottrina illuſtri, i quali habbiano da eſſere
„ in quella voſtra inclita Città di molto utile giovamento,
„ e ſpirituale conſolatione. E tanto più ne ſiamo certi, e ſi-
„ curi, quanto che per longa eſperienza conoſciamo il Padre
„ a lor deſtinato eſſere huomo di ſingolare integrità, e reli-
„ gione. Noi per debito dell'offitio noſtro, tutte quelle gra-
„ tie immortali, che ſono poſſibili a trovarſi vi rendiamo.
„ Offerendoſi promtiſſimi a comandare, che ſi facciano calde
„ orazioni in tutto l'Ordine noſtro per il felice ſtato, e man-
„ tenimento della glorioſiſſima Republica Voſtra. Suplicando-
„ vi in fine delle preſenti, che avendo incominciata un opra
„ coſi ſanta, vogliate per benignita voſtra al debito fine con-
„ durla; perche oltre il merito che appreſſo Dio ne acqui-
„ ſterete tale ſarà la laude, e gloria voſtra appreſſo il mon-
„ do, che mai più in niun ſecolo ſia dimenticata. Ci diſpia-
„ que, e grandemente ci duole, che in abſenza noſtra quel-
„ la Republica, circa la diſpoſitione del Monaſtero del Cor-
„ po di Chriſto, non ſia rimaſa pienamente ſodisfatta, ma ſe
„ la volontà ſua a noi fuſſe ſtata dichiarata, poteva il tutto
„ a beneplacito ſuo eſſere beniſſimo adempito. Ma poiche co-
„ ſi è piaciuto a Dio, paſſi, che all'avenire preſtandoci egli
„ gratia ogni coſa ſarà beniſſimo commeſſa, & ordinata. Per-

„ cio-

„ cioche la volonta noſtra è tale, e faremmo pronti con ogni
„ affetto a metterla in eſſecutione, quando ſe degni coman-
„ darci, come hora con le preſenti in ogni occaſione ſe gli
„ offeriamo. Quæ valeant æternum felices.

Die 20. Maii 1535. in Hiſpaniis ab Urbe Hiſpali.

Fr. Jo. de Finario Vaſco Servus &c.

Interea dum novis incolis domicilium aptatur, Presbyter quidam, cui Sanctimoniales ad propria redeuntes Eccleſiæ cuſtodiendæ curam commiſerant, cum ſibi a loco recedendum fore cognoviſſet, diabolico actus furore, anno MDXXXIX. ignem tectis applicuit, quo, ex ædium vetuſtate momento temporis in immenſum ſuccreſcente Monaſterium totum, atque potior pars Eccleſiæ miſerandum in modum conflagrarunt; at ubi Sacellum, in quo Divi Secundi corpus quieſcebat, attigerunt furentes flammæ, perinde ac ſi venerabile corpus venerarentur, retroceſſerunt, atque intra ambuſta clauſtra ſubſidentes extinctæ ſunt.

Ex incendii ruinis Monaſterium emerſit, ſupralaudati Fratris Zachariæ ſtudio, qui ea qua præſtabat Divini eloquii facundia piorum eleemoſynas ad ſacrarum ædium reſtaurationem egregie corrogavit.

Quinquennio in Romanæ Provinciæ jure ſtetit reædificatum S. Secundi Cœnobium, donec anno MDXL. cum Monaſterium S. Dominici regeret Stephanus Uſusmaris, poſtea ad Generale Ordinis Magiſterium evectus, de Monaſterio S. Secundi ad Provinciam Galliæ Ciſalpinæ deducendo, actum eſt; adnitente in primis Salvatore Brixienſi, qui in eo Cœnobio habitum religionis, ſub Bartholomæo Spina Piſano Vicario Generali aſſumpſerat. Hic emiſſa profeſſione, cum in eo Cœnobio, quod poſt ſupralaudati Bartholomæi diſceſſum in ſtudiorum diſciplina laxatum erat, minus opportune ſacris litteris ſe operam dare poſſe cognoſceret, inhibitumque ei fuiſſet ad Galliæ Ciſalpinæ Provinciam tranſire, occulte Bononiam petiit, ubi a Joanne Baptiſta Mediolanenſi Provinciali Magiſtro libentiſſime exceptus animum ad hoc adjecit, ut in recepti beneficii gratiam Venetum Divi Secundi Monaſterium ſupradictæ Provinciæ adnecti niteretur, cujus voti compos factus

Digitized by Google

„ to Priore .) In quorum fidem . Datum Toleti die 15. De-
„ cembris 1534.

Alia quoque epiſtola anno ſubſequenti ab Urbe Hiſpali miſſa Duci Venetorum gratias egit idem Generalis enixe exorans, ut quod laudabile opus publica religio incœperat, ad optatum finem pari pietate perduceret.

SERENISSIMO PRENCIPE.

„ HAbbiamo inteſo dal diletto noſtro Figlio F. Zacharia
„ Luneſe Toſcano, appreſſo la Ser. V. digniſſimo Pre-
„ dicatore, con quanta humanità, e zelo ſe ſia compiaciuta
„ a noſtro comune benefitio di concedergli loco, e tempora-
„ li ſuſſidii per fabricare un Convento a uſo della Reforma
„ di coteſto noſtro Ordine, il che certamente ci è ſtato gra-
„ tiſſimo, ne dubitiamo non ſiano col patrocinio, e tutela di
„ V. Ser. per congregarſi preſto in detto luogo huomeni di
„ Santità, e di dottrina illuſtri, i quali habbiano da eſſere
„ in quella voſtra inclita Città di molto utile giovamento,
„ e ſpirituale conſolatione. E tanto più ne ſiamo certi, e ſi-
„ curi, quanto che per longa eſperienza conoſciamo il Padre
„ a lor deſtinato eſſere huomo di ſingolare integrità, e reli-
„ gione. Noi per debito dell' offitio noſtro, tutte quelle gra-
„ tie immortali, che ſono poſſibili a trovarſi vi rendiamo.
„ Offerendoſi prontiſſimi a comandare, che ſi facciano calde
„ orazioni in tutto l' Ordine noſtro per il felice ſtato, e man-
„ tenimento della glorioſiſſima Republica Voſtra. Suplicando-
„ vi in fine delle preſenti, che avendo incominciata un opra
„ coſi ſanta, vogliate per benignita voſtra al debito fine con-
„ durla; perche oltre il merito che appreſſo Dio ne acqui-
„ ſterete tale ſarà la laude, e gloria voſtra appreſſo il mon-
„ do, che mai più in niun ſecolo ſia dimenticata. Ci diſpia-
„ que, e grandemente ci duole, che in abſenza noſtra quel-
„ la Republica, circa la diſpoſitione del Monaſtero del Cor-
„ po di Chriſto, non ſia rimaſa pienamente ſodisfatta, ma ſe
„ la volontà ſua a noi fuſſe ſtata dichiarata, poteva il tutto
„ a beneplacito ſuo eſſere beniſſimo adempito. Ma poiche co-
„ ſi è piaciuto a Dio, paſſi, che all' avenire preſtandoci egli
„ gratia ogni coſa ſarà beniſſimo commeſſa, & ordinata: Per-

„ cio-

„ cioche la volonta noſtra è tale, e ſaremmo pronti con ogni „ affetto a metterla in eſſecutione, quando ſe degni comandarci, come hora con le preſenti in ogni occaſione ſe gli „ offeriamo. Quæ valeant æternum felices.

Die 20. Maii 1535. in Hiſpaniis ab Urbe Hiſpali.

Fr. Jo. de Finario Vaſco Servus &c.

Interea dum novis incolis domicilium aptatur, Presbyter quidam, cui Sanctimoniales ad propria redeuntes Eccleſiæ cuſtodiendæ curam commiſerant, cum ſibi a loco recedendum fore cognoviſſet, diabolico actus furore, anno MDXXXIX. ignem tectis applicuit, quo, ex ædium vetuſtate momento temporis in immenſum ſuccreſcente Monaſterium totum, atque potior pars Eccleſiæ miſerandum in modum conflagrarunt; at ubi Sacellum, in quo Divi Secundi corpus quieſcebat, attigerunt furentes flammæ, perinde ac ſi venerabile corpus venerarentur, retroceſſerunt, atque intra ambuſta clauſtra ſubſidentes extinctæ ſunt.

Ex incendii ruinis Monaſterium emerſit, ſupralaudati Fratris Zachariæ ſtudio, qui ea qua præſtabat Divini eloquii facundia piorum eleemoſynas ad ſacrarum ædium reſtaurationem egregie corrogavit.

Quinquennio in Romanæ Provinciæ jure ſtetit reædificatum S. Secundi Cœnobium, donec anno MDXL. cum Monaſterium S. Dominici regeret Stephanus Uſusmaris, poſtea ad Generale Ordinis Magiſterium evectus, de Monaſterio S. Secundi ad Provinciam Galliæ Ciſalpinæ deducendo, actum eſt; adnitente in primis Salvatore Brixienſi, qui in eo Cœnobio habitum religionis, ſub Bartholomæo Spina Piſano Vicario Generali aſſumpſerat. Hic emiſſa profeſſione, cum in eo Cœnobio, quod poſt ſupralaudati Bartholomæi diſceſſum in ſtudiorum diſciplina laxatum erat, minus opportune ſacris litteris ſe operam dare poſſe cognoſceret, inhibitumque ei fuiſſet ad Galliæ Ciſalpinæ Provinciam tranſire, occulte Bononiam petiit, ubi a Joanne Baptiſta Mediolanenſi Provinciali Magiſtro libentiſſime exceptus animum ad hoc adjecit, ut in recepti beneficii gratiam Venetum Divi Secundi Monaſterium ſupradictæ Provinciæ adnecti niteretur, cujus voti compos factus

ctus eſt Alberto Magiſtro Generali Ordinem regente. Suſcepto itaque Magiſtri Generalis mandato, & Veneti Senatus conceſſione (I) Angelus Bragadenus, eo tempore S. Dominici Venetiarum Prior, Epiſcopus poſtea Vicentinus, Joannem Foreſtum Vicarium, & Archangelum Venetum, qui Inſulæ poſſeſſionem inirent, deſtinavit.

Iis temporibus ea Eccleſiæ portio, quæ ex ſuperius enuntiato incendio illæſa permanſerat, in præceps corruit, qua in re mirum accidit prodigium: geminæ enim trabes quibus tectum fulciebatur, ſorte cancellatim diſpoſitæ ita in occurſum ſibi obſtantes deciderunt, ut Sancti Martyris monumentum potius quam opprimere, ab imminenti ruina tueri potuerint.

Poſt hæc anno MDLXXVI. peſtifera lue per Venetam Urbem fœde graſſante, Divi Secundi Inſula excipiendis peſte infectis S. C. deſtinatur, cumque ſedata morbi vi Patres ad Clauſtra rediiſſent, ſqualida loci facie deterriti Cœnobium deſerere, atque ad Divi Dominici Monaſterium redditus transferre, & ſacrum Martyris corpus adducere deſtinarunt. Suprema tamen Senatus authoritate compulſi, ne ad alterius inſtituti viros ædes & Inſula tranſirent, anno MDLXXVII. die XVI. Maii Cœnobium ingreſſi detrimenta ipſius, quo licuit modo repararunt, quæ circa tempora antiquus Sanctiſſimi Martyris cultus, ex tot loci vicibus pene extinctus, patratis ejus interceſſione prodigiis mire renovatur. Alexandro enim Manerba Monaſterium adminiſtrante, nonnulli a Dœmonibus vexati, dum ad ſacri corporis aram adducti, ipſum lacrymantes venerantur, ſathanæ vinculis eximuntur, plurimique ab imminenti furentis procellæ periculo invocato Secundi nomine liberantur. His adductus Hippolytus Maria a Monte Regali Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſter edita die XXVIII. Jun. anno MDLXXXXII. conſtitutione ſancivit, ut tanti Martyris feſtum etiam in Divi Dominici Cœnobio ritu ſolemni celebraretur.

Nos Fr. Hippolitus Maria Beccaria de Monte Regali Sac. Theol. Profeſſor ac Totius Ordinis Prædicatorum humilis Generalis Magiſter & Servus.

„ I. Ordinamus, & ſtricte mandamus Venerabili Vicario loci S. Secundi pro tempore exiſtenti, quod tum de die, cum
„ de

„ de nocte ardere faciat lampadem ante Corpus, & Reliquias „ glorioſi Martyris S. Secundi, qui illam Inſulam protegit, & „ elegit ſuam.

„ II. Quod feſtum ejus ſi Dominica Prima Julii fieri ne- „ quaquam potuerit, fiat in aliqua feria, ſive de Dominica ſe- „ quentibus & vacantibus a P. P. in eo loco ſtantibus.

„ III. Quod in Conventu S. Dominici Venet. eadem Domini- „ ca prima Junii celebrent ſub feſto dup. Officium de dicto San- „ cto Martyre.

Templum a labe incendii, atque ruinæ reſtitutum conſecravit, anno MDCVIII. Fr. Angelus Baronius Aſcrivii Epiſcopus, ut notat marmorea epigraphe, quam in perenne rei monumentum incidi juſſit Dominicus Codalius Monaſterii Prior & Chronologus, qui hac conſecrationis ſolemnitate Hiſtoriæ, quam de D. Secundi Cœnobio concinnaverat, finem impoſuit.

„ Vetus hoc Dei Templum a labe incendii, atque ruinæ „ reſtitutum, cum prius ad honorem S. Eraſmi Epiſcopi ſub „ die 25. Sept. feſtum Dedicationis coleret, in craſtino demum „ Chriſti Transfiguratione a Fr. Angelo Baronio Catareno An- „ tiſtite ad gloriam S. Athletæ Secundi, F. Dominico Codalio „ de Urceis Monaſterii Præfecto, ac D. Petro Boni rogantibus „ conſecratum eſt, atque indulgentiis exornatum Anno D. 1608.

Lapſis inde non admodum multis annis cum Provinciæ præfecturam ſuſcepiſſet Petrus Martyr Degna, primus omnium ad ſtrictiorem regulæ obſervantiam in aliquem ſuæ Provinciæ locum invehendam animum adjecit, cui rei Venetum Monaſterium S. Secundi, utpote ab urbano ſtrepitu remotum opportunius fore judicavit. Acri igitur ſtudio antiquam Inſtituti diſciplinam illud in Cœnobium invexit anno MDLIX. Nec multo poſt anno ſcilicet ſubſequenti ejus hortatu Comitia Provincialia Patavii convocata, Leonoro Rizzardo ad Provinciæ regimen aſſumpto, mandaverunt: *Ut quamprimum confirmatus fuerit ad viſitationem S. Secundi ſe transferat: ibique toto conatu ſtudeat, & curet ſtrictiorem Obſervantiam menſibus elapſis maxima cum ſæcularium totiusque Civitatis ædificatione, nec non cum ingenti ejusdem Conventus temporali proventu introductam reſtaurare, & reſtauratam conſervare.*

Injunctum ſibi ex Comitiorum Decreto munus ut exequetetur Rizzardus Venetias ad Inſulam S. Secundi ſe contulit, cum-

Digitized by Google

cumque collapſæ diſciplinæ cauſas ſciſcitatus fuiſſet, plurima ſtatuit ad inſtaurandam Regulæ obſervantiam apprime opportuna. Ex ejus Decreti exordio agnoſcimus *Conventum S. Secundi Venetiarum pro ſtrictiori obſervantia* primum omnium *fuiſſe deputatum*. " Nos F. Leonorus Rizzardi Sacræ Theologiæ
" Magiſter, ac Provincialis Provinciæ S. Dominici Ordin. Præd.
" exiſtentes in actuali viſitatione hujus noſtri Conventus S. Se-
" cundi Venetiarum, ex commiſſione ſpeciali Reverendorum
" admodum Patrum Definitorum Capituli Provincialis Pata-
" vii nuper celebrati; attendentes, ſupradictum Conventum,
" nedum quando primum fuit Religioni noſtræ conceſſum,
" verum etiam poſtea multoties, præcipue vero paucis abhinc
" menſibus pro ſtrictiori obſervantia deputatum extitiſſe: quibus
" nimirum Moderatoribus Religionis, ac Provinciæ decentiſ-
" ſimum ſemper viſum fuit, ut in hac inclyta totius Sereniſs.
" Dominii Principe Civitate unus ſaltem Conventus exiſte-
" ret, in quo adamuſſim obſervarentur noſtri Ordinis inſtitu-
" ta, ſicque efficacius Regularis obſervantiæ ſplendor ſe ab
" ipſo capite per totum Provinciæ corpus effunderet: adhæ-
" rentes etiam pio deſiderio, tum Sereniſſimæ Reipublicæ Du-
" cis, (Dominici Contareni) & quamplurium hujus inclytæ Ci-
" vitatis Nobilium, cum Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Dom. Nun-
" tii Apoſtolici (Jacobus Altovitus Archiepiſcopus Athenienſis)
" nec non Reverendiſſimi noſtri Ordinis Generalis Magiſtri,
" (Jo. Baptiſtæ de Marinis:) qui omnes hujuſmodi ſtrictiorem ob-
" ſervantiam in ipſo Conventu fundari, & in dies magis augeri
" vehementer peroptant. Idcirco authoritate Officii noſtri decla-
" ramus, ac decernimus, hunc Conventum S. Secundi Venetia-
" rum pro eadem ſtrictiori obſervantia eſſe deputatum, ſicuti de
" facto ipſum deputamus. Statuentes in eodem deinceps ea omnia
" & ſingula obſervari debere pro viribus, quæ in Conſtitu-
" tionibus noſtris pro ſtrictiore obſervantia ſancita ſunt. Spe-
" cialiter vero Ordinationes infra poſitas omnino exequendas
" mandamus &c. Datum in noſtro Conventu S. Secundi Ve-
" netiarum die 11. Junii 1660. Ita eſt Fr. Leonorus Rizzardi
" Magiſter Provincialis, F. Andreas Tronus Lector ac Proſocius.

Inducta itaque in loco obſervantioris vitæ ratione, novus Prior Cœnobio præfectus fuit Baſilius Pica, Urbi Venetæ, ubi verbum Dei apoſtolice diſſeminaverat, imprimis acceptus. Baſilio, ſtu-

dio

dio religionis ſeſe adjunxerunt viri dignitate, & doctrina in Provincia præſtantiſſimi, qui poſthabitis mitioris vitæ commodis ad optimi viri ductum arbitriumque ſeſe omnino contulerunt. Hos inter memoratu digni ſunt, ſuperius laudatus Petrus Martyr Degna, qui Provinciæ Præfecturam laudatiſſime adminiſtraverat, Andreas Thronus Cœnobii Tarviſini olim Prior, Hieronymus Caſtelfrancus, & Bonifacius Grandius, quos omnes pietate, & ſacrarum litterarum ſcientia clariſſimos veluti parentes, & authores agnoſcit Congregatio Obſervantium Veneta B. Jacobi Salamonii titulo nuncupata.

Dum igitur Baſilius ſociorum animos ad pietatem propenſos legitimis regulæ inſtitutis erudire, & ſpiritualibus exercitationibus perpolire ſtudet, Andreas Throno ex Generalis Decreto Magiſter Studiorum in Patavino Divi Auguſtini Cœnobio deſtinatur; id vero munus ex propoſita ſibi vivendi ratione detrectans, Andreas Magiſtro Generali reſcripſit: *ſibi nunc aſflante Numine propoſitum ineſſe, quod impoſterum, ſi reſiliat, nec vitæ brevitas, nec Dei miſericordia pollicetur*. At Baſilius, ne infauſta hæc principia in ſtatutæ obſervantiæ perniciem latius extenderentur, Legatum Apoſtolicum, quem ſupra memoravimus, Jacobum Altovitum ſupplici libello exhibito enixe obteſtatus eſt, *ne removeri fas eſſet ex Cœnobio S. Secundi Fratres, qui amplexi in eo fuerant inſtauratam diſciplinam: poſſent vero alii recipi, qui eodem propoſito ducti impoſterum advenirent*. Annuit juſtis precibus Legatus, oblatoque ſibi libello hæc verba ſubſcripſit: *Ita ſervari mandamus hac die* 22. *Januarii* 1661. *J. Archiepiſcopus Athenar. N. Apoſtolicus*. His pro utilitate Monaſterii ſtatutis, aliud loco decus attulit Joannes Baptiſta de Marinis Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſter, qui datis Romæ litteris die XXVII. Nov. anno MDCLXIII. Monaſterium S. Secundi Venetiarum *eſſe, & conſeri debere collegiatum præſcripſit* (K). Hæc itaque fuerunt religioſiſſimæ Congregationis exordia, cujus ſanctimoniæ fama cum in dies creſceret, in variis Provinciæ locis vehementer expetita, jam multa enumerat Monaſteria in ſtrictiori regulæ obſervantia ædificata, & collecta.

Præclarum Chriſtianæ humilitatis charitatiſque exercitium in hoc Cœnobio inſtituit Reginaldus Panighetti, cujus laudes dedimus Operis hujus Tom. V. Hic cunctis Venetæ urbis ordinibus

Digitized by Google

dinibus ob morum præcipue ſuavitatem apprime charus viros proceres induxit, ut Feria VI. quæ diem Cinerum præcedit, a Bacchanaliorum ſtrepitu ſegregati, in pia religionis exercitia attentius incumberent. Hi primum duodecim ſtatuti fuerunt, quibus par pauperum numerus adjectus fuit, eo intuitu, ut audita prius ſacra concione ſumptoque inter Miſſarum ſolemnia Dominico Corpore, Nobiles Viri pauperibus ad menſam eo fervore deſervirent, ut in iis egenis ſe Chriſtum Regem Regum agnoſcere præclare faterentur. Cum vero optimo allecti exemplo, alii quoque religioſo collegio adnumerari poſtulaſſent, non multo poſt præſcriptus procerum numerus altero tanto major evaſit.

Elenchus Nominum Abbatiſſarum Monaſterii Sancti Secundi in Inſula, quotquot inveniri potuerunt.

1138 Aycha.
1147 Nela ſeu Helena.
1177 Fuſca.
1190 Euphemia.
1211 Dalmatina.
1222 Giſla Grancevola.
1237 Florigenia ſeu Florigenita.
1272 Viola.
1283 Agnes Milliani.
1306 Eliſabet Molino.
1332 Margharita Donata.
1407 Helena Barbaro.
1471 Maria Lauretano.
1482 Marina Celſi.
1532 Chriſtina Throno.

No-

Digitized by Google

Nomina Præſidentium Monaſterio S. Secundi ex Ordine Prædicatorum.

1535 Zacharias Lunenſis Etruſcus Vicarius Generalis.
1540 Bartholamæus Spina Piſanus. Electus poſtea Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter.
1541 Joannes a Clugia.
1543 Joannes Foreſtus.
1544 Franciſcus Colonienſis. (da Cologna) Iterum 1547. 1555.
1545 Thomas Tura Venetus.
1546 Franciſcus a Clugia.
1548 Daniel a Prato; iterum 1552.
1549 Alexius a Como.
1556 Hieronymus Triviſanus Venetus, poſtea Epiſcopus Veronenſis.
1557 Gaſpar Venetus. Iterum 1559. 1576.
1558 Andreas Venetus. Iterum 1560.
1564 Ambroſius Mediolanenſis.
1567 Ægidius a Lugo.
1569 Chryſoſtomus Venetus. Iterum 1580.
1571 Aurelius Avogadro Venetus.
1574 Salvator Brixienſis.
1577 Raphael a Cignano. Iterum 1583.
1582 Dominicus Iſolani Piſaurenſis.
1585 Hieronymus a Porcia.
1586 Hieronymus a Venetiis.
1587 Joannes Maria a Montaneana.
1588 Innocentius a Venetiis. Iterum 1592.
1590 Angelus Baronius Venetus, poſtea Epiſcopus Catharenſis, Eccleſiam conſecravit.
1591 Joannes Maria Cappella.
1595 Priſcianus a Ferraria.
1596 Andreas a Bedizzuole.
1597 Hieronymus Contarenus, poſtea Epiſc. Juſtinopolitanus.
1598 Hieronymus Sacrati.
1600 Seraphinus Mauro, confirmatus 1602.
1604 Alexander Manerbius Brixienſis.

Digitized by Google

1607 Dominicus Codalius, de quo ſuperius dictum eſt.
1609 Hieronymus Ruſca, poſtea Epiſcopus Juſtinopolitanus.
1611 Hippolitus Maria Giupponi.
1615 Angelus Conſtantini Brixienſis.
Hippolitus a Cignano. Iterum 1623.
1620 Marcellus Patavinus.
1622 Thomas a Venetiis.
1627 Conſtantius Maria Verdelli.
1629 Gabriel Archangelus Manſueti Venetus.
1629 Georgius Bovius Feltrenſis.
1637 Raymundus a Venetiis.
1639 Hieronymus Zambelli Brixienſis, ultimus Vicarii titulo Cœnobium adminiſtravit; poſt quem Monaſterium Venetæ S. Dominici Provinciæ unitum fuit, anno 1641. primusque ipſius Monaſterii Prior electus fuit Joſeph Pizzinus poſtea Epiſcopus Caprularum, qui poſſeſſionem Monaſterii iniit eodem anno die XXVII. Julii.
1642 Stephanus Bellaverius Venetus.
1644 Secundus Marcheſius. Iterum 1652. obiit in munere.
1646 Antonius Baſeggius Venetus.
1647 Zacharias Pittiani. Iterum 1653.
1649 Georgius Righetti Venetus, oneri renuntiavit.
1650 Antoninus Moretus Venetus.
1654 Bernardinus Petrogalius Primus Prior, electus a Patribus Conventus.
1656 Angelus Maria Manſueti.
1658 Simon Salvetti.
1660 Baſilius Picha, qui, ut ſupradiximus, locum ad obſervantiam deduxit. Sanctiſſime obiit in hoc Cœnobio, ejusque corpus tumulatum fuit in choro Eccleſiæ cum hoc Elogio.

„ Oſſa Venerabilis P. F. Baſilii Picha, verbo, vita, doctri-
„ na ſpectatiſſimi, Concinatoris eximii, Regularis Ob-
„ ſervantiæ promotoris zelantiſſimi. Ob. die 8. Octo-
„ bris 1664.

1662 Angelus Nuzza.
1664 Thomas Bona.
1666 Zacharias Pittiani tertio vocatus fuit ad regimen Monaſterii ſub titulo Rectoris; Conventus etenim S. Secundi

Digitized by Google

cundi erectus fuerat in Collegium, & ſtudium Generale pro Patribus Obſervantiæ.

1667 Raphael Tomaſelli.

1669 Zacharias Pittiani, quarta vice electus titulo tamen Prioris, ſtudium enim generale deductum fuerat ad Venetum Monaſterium nuper a Congregatione Obſervantiæ acquiſitum. Iterum 1676. obiit in munere.

1671 Reginaldus Succhietti.

1672 Petrus Martyr Bertagna.

1674 Hieronymus Caſtelfranco. Electus fuit eodem anno Vicarius Generalis Congregationis.

1674 Marcus Antonius Rizzius.

1679 Joannes Olivatus. Iterum 1690. Quo anno electus fuit Vicarius Generalis.

1681 Joannes Baptiſta Norcen.

1683 Petrus Martyr Bontempo. Iterum 1697.

1685 Joannes Thomas Bereta.

1686 Joſeph Faber a Coneglano.

1688 Hieronymus Zanottinus Forojulienſis.

1691 Jo. Baptiſta Zanchius Veronenſis.

1693 Marcus Antonius Paſtrellus.

1695 Georgius Modinò.

1696 Daniel Danieli.

1697 Martialis Raſpi.

1699 Vincentius Balthaſari.

1701 Gabriel Angelus Beni.

1703 Joſeph Tabacco. Iterum 1736.

1703 Andreas Trono.

1705 Thomas Archangeli. Iterum 1707. 1724. obiit in munere.

1708 Bonaventura Vendrami. Iterum 1710. 1716.

1712 Joſeph Beverenzi. Iterum 1720. 1727.

1712 Auguſtinus Venetiani.

1714 Ambroſius Ravolli.

1718 Hyacinthus Bigontina.

1722 Angelicus Maria Tedeſchi.

1725 Jacobus Zerbinati.

1726 Jacobus Ratti.

1728 Leopoldus Morandi Venetus.

Digitized by Google

1730 Ricardus Zanberlani.
1731 Severus Maccharinelli Brixienſis.
1733 Maximus Spaetti Utinenſis.
1735 Amandus Maria Leoni.
1738 Joſeph Dia Bellunenſis.
1740 Joan. Jacobus Giera.
1742 Ambroſius Bona.
1744 Hyacinthus Micheletti.
1746 Seraphinus Grappini Venetus. Iterum 1748.

Per ea tempora, quibus Veneta Reſpublica imperium ſuum in Orientis plaga longe lateque armis victricibus extendebat, nullam vero Italici continentis partem adhuc in ſui ditionem redegerat, miniſtros, qui vectigalibus cuſtodiendis præeſſent in eo inſulæ Divi Secundi angulo, qui agrum Tarviſinum reſpicit, collocaverat. Publicani vero pro negotiis Tarviſinæ Civitatis, quæ ea tempeſtate ſui juris erat, deſtinati ſedem in extrema Meſtrenſis agri parte ad oras Veneti æſtuarii poſuerant, haud longe a Margariæ Vico (Malghera) ubi turris etiam nunc viſitur, quæ *Torre de S. Zulian*, usque ad hæc tempora nominatur. Ita etiam priſcis temporibus appellatam fuiſſe agnoſcimus, anno enim MCCCXXVIII. cum Rempublicam inter, & Patriarcham Aquilejenſem ob Vallenſes, & Polanos Venetæ Dominationi reſtitutos exortum fuiſſet diſſidium ex S. C. Decreto die XVII. Septembris lato permiſſum fuit: „ Che Giovanni Spinada, poſſa dal diſtretto di Treviſo far „ condurre alla Torre di S. Giuliano, di qua dalle Pallade „ ſino a dieci mille cariche di legne, per occaſione delle pre- „ ſenti novità per ſicurezza delle medeſime.

Hanc Sancti Juliani nomenclaturam turri, & circumadjacenti Inſulæ dedit antiquum Monaſterium, ignoto tempore ibidem ædificatum, quod Fratres Minoritæ primum, mox Sanctimoniales excoluerunt. Fratrum mentionem ingerit Chronicon ms. in quo ad annum MCCCXLVIII. hæc leguntur. “ Un „ Frate di San Giuliano, fece alcune ſcritture ad iſtanza di „ ſ. Nicolò Fontana, per liberar dalle Forche Paola Fon- „ tana “. Rem ex integro confirmant duo Teſtamenta, quorum primo Chriſtophorus Maurus Dux Venetiarum, anno MCCCCLXXI. religioſis viris *in S. Zulian della Pallada* degen-

Digitized by Google

gentibus certam pecuniæ ſummam pio legato dimiſit. In altero vero Joannes Brecha anno MCCCCLXXV. "Interrogatus a
„ Notario infraſcripto (hic fuit Philippus Trioli q. Joannis)
„ ſi volebat aliquid dimittere Hoſpitali Nazarethi, Domicel-
„ lis Virginibus facientibus reſidentiam ad S. Dominicum de
„ Caſtello, & Eremitis ſeu fratribus S. Juliani de Bonalber-
„ go verſus Mergariam; Reſp. Dictis locis nihil velle dimit-
„ tere.

Ex adjecta voce de Bonalbergo non obſcure conjicitur Monaſterium hoc Divo Juliano Hoſpitatori dicatum fuiſſe, cujus ſolemnia in Aquilejenſi, aliiſque Eccleſiis die XXIX. Januarii celebrantur. Ex hoc autem Hoſpes, ſeu Hoſpitator dictus fuit, quod ut perpetratum ſcelus pœnitentia rependeret, ad flumen naufragiis infame hoſpitales ædes erexit, quibus peregrinos exciperet, & trajiceret. De eo fuſius Petrus in Catal. Ferrar. in SS. Italiæ Jo. Baptiſta Mantuanus, qui eum Jobanum vocat, & alii.

Usque ad annum MCCCCXCI. in loco degerunt Minoritæ, ut patet ex Archivo Magiſtratus exequendis ſententiis præpoſiti, *Sopra Gaſtaldo* Veneti vocant. Iis vero paulo poſt e Monaſterio vel expulſis, vel recedentibus Sanctimoniales, quarum inſtitutum ignoratur, ſuffectæ fuerunt, quibus pietas publica puteum dirutum, atque corruptum anno MDXXI. reædificari mandavit.

1521. Die Quinto Septembris.

„ La Illuſtriſſima Signoria, avendo inteſo il ſiniſtro, & in-
„ comodo, che le venerande Donne Monache obſervante de
„ S. Juliano, patiſcono per il pozzo, che li è guaſto, per pro-
„ vederli al biſogno ſuo, comanda a vui Signori Provedito-
„ ri de Commun, che dobbiate far riffar il pozzo delle dit-
„ te Donne, quanto più preſto ſarà poſſibile, accioche eſſe
„ povere cuxi eſſendo ſtà exequito, non ſiano neceſſitate mo-
„ leſtarne più cum ſimile richieſta, & poſſino queſte con-
„ tinuar in le ſue preci appreſſo il noſtro Signor Dio, però
„ cuſi exequirete omnino.

CONSILIARII.

Petrus Capellus. Nicolaus Coppo.
Paulus Donato. Franciſcus Bragadenus.

Inter

Digitized by Google

Inter S. Juliani turrim, & Margariæ vicum in eminentiori palude ſqualidum Oratorium ſitum eſt Deiparæ Virgini dedicatum, cui ex vetuſtiſſima conſuetudine obolum offerunt pro religione loci navi prætereuntes. Originem & authorem loci ex monumentorum defectu ignoramus, quorum nullum in Patriarchali Veneto Archivo datum eſt invenire præter electionem cujusdam rectoris a Patriarcha Hieronymo Quirino anno MDXXVIII. peractam. Eam, utpote vetuſtius de re hac documentum, exhibemus.

1528. Die Lunæ x. Menſis Auguſti hora 21. vel circa.

„ Vacante Rectoria S. Mariæ dell' Anconeta, dicta la Duez-
„ zagna prope Marghariam Diœceſis Venetiarum, cui cura
„ non imminet animarum, per obitum q. Presb. Benedicti
„ Carboni dictæ Eccleſiæ ultimi, & immediati Rectoris. Re-
„ verendiſſimus in Chriſto Pater D. Hieronymus Quirino Pa-
„ triarcha Venetiarum, ad quem ſpectat jure ordinario provi-
„ dere dictam Eccleſiam de Rectore pro tempore vacanti, Ec-
„ cleſiam ipſam cum omnibus juribus, & Jurisdictionibus ſuis
„ contulit Vincentio de Balletis Clerico Venetiarum, & ip-
„ ſum de Eccleſia ipſa per Annulum ſuum in digito inveſtivit.

Judi-

Judices Officiales ſuper bona Communis Venetiarum lata ſententia decernunt paludem, & aquas circa Monaſterium S. Secundi poſitas, de jure eſſe ipſius Monaſterii.

A 1284. 5. Aprilis.

Ex Codice Officii Publicorum. (a)

IN Chriſti Nomine Amen. Cum nos Jacobus de Molino, Marcus de Canale, & Laurentius Belli de mandato Illuſtriſſimi Domini noſtri Johannis Dandulo Dei gratia Veneciarum Dalmatiæ atque Chroaciæ incliti Ducis & communis Veneciarum officiales conſtituti ad inquirendum, inveniendum, & recuperandum omnia, ac univerſa publica communis, videlicet a grado uſque ad caput aggeris, & per racionem, per juſtitiam, per laudum, per arbitrium ſecundum quod nobis vel majori parti noſtrum melius & juſtius apparebit per diffinitivam ſententiam terminandum. Cum pluries cridatura, & citatum foret per Marinum præcacinum noſtrum præconem, de mandato dicti Domini Ducis & ordinatione Dominorum Marci de Canale, Philippi Giſi, & Nicolai Faletro noſtrorum in hoc officio prædeceſſorum univerſas perſonas tam Eccleſiaſticas, quam ſeculares juxta capitularis noſtri officii continentiam, & tenorem habentes, ſeu affictantes, aut modo quolibet alio detinentes in confinio ſeu diſtrictu Veneciarum terras, aquas, paludes, ſeu canetos deberent certis terminis, & diebus cum omnibus eorum inſtrumentis, juribus, & rationibus coram earum preſentia comparere. Comparuit coram eis Religioſa Mulier Domina Agnes Miglani Dei gratia Abbatiſſa Monaſterii, & loci S. Secundi dicens aquas ſeu palludes inferius denotatas ſuas & dicti ſui Monaſterii & loci eſſe, & ad ſe pertinere de jure. Virtute cujuſdam offertionis inferius denotatæ ſcriptæ & exemplatæ per Johannem Sancti Pantaleonis Diaconum, & Notarium ex autentico Dominici Clerici, & Notarii, & confirmatæ per olim Dominum Jacobum Contarenum Dei gratia Venetiarum Ducem in milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, Menſe Decembri nono intrante. Indictione quinta; Et tenor cujus conceſſionis ſeu offertionis talis eſſe videtur. In nomine Domini Dei & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti. Anno ab Incarnatione ejuſdem Redemptoris Noſtri milleſimo octuageſimo nono Menſis Septembris Indictione tertiadecima Rivoalti. Si quis namque aliquid pro amore Dei in Sanctis Eccleſiis offerre deſiderat & perficit magnam & claram mercedem acquirit in die judicii. Quapropter nos quidam Vitalis Faletro Dodoni Dei gratia Dux & Imperialis protoſevaſtos providentes Eccleſiam S. Secundi, & S. Eraſmi pauperimam & maximam neceſſitatem coactam, & qui in ea habitaret de introytu ejuſdem Eccleſiæ ſe non poſſe ſuſtentare damus, & offerimus in eadem pauperimam Eccleſiam, Unum fundamentum de noſtro Pala-

(a) Codex Officii Publicorum regeſtum eſt ſententiarum antiqui Magiſtratus, quem Commune Venetiarum inſtituit *ad inquirendum, inveniendum, & recuperandum omnia ac univerſa publica Communis Venetiarum à Grado uſque ad Caput aggeris*, quemque poſtea ex ipſo Codice reformatum novimus ſuprema Majoris Conſilii lege Anno MCCLXXXII. MS. hic codex pergamenus eſt, maximis, nec omnino rudibus litteris exaratum, plurimaſque continet rerum Venetarum notiones, antiqua enim maximique momenti inſtrumenta ſæpe ſæpius exhibet, Judicibus olim ab Eccleſiis, Monaſteriis & à privatis viris oblata, ut ſibi aquarum, terrarum, vinearum, aliarumque rerum poſſeſſionem vel vindicarent, vel aſſervarent.

Digitized by Google

Palatio ſitum in Luprio cum ſuo cenſu & quintello & cum ſua aqua & cum omnibus ſuis pertinentiis de intus & foris ſecundum quod a noſtro Palatio, & a nobis extitit poſſeſſum & rettentum. Uno ſuo capite partim firmat in canale publico de Luprio, & partim firmat in Rivo unde eſt introitus & exitus. Hocque junctorium & jaglacium. Ab alio autem ſuo capite firmat in vico prædictæ Dei Eccleſiæ. Uno ſuo latere firmat in fundamento Petri Fuſcari & alio ſuo latere firmat in proprietatibus hominum qui habitant in Canareglo. Hoc autem prædictum ſuum fundamentum cum cenſu & quintello & ſua aqua & omnibus ejus pertinentiis intus & foris ſecundum quod a iſto noſtro Pallatio & a nobis poſſeſſum fuit & rettentum cum omni longitudine & latitudine ſua cum capitibus, & lateribus ſuis, & cum cuncta ibi habente & pertinente ab intus, & foris cum ſuis jacentiis quæ tam ſubtus terram, quam ſuper terram ibi adeſſe noſcuntur. Pleniter in ea Dei Eccleſia damus, atque offerrimus habendi, tenendi, poſſidendi uſque in perpetuum & donandi, & fruendi, atque meliorandi nullo ſibi homine contradicente. Quod ſi umquam tempore contra hanc noſtre offertionis cartam ire temptaverimus aut aliquod de predicta Dei Eccleſia ſubtrahere exinde vel minuere voluerimus componere promittimus cum noſtris ſucceſſoribus in jam dicta Dei Eccleſia auri libras quinque. Et hæc offertionis carta perpetuis temporibus maneat in ſua firmitate ✠ Ego Vitalis Faletro Dei gratia Dux MS. &c. ut in ea legitur. Unde viſo tempore in dicta offertione contento per dictos noſtros predeceſſores pretereunte tempore in dicto capitulari contento dictum inſtrumentum offertionis eidem reſtitui mandaverunt quod incontinenti D. Johanni Maripetro Procuratori ejuſdem Monaſterii & Conventus reſtituerunt. Et poſt hæc dicta Domina Abbatiſſa fecit ipſam aquam ad ſuum cenſum cum terminis & metis ligneis circumdare & terminari. Videlicet per velmam canalis becculi a domibus S. Luciæ uſque ad dictum ſuum Monaſterium ſimiliter & a dicto ſuo Monaſterio per ripam comenzarie uſque in Capite Canaregli ubi quondam fuerunt molendina, ſed poſtquam hoc factum fuit pluribus diebus elapſis multa querella propoſita fuerunt coram nobis tam per Gaſtaldionem S. Nicolai quam per alios plures homines dicentes quod ipſa Domina Abbatiſſa fecerat palificari & metas ponere ſuper publicum & commune. Quapropter dictam Dominam Abbatiſſam citari fecimus coram nobis nomine cujus comparuit dictus Dominus Johannes Maripetro ſui, & dicti Monaſterii & Conventus Procurator producens iterum dictum offertionis inſtrumentum coram nobis. Virtute cujus dicebat & allegabat dictam aquam & paludem circumdaſſe & terminaſſe bona fide credens comprendere ea que ſunt dicti Monaſterii & loci ſecundum formam dicti ſui inſtrumenti. Et nos iterato vocatis & citatis coram nobis quampluribus & antiquis bonis hominibus & fide dignis, cum eis & dicto D. Johanne Maripetro Procuratore ipſam aquam & paludem circumcirca ivimus ad videndum, & eiſdem perlecto dicto inſtrumento, & dicta aqua, & palude ad oculum & digitum demonſtrata, delato eiſdem, & omnibus, quos dictus Procurator nomine dictæ Dominæ Abbatiſſæ Monaſterii & Conventus voluerit producere, & inducere coram nobis, ſacramento, & ab eis preſtito juramento de veritate dicenda & depoſitis eorum teſtificationibus quæ in libro noſtro teſtificationum continetur, pro quibus teſtificationibus nobis conſtitit manifeſte quod dicta aqua & palus verſus S. Secundum maxime a terminis, & metis per nos poſitis & fixis per argerem vetus incipiendo a comenzaria forſam per unam baliſtatam longe a capite Canaregli, eundo verſus canale becculum prout ivit dictus ager vetus, & verſus Canale becculum, a meta poſita in angulo argeris novi, uſque poſt domos S. Luciæ a dictis ageris Novi extra verſus dictum Canale becculum. Secundum quod dicti teſtes recol-

recolunt ſe toto tempore vitæ ſuæ tam pro ſe ipſis, quam pro patribus, & antecesſoribus ſuis, & prout ab ipſis ſuis anteceſſoribus recolunt audiviſſe fuit publica & communis. Et ſemper ab omnibus volentibus publice piſcabatur nullum fictum, ſive cenſum alicui vel aliquibus, ſive dicto Monaſterio perſolvendo. Inſuper dictus Procurator opponebat, allegabat dicebat, & cum inſtantia a nobis petebat, quod dictam aquam & paludem prout comprendunt dicte mete per dictam Dominam Abbatiſſam & Monaſterium poſitæ per ſententiam dicto Monaſterio adjudicare deberemus. Quibus vero opoſitionibus, & allegationibus intellectis dicto Procuratori oppoſuimus reſpondentes videlicet quod dicta palus & aqua dictæ Dominæ Abbatiſſæ & Monaſterio & conventui S. Secundi de jure non pertinet ullo modo maxime verſus S. Secundum a dictis ageris veteribus extra, & a dictis ageris novis extra verſus Canale beculum nec ei poteſt adjudicari ullatenus ſententialiter nec debet, cum nullum jus in ipſa aqua ſive pallude ipſa Domina Abbatiſſa nec dictum Monaſterium habere noſcantur, nec habere videantur maxime verſus S. Secundum, a dictis metis per nos poſitis per agerem veterem extra & a dictis ageris novis extra verſus dictum Canalem beculum, pro eo quod non reperiuntur bene infinia prædicti inſtrumenti cum non reperiatur fundamentum aliquod quod fuiſſe cujusdam Petri Fuſcari nec etiam videatur habere aliquam antiquam poſſeſſionem ſeu tenutam continuam de tota dicta aqua & palude, quam dicit eſſe dicti Monaſterii & conventus prout nobis conſtat ex juſtificationibus illorum qui dictam aquam ipſius Monaſterii habuerant, & tenuerant ad fictum per plures annos, qui dicunt ipſam habuiſſe tam a dictis ageris veteris & novis intus verſus Canareglum ſecundum quod comprehenditur infra metas per nos poſitas & fixas, & ſuperius continetur, a quibus metis & terminis extra eſt publicum, & commune & debet in commune & publico conſervari. Quibus oppoſitis ab ipſo Johanne Procuratore requiſivimus ſi volebat nomine & vice dictæ Dominæ Abbatiſſæ & Monaſterii & Conventus, vel habebat aliqua alia inſtrumenta vel jura, quæ velet oſtendere & indicare coram nobis præterquam ea, quæ coram nobis duxerit producenda & allegaverat ut ſuperius continetur, ipſe deberet certis terminis apportare, & oſtendere coram nobis, qui Dominus Johannes Procurator nomine ipſius Dominæ Abbatiſſæ Monaſterii & Conventus dixerit, & reſponderit coram nobis ſe & dictam Dominam Abbatiſſam Monaſterii & Conventus in prefacta aqua ſeu palude jus aliquod aliud non habere nec inducere poſſe niſi tantum illa, quæ ſuperius ſunt expreſſa. Unde cum præfactus Dominus Johannes Maripetro Procurator, nec dicta Domina Abbatiſſa pro ſe nec nomine & vice dicti ſui Monaſterii, & loci jus aliquod aliud non produxerit nec oſtenderit coram nobis præter quam ea, quæ ſuperius duxerat producenda pluribus & pluribus terminis ſibi datis & peremptorie aſſignatis. Nos præfacti Jacobus Marcus, & Laurentius officiales ad dictum officium deputati, viſis, auditis, intellectis, & examinatis prædicto inſtrumento, teſtibus, & probationibus prædictis, & rationibus, juribus, & allegationibus, quæ & quas dictus Procurator, & dicta Domina nomine dicti ſui Monaſterii & loci inducere & proponere voluerit, & allegare, & oſtendere coram nobis, & viſis dicto palude & aqua ad oculum, & etiam confiniis auditis in dicto inſtrumento denotatis, & inſuper hiis pleniſſima & diligenti deliberatione præhabita & quam plurium juris peritorum tam Eccleſiaſticorum, quam laicorum communicato conſilio & Deum habentes pre oculis, per rationem, per juſtitiam, per laudum, per arbitrium, per diffinitivam ſententiam ex voluntate majoris partis noſtrum ſententialiter dicimus quod totum dictum paludem, & aquam, quæ eſt infra aggerem veterem ut eſt terminatum per nos & infra aggerem novum qui eſt juxta velmam

velmam Canalis beculi verſus domos de Canareglo & S. Luciæ ſuam & dicti ſui Monaſterii & Conventus S. Secundi eſſe ad ipſos pertinere ſalva tamen ratione illorum hominum, qui habent domos ſupradictas palude & aqua tam de Canareglo, quam & de S. Lucia. Et a dictis aggeris tam novis quam veteribus extra tam verſus S. Secundum, quam verſus dictum Canale beculum a dictis terminis & metis per nos poſitis & fixis extra ut ſuperius dictum eſt dictæ Dominæ Abbatiſſæ, Procuratori, Monaſterio, & Conventui ſcilentium perpetuum inponendo, adjudicando, & dicendo per ſententiam quod totum reliquum ab ipſis terminis, & metis, per nos fixis, & a dictis aggeris tam novis, quam veteribus extra ſit publicum & commune, & debeat in communi & publico conſervari dicto Procuratori abſente tamen legitime & peremptorie excituro ad dictam ſententiam audiendum.

Lata fuit hæc ſententia Rivoalti in camera prædicti officii Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo duceteſimo octuageſimo quarto. Indict. duodecima die Mercurii quinto intrante Menſe Aprilis præſentibus Arvaſio Notario de capitulis de Tarv. Jacobo Mauro de S. Gregorio de Venet. Petro Panzade S. Jacobo de Luprio, & aliis teſtibus ad hoc vocatis & rogatis ✠ Ego Jacobus de Molino judex MS. Ego Laurentius belli Judex MS. Ego Petrus Demollianis Sacri palatii publicus & dictorum nobilium dominorum officialium notarius hiis omnibus interſui, & juſſu eorum ſcripſi complevi & roboravi.

Alexander III. Monaſterium Sancti Secundi, ejusque bona ſub protectione Beati Petri recipit.

B

1177. 8. Septembris.

Ex Autographo in Monaſterio S. Coſmæ de Judaica.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Chriſto Fuſce Abbatiſſe S. Secundi de Venecia ejusque Sororibus tam præſentibus quam fucturis regularem vitam profeſſis. In perpetuum. Cum non poſſitis pro fragilitate ſexus & aſſumpto religionis propoſito convenienter veſtra jura tueri, nobis imminet ex debito ſuſcepti regiminis ſupplere inſufficientiam veſtram, & pro ſtatu Monaſterii veſtri attentam curam & ſollicitudinem adhibere, ut quanto minus ſufficientes eſtis ad veſtra jura tuenda, tanto fortius adeſſe vobis Apoſtolicum patrocinium ſentiatis. Eapropter Dilecte in Chriſto filie veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium veſtrum in quo divino eſtis obſequio mancipate ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones quecumque bona idem Monaſterium in preſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum largitione Regum vel Principum oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis & his que poſt vos ſucceſſerint & illibata permaneant. Præterea ſedilia molendinorum poſita in loco qui dicitur Canaliclus, (a) & fundamentum quod eſt in Luprio (b) cum ſuo cenſu & quintello & cum aqua

(a) Canaliclo nempe Canali Regio una ex regionibus Urbis Venetæ ubi uſquemodo Monaſterium S. Secundi ædes poſſidet.

(b) Luprium ſitus eſt ex adverſo Canalis Regii, & ad regionem S. Crucis pertinet.

Digitized by Google

aqua & ceteris pertinentiis ſuis ſicut diſtinguitur publico inſtrumento vobis exinde facto, & poſſeſſiones quas habetis in Epiſcopatu Paduano in loco videlicet qui dicitur Plebs (a) & ſex maſas apud meſtram (b) que admodum illas poſſeſſiones & maſas duo ſedilia & fundamentum rationabiliter poſſidetis, Auctoritate Apoſtolica vobis & veſtro Monaſterio confirmamus, ſub interminatione anathematis prohibentes ne quis ſtagnum, quod ad vos pertinet violenter invadere aut vobis invitis in eo piſcari preſumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere minuere ſeu minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia, & integra conſerventur earum pro quarum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolica auctoritate & Dioceſani Epiſcopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſeculariſve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita niſi preſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat reamque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a Sacratiſſimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris Noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit Pax D. N. J. C. quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniant Amen. Amen. Amen.

L. S. Ego Alexander Catholice Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.
✠ Ego Hubaldus Heſtienſis Epiſcopus ſſ.
✠ Ego Guilelmus Portuenſis Sanctæ Rufinæ Epiſcopus ſſ.
✠ Ego Johannes Presb. Card. Sanctæ Anaſtaſiæ ſſ.
✠ Ego Boſo Presb. Card. Sanctæ Pudentianæ tit. Paſtoris ſſ.
✠ Ego Theodinus Presb. Card. Sancti Vitalis tit. Juſtinæ ſſ.
✠ Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Suſannæ ſſ.
✠ Ego Jacobus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Coſmedin ſſ.
✠ Ego Arditio Diac. Card. Sancti Theodori ſſ.
✠ Ego Cinthius Diac. Card. Sancti Adriani ſſ.
✠ Ego Hugo Diac. Sancti Euſtachii juxta Templum Agrippæ ſſ.
✠ Ego Hugo Diac. Card. Sancti Angeli ſſ.
✠ Ego Laborans Diac. Card. Sanctæ Mariæ in Porticu ſſ.
✠ Ego Rainerius Diac. Card. Sancti Georgii ad velum aureum ſſ.

Data Venetiis in Rivoalto per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconi & Notarii VI. Idus Septembris Indict. X. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXVII. Pontificatus Noſtri Domini Alexandri Papæ III. Anno XVIII.

(a) Plebs Saeci oppidum eſt in agro Pataviano non longe ab æſtuariis Venetis.
(b) Meſtram nempe Meſtrem in extremo termino agri Tarviſini ad oram Veneti ſtagni.

Digitized by Google

Leo Papa X. ad poſtulationes Antonii Contareni Patriarchæ Venetiarum revocat omnes facultates conceſſas Monialibus egrediendi extra Monaſteria.

C 1515. 1. Auguſti.

Ex Autographo in Archivo Patriarchali.

Venerabili Fratri Patriarchæ Venetiarum.

Leo Papa X.

VEnerabilis Fr. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Legimus litteras Fraternitatis tuæ, quibus nos de nimia hujus Sanctæ Apoſtolicæ Sedis in moniales iſtius Urbis indulgentia, deque illarum ejus indulgentiæ abuſu impudenti certiores facis. Equidem tuam de eo diligentiam ſummopere in Domino commendamus ex tui muneris offitio, & bono antiſtite, debitaque tua in eamdem ſedem atque nos reverentia feciſti utque ita uſque quaque ceteris in rebus facias quibus in rebus divinum cultum & obſervantiam preteriri ledive perſpicies & volumus & mandamus. Quid autem ſuper ipſa Monialium Venetiarum licentia de qua ſcribis ſtatuimus ex noſtris, quas cum his habebis litteris perſpicias.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris. Die prima Auguſti MDXV. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

P. Bembus. (a)

Leo Papa X.

Ad perpetuam rei memoriam. Non ſine animi noſtri diſplicentia nuper accepimus nonnullas diverſorum ordinum, & Monaſteriorum Civitatis Venetiarum Moniales, quæ variis confictis cauſis à nobis & Sede Apoſtolica licentiam exeundi earum Monaſteria, & ad domos parentum vel aliorum ſe conferrendi, impetrarunt, ſeu potius extorſerunt, licentia hujuſmodi abuti, & quandoque habitu laicali, vel aliter per civitatem vagari in opprobrium religionis, animarum ſuarum periculum, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur conſiderantes hujuſcemodi licentias non ad earumdem Monialium ſugeſtionem, que pro illis obtinendis ut plurimum quæ minime vera ſint, ſugerunt, & exponunt, ſed de earum Superiorum licentia, qui illarum neceſſitatem melius norunt recte concedendi. Volentes pro Religionum honeſtate & odore bonæ famæ tanto abuſui occurrere & providere: Harum ſerie omnes & ſingulas licentias quibuſcumque Monialibus quorumcumque Ordinum & Monaſteriorum prædictorum, quarum nomina & cognomina præſentibus pro expreſſis haberi volumus, quomodocumque, & ex quavis cauſa per nos & Sedem Apoſtolicam exeundi Monaſteria prædicta hactenus conceſſas, & deinceps concedendas; Si in illis expreſſa mentio quod de licentia ſuorum Superiorum exire poſſint,

(a) Satis notum eſt Petri Bembi nomen à Paulo III. Papa inter S. R. E. Cardinales adnumerati.

Digitized by Google

poſſint, facta non ſit, aut fiat, illis, quibus conceſſæ fuerunt ſeu concederentur nullatenus ſuffragari debere, Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ Ven. Fr. Patriarchæ Venetiarum, ut Moniales quæ vigore conceſſionum hujuſmodi Monaſteria ipſa exiverunt ad illa redeundum etiam per cenſuras Eccleſiaſticas & alia opportuna remedia, invocato etiam ad id, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis auctoritate noſtra compellat, Inhibentes quibuscumque judicibus defenſoribus, ſeu executoribus præmiſſis licentiis quas & earum tenores & cauſas etiam preſentibus pro expreſſis haberi volumus ceteriſque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Auguſti Milleſimo quingenteſimo quinto decimo Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

P. Bembus.

Leo Papa X. reformationem Monaſterii S. Secundi, & unionem ipſius Monaſterii cum Monaſterio SS. Coſmæ & Damiani ab Antonio Contareno Patriarcha Venetiarum factas Apoſtolica authoritate confirmat.

D 1521. 5. Julii.

Ex Autographo in Monaſterio SS. Coſmæ & Damiani de Judaica.

LEo Papa X. Dilectis in Chriſto Filiabus Marinæ Celſi Abbatiſſæ, & Monialibus, ſeu Sororibus Monaſterii Sanctorum Coſmæ & Damiani à Judaica Venetiarum, Ordinis Sancti Benedicti Regularis obſervantiæ &c.

Dilectæ in Chriſto ut Filiæ Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quod alias Venerabilis Frater Antonius Patriarcha Venetiarum commiſſarius ad id per Sedem Apoſtolicam ſpecialiter deputatus, vigore certarum litterarum Apoſtolicarum per nos ad ſupplicationes, & inſtantiſſimas preces dilecti Filii Nobilis Viri Moderni Ducis, & Dominii Venetiarum decretarum omnibus cura, & diligentia circa reformationem, & bonum regimen, ac ſalubre ſtatum Monaſterii Sancti Secundi, & Venetiarum Dicti Ordinis, quod ſub Regulari obſervantia minime degebat, laudabiliter intendens ad Monaſterium ipſum Sancti Secundi perſonaliter acceſſit illudque juxta datam ſibi per nos commiſſionem, & facultatem, vigore litterarum harum Apoſtolica auctoritate reformavit, & dilecta in Chriſto Filia Clara olim Abbatiſſa dicti Monaſterii Sancti Secundi, ac una Moniali ejuſdem Monaſterii inibi tantum relictis, te Filia Abbatiſſa, & nonnullas alias Moniales veſtri Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani in Reformatrices, & gubernatrices ejuſdem Monaſterii S. Secundi deputavit, voſque ad dictum Monaſterium Sancti Secundi accedentes in corporalem regiminis, & adminiſtrationis ac bonorum dicti Reformati Monaſterii juriumque, & pertinentiarum ſuarum induxit, vobis omnimoda gubernatione, & adminiſtratione ipſius reformati Monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus plenariæ committendo: Et inſuper productum quoddam Publicum, & autenticum inſtrumentum eadem auctoritate, vigore litterarum noſtrarum hujuſmodi inter alia incorporavit, & appropriavit, prout in noſtris continetur, & ipſius Antonii Patriarchæ litteris, ſeu inſtrumento, prædictis dicitur contineri plenius (quare

vos,

Digitized by Google

vos, quæ ſub regulari obſervantia, continuas Deo preces effundentes, ac dignum famulatum exhibentes, cum odore bonæ famæ laudabiliter degitis nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut reformationem, deputationem, inductionem, aſſignationem, incorporationem, & appropriationem prædictas pro illarum ſubſtinentia firmiori noſtro, & dictæ Sedis munimine roborare, aliasque vobis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, quibus Monaſteriorum, & regularium locorum omnium præſertim Monialium, ille cujus vices, licet immeritum in terris gerimus Specialem curam commiſit hujusmodi ſupplicationibus inclinati, reformationem, deputationem, ac inductionem, nec non aſſignationem, incorporationem, & appropriationem prædictas, & pro ut illas concernunt omnia, & ſingula in litteris, ſeu Inſtrumento Antonii Patriarchæ contenta hujusmodi auctoritate Apoſtolica prefata tenore preſentium approbamus, & confirmamus ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus ſi qui forſan intervenerint in eisdem: Quocirca Venerabili Fratri Hieronymo Epiſcopo Cremonenſi, ac Dilectis Filiis Abbati Monaſterii Sanctæ Trinitatis, & Natali regia Canonico Venetiarum, Venetiis commorantibus per preſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium ſeu alios quotiens pro parte veſtra, vel alicujus Veſtrarum, aut Veſtri Monaſterii Abbatiſſæ pro tempore exiſtentis fuerint ſuper hoc requiſiti, vobis in præmiſſis efficacis defenſionis preſſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra, confirmatione, approbatione predictis, ac aliis præmiſſis pacifice frui, & gaudere non permittentes vos per Claram, & aliam Monialem prædictas, ſeu quoscumque alios deſuper, quomodolibet moleſtari. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato, & ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio Brachii Secularis, non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſterii S. Secundi, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, videlicet quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, & indultis, ac litteris Apoſtolicis illis forſam conceſſis, quibus illorum tenores preſentibus pro expreſſis habentibus illis, in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrariis quibuscumque; aut ſi Claræ, & Moniali præfactis ut quibusvis aliis, communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede, indultuque interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die v. Julii MDXXI. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

F. Gratiadei

J. Jo: de Baſchenis. J.

Leo

Digitized by Google

Leo Papa X. Antonium Contarenum laudat ob reformationem Monialium, ejuſque acta, Apoſtolica authoritate, confirmat.

E

1521. 24. Septembris.

Ex Archivo Patriarchali.

VEnerabilis Fr. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum nos ſuperioribus menſibus cuperemus, & ſummo deſideraremus ſtudio Monaſteria Monialium civitatis Venetiarum, & nonnulla alia loca ſub juriſdictione dilectorum filiorum Dominii Venetorum conſiſtentia, quæ Religionis, & regularis inſtituti laxatis habenis minus religioſe, & honeſte in grave Animarum ſuarum periculum, & Ordinis, ac Religionis hujuſmodi ſcandalum vivebant, ſub debita reformationis norma reformari, Fraternitati tuæ, etiam ad preces dictarum Dominii nonnullas facultates, conceſſiones, & indulta quibus melius, & liberius dicta Monaſteria, & illorum Conventus, & Moniales, & Religioſas, tam in capite, quam in membris reformare, & hujuſmodi reformationis tam præclarum, Deoque & hominibus gratum opus exercere, & ad debitum finem perducere valeres, conceſſimus, prout in dictis litteris noſtris in forma brevis & alias deſuper conceſſis litteris plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, tu zelo devotionis accenſus, ac litteris, & mandatis noſtris (ut par erat) obtemperare cupiens dictæ reformationis operi te accingens Sanctorum Zachariæ, Blaſii, Cathaldi, Mariæ de Virginibus, Mariæ de Celeſtibus, Secundi, Annæ, Claræ & Marthæ Venetiarum Monaſteria Monialium & forſan nonnulla alia majori ex parte, nec non S. Margaritæ Torcellanenſis diœceſis earumdem litterarum noſtrarum vigore, gratia tibi divina aſſiſtente reformaveris, & in hujuſmodi reformatione plura ſtatueris, ordinaveris, & feceris, ac inſtallationem coadjutricium Abbatiſſarum de obſervantia nuncupatarum, circa juriſdictionem & adminiſtrationem eorumdem Monaſteriorum admiſeris. Et nonnulla alia, quæ commodum, ædificationem, & obſervationem dictæ reformationis concernunt, ut accepimus, egeris, eaque intellexiſſe nobis ſumme placuerit. Et ſicut nobis innotuit parum ſuperſit ad conſumationem tam laudabilis operis. Verum nonnullos, à quorum cordibus timor Dei abeſt, inſurrexiſſe accepimus, qui auctore zizaniorum ſatore totis viribus tam bonum reformationis opus oppugnent, & impediant. Nos, ad quos ſpectat de ſingulorum Chriſti fidelium præſertim Monialium Deo dedicatarum Animarum ſalute, ac Religionis decore curam ſpecialem habere, gravi, & moleſto animo impedimenta dictæ reformationi præſtita, & præſtanda ferentes, ac cupientes, ut hujuſmodi reformationis opus auctore Domino ad debitum effectum deducatur. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula per fraternitatem tuam circa dictam reformationem facta, & quomodolibet geſta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmantes, & approbantes, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſam intervenerint in eiſdem ſupplentes motu ſimili omnibus, & ſingulis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, & conditionis exiſtentes, & quacumque tam Eccleſiaſtica, quam mundana, etiam Epiſcopali, vel alia dignitate perfulgeant, & quavis etiam Apoſtolica auctoritate fungantur quocumque nomine nuncupantur, & conſtent harum ſerie ſub excommunicationis latæ ſententiæ & maledictionis æternæ pœnis eo ipſo incurrendis inibemus, ne hujuſmodi reformationis negotium

gotium per ſe inchoatum, & cæptum tacite vel expreſſe, directe, vel indirecte quovis quæſito ingenio, vel colore impediatur, perturbetur, ac illi detrahatur, aut alias impedimentum aliquod inferre audeant, vel præſumant. Et quia, ſicut accepimus, nonnullæ moniales conventuales nondum ad reformationis normam reductæ, etiam Abbatiſſæ extra clauſtra ſuorum Monaſteriorum per civitatem Venetiarum, & alias ire, vagari, & diſcurrere, non ſine magno ſcandalo & Animarum periculo non vereantur; Eidem Fraternitati in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, quatenus ſic extra clauſtra vagantes tam Abbatiſſas quam Moniales, etiamſi de licentia ſuperiorum ſuorum exierint, ad clauſtra ipſa reductas corrigas, punias, & caſtiges, & ſi opus fuerit, & caſus exegerit, prives, & carceribus mancipari facias cum poteſtate, tam ipſas, quam etiam quasvis perſonas tam Eccleſiaſticas, quam laicales circa eas inhoneſte viventes & converſantes ut eis in præmiſſis auxilium tacite vel expreſſe præſtantes, ut a præmiſſis deſiſtant; etiam ſub pœnis pecuniariis & cenſuris inhibendi, & ſi pariter noluerint, excomunicandi, ac beneficiis privandi, declarandi, aggravandi, & reaggravandi, interdicendi, & brachium ſæcularem invocandi: Inhibentes eidem Fraternitati tuæ, cum omnis jurisdictio ex dicta reformatione in Moniales de obſervantia nuncupatas, ut pariter accepimus, translata fuerit, ne amodo in antea inſtallationem aliquarum Monialium conventualium in Abbatiſſas admittas, ſeu recipias, aut conſecres, & quia per importunitatem, aut alias, nonnulla reſcripta ſeu litteræ, aut ſupplicationes impetrari poſſent, quæ hujusmodi reformationi obviarent, noſtræ intentionis eſt, quam hujusmodi reſcripta, & litteræ, ac ſupplicationes, niſi ex noſtra certà ſententia emanarint & manu noſtra ſcripta fuerint alienis adverſus dictam reformationem ſuffragari non poſſe, neque debere, & nihilominus quidquid ſecus etiam in præjuditium dictæ reformationis & per legatos, & nuntios, etiam de latere illarum partium ſcienter vel ignoranter fieri ſeu attemptari contigerit, nullius roboris & momenti fore, & eſſe, tuamque Fraternitatem tibi per easdem litteras noſtras conceſſas nullo pacto impediri poſſe, aut debere, quominus ad debitum finem dictam reformationem integre perducere poſſis, & valeas, dicta auctoritate decernimus: Quo circa, Venerabilis Frater, Fraternitati tuæ mandamus, quatenus impoſitum tuæ curæ dictæ reformationis opus ſic ſolicite & prudenter ut jam cepiſti ad debitum finem perducere ſtudeas, ut quod exinde ſperaſti, Animarum fructus, & odor bonæ famæ & Animarum ſalus proveniant, tuque propter æternæ retributionis præmium noſtiæ & Apoſtolicæ Sedis Benedictionem uberius conſequi merearis non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac eorumdem Monaſteriorum juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, nec non quibusvis reſcriptis, & litteris Apoſtolicis etiam in forma brevis nunc, & pro tempore conceſſis, ſeu concedendis, quas tuam hujusmodi jurisdictionem circa reformationem eamdem impediri non poſſe neque debere decernimus, privilegiis quoque, indultis & litteris Apoſtolicis Monaſteriis, & Conventibus, & Monialibus hujusmodi forſan ſub quibusvis verborum formis conceſſis, firmatis, & innovatis, & quibus omnibus etiam ſi ad illorum derogationem ſufficientem de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis & expreſſa mentio habenda foret, tenores hujusmodi pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, & quia Fratres Ordinis minorum regularis obſervantiæ, quorum curæ & regimini Sanctæ Claræ de Murano & Sanctæ Mariæ Majoris & Sanctæ Crucis & Sanctæ Mariæ de Miraculis Monialium Venetiarum Ordinis ejusdem Sanctæ Claræ ac Sancti Sepulchri Sororum tertii Ordinis

Monaſte-

Monaſteriâ commiſſa exiſtunt, cum ſint per eos laudabiliter reformata, deſiderant, nil circa ea per te innovari; ea propter eidem Fraternitati tuæ in virtute Sanctæ obedientiæ mandamus, ne de dictis Monaſteriis curæ dictorum Fratrum de obſervantia ſubjectis, quoquomodo te intromittas, & ſi de illis aut earum Monialibus in aliquo hactenus te intromiſiſti, in juxta Venerabilis Fratris Noſtri Dominici Epiſcopi Portuenſis dicti Ordinis Minorum protectoris iſtic exiſtentis ordinationem reducas, & facias, prout tibi videbitur expedire.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 24. Septembris MDXXI. Pontificatus Noſtri Anno Nono.

P. Bembus de mandato &c.

Antonius Contareno Patriarcha Venetiarum ſimul cum deputatis à Decemvirum Conſilio aſſignant Monialibus Conventualibus portiones pro ſubſtentatione ipſarum.

F

1521. 29. Octobris.

Ex Tabulario Monaſterii S. Mariæ Virginum.

REverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus D. Antonius Contareno Patriarcha Venetiarum, & Magnifici DD. Dominicus Triviſano Eques, & Procurator S. Marci, Baptiſta Erizzo & Joannes Marcello, electi, & deputati per Illuſtriſſ. Concilium X. cum additione; pro debita executione partis captæ dicti Excellentiſſimi Conſilii ſub die XVII. Septembris proxime præteriti cum additione citatis Monialibus Conventualibus infraſcriptorum Monaſteriorum, & auditis, & intellectis lamentationibus, & querellis pro ipſis Monialibus intervenientium, circa ea, quæ dicere, lamentari, & querellare voluerunt, ac etiam Gaſtaldionibus nomine Monialium obſervantium cum computis & libris introytum, & expenſarum omnium & ſingulorum Monaſteriorum hujuſmodi, & illis diligenter intellectis unanimes & concordes infraſcriptas terminationes deliberationes, & limitationes fecerunt, mandantes auctoritate dicti Excellentiſſimi Conſilii omnia & ſingula in eis contenta obſervari inviolabiliter ab omnibus, & ſingulis ſub pœnis in eis & eadem parte contentis.

Quod Gaſtaldiones Monaſteriorum Reformatorum dare debeant temporibus debitis collectarum Monialibus Conventualibus portiones ſuas debitas frumenti, vini, & aliarum rerum, & totum id, quod in anno habere debent ad Monaſterium ſuum conductum & exoneratum abſque eo, quod Moniales de Obſervantia in dictis portionibus ſe impediant, & in illis ſe intromittant, & hoc abſque aliqua diminutione, quas quidem portiones ipſæ Moniales Conventuales habeant quocumque caſu fortuito grandinis, vel aliter occurrente, & hoc ſub pœna ipſis Gaſtaldionibus perpetuæ privationis officii ſui.

Prolixa nimis redditnum uniuscujusque Monaſterii diviſio, ne inutili tædio lector afficiatur, omittitur. Reſervantes ipſi DD. Deputati ſibi facultatem etiam aliter procedendi pro bono ipſorum Monaſteriorum, ſicuti neceſſitas expoſcet.

Actum & Datum Venetiis in Camera cubiculari Patriarchatus Venetiarum præfatis Reverendiſſ. D. Patriarchæ die Martis XXVIIII. Menſis Octobris milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo Indictione nona. Præſentibus Ven. Viro D. Marco Dragano Canonico Venetiarum.

rum. Præsbyt. Franciſco de Sabbatinis officiante in Eccleſia S. Marinæ Venetiarum, & ſ. Joanne Franciſco Zentilino Notario Patriarchatus Venetiarum Teſtibus ad præmiſſa vocatis atque rogatis.

Ego Franciſcus Morandinus Cancell. in fidem me ſubſcripſi.

Clemens VII. bona Monaſterii Sancti Secundi ab eo ſeparat, & Monaſterio Sanctorum Coſmæ & Damiani appropriat; atque Patriarchæ Venetiarum mandat, ut Monaſterium S. Secundi per Clericos ſæculares, vel regulares habitari faciat.

G 1529. 22. Maii.

Ex Autographo in Archivo Monaſterii S. Coſmæ.

CLemens Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Oves nobis ex alto commiſſæ ne pereant totis viribus procurantes, eaque, quæ ut Moniales Deo Sacratæ ſub regulari obſervantia vivant, & quam ſunt Profeſſæ obſervantes regulam, opportune libenter ordinamus, ac alias deſuper diſponimus pro ut in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sane pro parte dilectæ nobis in Chriſto filiæ Chriſtinæ Abbatiſſæ Monaſterii Monialium Sanctorum Coſmæ, & Damiani à Judaica Venetiarum Ordinis Sancti Benedicti nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias Felicis recordationis Leoni Papæ X. prædeceſſori noſtro pro parte quondam Marinæ Celſi tunc in humanis agentis, & Abbatiſſæ dicti Monaſterii expoſito, quod antea tunc Patriarcha Venetiarum Commiſſarius ad id per Sedem Apoſtolicam ſpecialiter deputatus ad Monaſterium Monialium Sancti Secundi Venetiarum dicti Ordinis perſonaliter acceſſerat, illudque reformaverat, ac dilecta in Chriſto Filia Clara olim Abbatiſſa, & ſua Moniali dicti Monaſterii Sancti Secundi inibi tantum relictis, Marinam Abbatiſſam prædictam, & nonnullas alias Moniales dicti Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani ad Monaſterium Sancti Secundi prædictum ex ordinatione dicti Patriarchæ accedentes in corporalem regiminis, & adminiſtrationis, ac bonorum dicti Monaſterii Sancti Secundi juriumque, & pertinentiarum ſuarum poſſeſſionem vel quaſi induxerat, ac in illius reformatrices, & gubernatrices deputaverat, eis omnimodam gubernationem, ac adminiſtrationem ipſius Monaſterii in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, ipſumque Monaſterium Sancti Secundi eidem Monaſterio SS. Coſmæ, & Damiani per illius Abbatiſſam, & Moniales, & tunc de cætero perpetuis, futuris temporibus tenendum, regendum, & gubernandum incorporaverat, & appropriaverat dictus Prædeceſſor ad ſupplicationem dictarum Marinæ Abbatiſſæ & Monialium reformationem, deputationem, inductionem, incorporationem, & approbationem hujuſmodi, ac prout illas concernebant omnia, & ſingula in litteris ipſius Patriarchæ, aut inſtrumento publico deſuper confectis contenta approbavit, & confirmavit, ſupplevitque omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſam interveniſſent in eiſdem pro ut in ipſius Prædeceſſoris in forma brevis deſuper, confectis litteris plenius dicitur contineri; Et cum poſtmodum

dum dicta Marina ſicut Domino placuit extra Romanam Curiam deceſſiſſet, ac dicta Chriſtina in Abbatiſſam dicti Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani per obitum Marinæ hujuſmodi Abbatiſſæ regimine destituti per illius Conventum electa, & electio hujuſmodi per ipſum Patriarcham confirmata fuiſſent idem Patriarcha dictam Chriſtinam Coadjutricem, & vice Abbatiſſam dictæ Claræ in regimine, & adminiſtratione, ac bonis dicti Monaſterii Sancti Secundi præfecit, ac deputavit. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, ex tunc Abbatiſſa, & Monialibus dicti Monaſterii S. Secundi hujuſmodi nulla in eo ad præſens habitet, ſed aliquæ vitam reformatam eligentes Monaſterium SS. Coſmæ, & Damiani prædictum intrarunt, Reliquæ vero ad alias habitationes iverunt, ac per parte dictæ Chriſtinæ aſſerentis fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii S. Secundi Centum quinquaginta ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem Annuum non excedere, nobis fuerit humiliter ſupplicatum, ut bona quæcumque dicti Monaſterii Sancti Secundi, eidem Monaſterio Sanctorum Coſmæ, & Damiani perpetuo applicare, & appropriare aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos dictam Chriſtinam a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, ac penis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodata exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum abſolventes, & abſolutam fore cenſentes. Nec non fructuum, reddituum, & proventuum, dicti Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani verum Annuum valorem, ac litterarum Leonis prædeceſſoris hujuſmodi, & quorumcumque ſcripturarum occaſione permiſſorum quomodolibet confectarum tenores verumque, & ultimum dicti Monaſterii Sancti Secundi vacationis modum etiam ſi ex eo quavis Generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultet, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus, ac bona mobilia, & immobilia, ac ſemoventia, juraque, & actiones quæcumque dicti Monaſterii Sancti Secundi ab eo perpetuo ſeparamus, & eidem Monaſterio Sanctorum Coſmæ, & Damiani perpetuo applicamus, & appropriamus, itaque liceat Chriſtinæ, & pro tempore exiſtenti Abbatiſſæ, & Conventui SS. Coſmæ, & Damiani hujuſmodi per ſe, vel alium, ſeu alios corporalem poſſeſſionem, bonorumque, jurium prædictorum propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque, & Monaſterii Sancti Secundi hujuſmodi fructus, redditus, & proventus in ſuos, ac dicti Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani uſus, & utilitatem convertere diœceſani loci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita. Patriarchæ vero prædicto Monaſterium S. Secundi hujuſmodi habitari, illiuſque Eccleſia in Divinis deſerviri per Clericos Seculares, vel Regulares ad ejus nutum de expreſſo Abbatiſſæ, & Conventus Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani hujuſmodi conſenſu facere: Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Caſertano, (a) ac dilectis Filiis Abbati Monaſterii Sancti Gregorii, & Primocerio Venetiarum (b) per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra faciant præſentes litteras, & in eis contenta quæcumque plenum effectum ſortiri, illiſque Abbatiſſam, & Conventum Monaſterii

(a) Anno 1529. Eccleſiam Caſertanam in Regno Neapolitano adminiſtrabat Joannes Baptiſta Bonciannus, de quo Ughel. Tom. VI, col. 110.
(b) Hieronymus Barbadicus.

ſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani hujuſmodi, ac omnes, & ſingulos, quos quomodolibet concernunt pacifice frui, & gaudere, nec permittant quemquam contra tenorem præſentium modo aliquo moleſtari, impediri, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & Rebelles etiam per quaſcumque de quibus eis placuerit, cenſuras, & penas appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio Brachii Secularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & ordinis prædictorum etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, ac litteris Apoſtolicis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & nos, ac dictam Sedem etiam per viam generalis Statuti, & legis perpetui, ac motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibusvis irritativis, annulativis, caſſativis, revocativis, reſervativis, exceptivis, reſtitutivis, declarativis, mentis atteſtativis, ac derogatoriarum derogatoriis aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quevis alia expreſſio habenda aut exquiſita forma ſervanda foret, & in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari poſſit illorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis nec non modos, & formas ad id ſervandos pro in individuo ſervatis habentes, ac vic. dumtaxat illis alias in ſuo robore permanſuris harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrariis quibuscumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim a prædicta ſit Sede indultumque interdici, ſuſpendi, vel excomunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſeparationis, applicationis, appropriationis mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare perſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini milleſimo quinquageſimo vigeſimo nono, Undecimo Kalendas Junii, Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

R. de Aviola.

Clemens VII. Epiſcopo Paphenſi delegato Apoſtolico mandat, ut titulum Abbatiſſalem in Monaſterio S. Secundi extinguat, ipſumque viris Religioſis de conſenſu Dominii Venetiarum aſſignet.

H 1531. 22. Auguſti.

Ex Autographo in Monaſterio S. Coſmæ de Judaica.

Clemens Papa VII. Venerabilis Frater Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Cum dudum nos fructus, redditus, & proventus, jura, & actiones Monaſterii Monialium S. Secundi Venetiarum Ordinis S. Benedicti cum omnibus juribus ſuis Monaſterio etiam Monialium SS. Coſmæ, & Damiani à

Judaica

Judaica etiam Venetiarum ejuſdem Ordinis Regularis obſervantiæ Apoſtolica auctoritate perpetuo applicaverimus, & appropriaverimus, ac voluerimus, & conceſſerimus, quod Venerabilis Frater Patriarcha Venetiarum Monaſterium Sancti Secundi hujuſmodi, illiuſque Eccleſiam alicui, ſeu aliquibus Perſonis Regularibus, ſeu Secularibus ad inhabitandum inibi, & Deo deſerviendum de expreſſo dilectarum in Chriſto Filiarum Chriſtinæ Abbatiſſæ & Monialium dicti Monaſterii SS. Coſmæ, & Damiani fructibus, redditibus, & proventibus ejuſdem Monaſterii Sancti Secundi pro earumdem Abbatiſſæ & Monialium ſuſtentatione remanentibus ad ejus nutum concedere poſſet prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur; Et ſicut Chriſtina Abbatiſſa, & Conventus præfatæ nobis nuper exponi fecerunt. Cum præfatus Patriarcha Monaſterium, & Eccleſiam Sancti Secundi hujuſmodi alicui hactenus concedere non curaverit, nec forſam in futurum curabit, ſi in ipſo Monaſterio Sancti Secundi nomen Monaſterii, & dignitas Abbatialis, ac Ordo Sancti Benedicti, & illius dependentia ſupprimerentur, ac illius Eccleſia, nec non ſtructuræ & ædificia aliquibus Clericis Secularibus, vel Religioſis pro eorum uſu, & ſuſtentatione concederentur, & aſſignarentur ex hoc profecto in dicta Civitate Divinus cultus augumentum, & Religio propagationem cum civium, & incolarum ipſius Civitatis Animarum ſalutari, & ſpirituali conſolatione ſuſciperent; Et quamvis reperiantur Clerici Seculares, & diverſorum Ordinum Religioſi, qui Monaſterium ipſum Sancti Secundi abſque illius fructibus reciperent, nihilominus ipſæ Abbatiſſa, & Moniales pro manutentione fabricarum ejuſdem Monaſterii Sancti Secundi, & divini cultus in illius Eccleſia prædicta tot ex bonis ejuſdem Monaſterii S. Secundi dicto Monaſterio Sanctorum Coſmæ, & Damiani ut præfertur applicatis, quod honeſtum, & congruum videretur, & prout, & ipſis Clericis ſeu Religioſis inibi introducendis conveniri poſſet ab eodem Monaſterio SS. Coſmæ, & Damiani diſmembrarentur, & ſepararentur, ac eiſdem Clericis, ſeu Religioſis ad habitandum in Monaſterio Sancti Secundi, & illius Eccleſiæ hujuſmodi in divinis deſerviendum accedentibus concederentur, & aſſignarentur, conſentirent Chriſtina Abbatiſſa, & Moniales præfatæ aſſerentes, redditus dicti eorum Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani tunc exiſtere nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ſuper iis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui divini cultus augumentum, & Religionis propagationem venturis potiſſime temporibus ſinceris deſideramus affectibus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ſi eſt ita in dicto Monaſterio Sancti Secundi, nomen Monaſterii, & dignitatem Abbatialem, & Ordinem Sancti Benedicti, nomenque, Conventualitatem, & dependentiam perpetuo ſupprimere, & extinguere, ac Eccleſiam, nec non ſtructuras, & ædificia illius ſic ſuppreſſi Monaſterii, Religioſis, de quibus tibi videbitur pro eorum perpetuis uſu, & habitatione cum conſenſu Dilectorum Filiorum Nobilis Viri Ducis, & Dominii Venetiarum concedere, & aſſignare, & ut ipſi Clerici, & Religioſi pro Salute fundatorum, & benefactorum dicti ſuppreſſi Monaſterii preces Altiſſimo commodius effundere & conſervationi fabricarum hujuſmodi intendere, ac facilius ſuſtentari poſſit, tot ex domibus ejuſdem ſuppreſſi Monaſterii, ſeu redditibus Camerarum in Civitate Venetiarum ſitarum, aut aliis bonis extra eamdem Civitatem conſiſtentibus, ſeu tot pecunias numeratas ſemel tantum, cum aliqua temporis commoditate prout diſcretioni tuæ honeſtum videbitur, in aliquot Annos perſolvendis, quo loco dictorum proventuum æquivalere judicentur per ipſam Abbatiſſam, & Moniales aſſignandas ab eodem Monaſterio

rio SS. Coſmæ, & Damiani reliquis bonis, & fructibus ipſius ſuppreſſi Monaſterii eidem Monaſterio SS. Coſmæ, & Damiani pro ſuſtentatione illius Abbatiſſæ, & Monialium prædictarum remanentibus perpetuo ſeparare, & diſmembrare, ac ſuppreſſo Monaſterio, ſeu illius Eccleſiæ, aut fabrichæ (ita quod liceat Clericis, ſeu Religioſis præfatis per ſe, vel alium, ſeu alios Eccleſiæ, & bonorum ſuppreſſi Monaſterii eis aſſignandorum hujuſmodi corporalem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere) præfati Patriarchæ, (ſeu cujuſvis alterius licentia minime requiſita) perpetuo applicare, & appropriare auctoritate noſtra procures. Et nihilominus ſi ſuppreſſionem extinctionem, conceſſionem, aſſignationem, diſmembrationem, ſeparationem, applicationem, & appropriationem prædictas, per te vigore præſentium fieri contigerit ut præfertur Clericis, ſeu Religioſis, quam Abbatiſſæ & Monialibus præfatis per te, vel alium, ſeu alios in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, non permittas eos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras & penas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac cenſuras, & penas ipſas iteratis vicibus aggravando, invocato, & ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; nec non Monaſteriorum, & Ordinis prædictorum juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; nec non privilegiis, & indultis Apoſtolicis illis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis conceſſis, approbatis, & innovatis; quibus tenores illorum pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus; Contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXII. Auguſti MDXXXI. Pontificatus Noſtri Anno Octavo.

A. Colotius.
Ceſ. Accurrius.

Foris vero.
Venerabili Fratri Epiſcopo Paphenſ. in Civitate Venetiarum reſidenti.

Senatus Venetus aſſignat Monaſterium Sancti Secundi cum ipſius redditibus Provinciæ Venetæ S. Dominici.

I

1641. 17. Julii.

Ex Archivo Monaſterii S. Secundi Venetiarum.

1641. 17. *Luglio in Pregadi.*

Per la tralazione delle Monache, che gia abitarano nel Monaſterio di S. Secondo quì nelle Lagune a quello di S. Coſmo della Zuecca ritornò eſſo Monaſterio ed Iſoleta pleno jure nella libera diſpoſizione della S.N. che l'anno 1531. la conceſſe con Ducati 250. di rendita alla Religione Domenicana & in ſpezialità al Reverendiſſimo Generale pro tempore di quell' Ordine retto poi in Vicariato ſotto la ſola immediata giuriſdizione di Generali. Tale governo avendo partorito diverſi inconvenienti, il Padre Maeſtro

Nicolò

Digitized by Google

Nicolò Ridolfi Generale della medeſima Religione è venuto in riſoluzione coll' autorità anco Pontificia di rinunciarlo, perchè poſſa eſſere incorporato nella Provincia di Venezia e ce ne ha pregati con ſue lettere de 28. Decembre paſſato facendone la rinuncia per la ſua patente di 29. del medemo ſotto l'approbazione, e beneplacito noſtro. Eſſendo però il detto luogo devolùto di nuovo pleno jure nella poteſtà e libera diſpoſizione della Republica, e ſupplicando il Rev. Maeſtro Fra Marco Ferro Provinciale della ſteſſa Provincia di Venezia, detta di San Domenico per nome ſuo, e della medema, che per grazia ſpeciale ſii di nuovo conceſſo alla ſua Religione ed incorporato nella prefata Provincia a gloria del Signore Dio.

L'Anderà parte che il Convento di S. Secondo poſto quì nella Iſoleta chiamata S. Secondo, quale è di ragione della S. N. pleno jure con tutte le ſue abenzie e pertinenzie beni di qualunlunque ſorte, e ragioni, e tutto ciò, che le aſpetta, e poteſſe aſpettare ſia conceſſo alla Religione Domenicana, & unito, & incorporato nella Provincia di Venezia di S. Domenico, & ſottopoſto al governo & giuriſdizione dei Padri Provinciali, che pro tempore ſaranno di eſſa Provincia colle condizioni ſeguenti.

Che quanto prima ſi poſſi, ed alla più lunga al proſſimo Capitolo di eſſa Provincia ſia eretto un Priorato, e creatovi un Priore, come negli altri Conventi, il quale ſia nativo dello ſtato noſtro, e colla Famiglia, che vi ſi può oneſtamente e commodamente alimentare, che ſia de Sudditi nativi, vi faccian la reſſidenza, e celebrino li Divini Ufficii conforme gl'inſtituti di eſſa Religione, e maggior numero di Meſſe, che potranno al giorno, e tengano il Corpo del glorioſo S. Secondo nella decente venerazione.

Che il Priore, che ſarà creato di tempo in tempo, prima di andarne al poſſeſso ſia tenuto preſentarſi nel Collegio Noſtro per riconoſcenza del Dominio della S. N. ſopra detto luogo, e ricevere il beneplacito, & approbazione della ſua elezione.

E la preſente conceſſione ſia, e s' intenda ſempre in tutto e per tutto al medemo publico beneplacito:

E da mo ſia preſo che fatto venir nel Collegio Noſtro il Padre Provinciale della Provincia di Venezia detta di S. Domenico gli ſia per ſuo nome, e de ſuoi ſucceſsori e della Provincia ſudetta dato il poſseſso del Convento di S. Secondo poſto quì nella Iſoleta chiamata S. Secondo, con tutte le ſue abenzie, & pertinenzie, beni, & ragioni di qualunque ſorte, e tutto ciò, che le ſpetta, e ſpettar poteſse con obbligo alla più lunga al proſſimo capitolo di eſsa Provincia, che ſia eretto in Priorato e creatovi un Priore, come negl'altri ſuoi Conventi, Suddito Noſtro nativo, con Famiglia parimenti de ſudditi per ſarvi la reſsidenza, celebrarvi li Divini Uffizj ſecondo gl'Iſtituti della Religione, & il maggior numero di Meſſe, che potranno al giorno, e tenere il Corpo del glorioſo S. Secondo nella decente venerazione; dovendo chi ſarà eletto Priore di tempo in tempo ſempre venire a riceverne l'approbazione, e beneplacito publico nel medeſimo Collegio Noſtro.

Joan-

Digitized by Google

Joannes Baptiſta de Marinis Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum Conventum S. Secundi Venetiarum eſſe, & cenſeri debere Collegiatum decernit.

K 1663. 27. Novembris.

Ex Archivo Monaſterii S. Secundi Venetiarum.

FR. Jo: Baptiſta de Marinis Sacræ Theologiæ Profeſſor Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & ſervus ad perpetuam rei memoriam. Conventus noſter S. Secundi prope Venetias, cum eſſet parvulus, loquebatur ut parvulus, forſan tractabatur ut parvulus, interque minimas ſuæ Tribus Familias comparebat, ut parvulus nec aliud magis quam validiorum expectabat profectum incrementa: nunc vero Religioſorum numero, & temporalium ſubſidiorum notabili acceſſu, nec non introducto Regularis Obſervantiæ viridiori cultu in eam aſſurrexit roboris atque plenitudinis conſpicuam menſuram, ut ab eo, quæ ſunt parvuli prorſus evacuanda merito cenſeantur. Proinde harum ſerie noſtrique authoritate Officii declaramus, & quoad opus eſt ſtatuimus, volumus, ac decernimus præmemoratum Cœnobium noſtrum eſſe ac cenſeri debere collegiatum & formatum cum omnibus juribus, gratiis, ac prærogativis, quæcumque legitimo Conventui in noſtro Ordine, inque noſtra S. Dominici Provincia Venetiarum, quoquomodo competere ſolent ac debent ſicque univerſis & ſingulis noſtræ curæ ſubjectis præcipimus in virtute Spiritus Sancti, ſanctæ obedientiæ ſub formali præcepto: quatenus ſupradictam Regularem domum ſine omni deinceps ambiguitate, controverſia, aut exceptione agnoſcant, habeant tractentque velut Conventum Collegiatum: ſuiſque ex hujuſmodi titulo debitis, juribus, immunitatibus, & privilegiis præſertim loco ac voce capitulari integre, libere, & imperturbate frui atque gaudere permittant. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Quibuscumque in contrarium non obſtantibus. In quorum fidem.

Datum Romæ die 27. Novemb. 1663. Fr. Jo: Baptiſta de Marinis Magiſter Ordinis.

DE

DE
MONASTERIO
SS. COSMÆ & DAMIANI
IN JUDAICA.

PRima monaſticæ vitæ rudimenta ſuſcepit Marina Celſi eximiæ pietatis Virgo in Murianenſi Divi Matthæi Monaſterio, in quo ſub regula Divi Benedicti ſolemnem emiſit votorum profeſſionem. Religione & prudentia cœteris præſtans vix legitimam ætatem prætergreſſa Abbatiale onus ſumere coacta fuit, quod ut dignius adminiſtraret, laxatum diſciplinæ rigorem, ad antiquam ſanctimoniam reducere omni ſtudio curavit. Verum Sanctimoniales morem ſuo ingenio gerere aſſuetæ, cum piiſſimæ Præſulis monita, & religioſa ſtudia gravate ferentes obedientiæ jugo colla ſubdere omnino recuſaſſent, ſe fruſtra tempus terere Abbatiſſa cognovit. Turcellanum itaque Antiſtitem Simeonem Contarenum obſecrata eſt, ut ſe e male moratis clauſtris eductam, ad aliud ſeverioris Inſtituti Monaſterium, quietius Domino famulaturam, adduceret. Afflictæ Virginis preces rejecit

Digitized by Google

primum Epiſcopus, mox nimia importunitate devictus, ad Majurbienſe D. Euphemiæ Cœnobium, cui nulla ei temporis Abbatiſſa præerat, illam adducens, iis præfecit Monialibus, eo potiſſimum conſilio, ut nutantem regularis vitæ diſciplinam in ipſo firmaret. Suſcepto itaque hujus monaſterii regimine brevi ingemuit Marina ſe in diverſo loco eandem vivendi licentiam, a qua aufugerat, inveniſſe, quapropter nihil intentatum reliquit, quo errantes animos ad rectum ſalutis tramitem evocaret. Spe tamen fruſtrata, cum ulterius ſolutos Sanctimonialium mores tolerare nequiret, Epiſcopum nova prece fatigavit, ut ſibi, quoniam inter clauſtra effrenes ſæculi mores perhorreſceret, in fraternis ædibus cum Donata Triviſana, pii propoſiti ſocia, ſancte monaſticam vitam agere poſſe, concederet. Aſſentiente itaque Præſule in paternam domum a Fratre peramanter excepta ſanctæ ſolitudinis pacem, quam inter Monaſterii ſepta irrito labore quæſierat, in divitis domus remoto angulo ſibi comparavit.

Quamvis autem eo quietis ſpiritu, & aſceticæ vitæ otio maxime ſibi complaceret, tamen ad majora pro Dei honore patranda evocatam ſe ſentiens divino afflatu, de inſtituendo Obſervantium Monialium Aſceterio conſilium iniit, in quo ſub Divi Benedicti regula Virgines Deo inſervirent, & Nobiles Urbis adoleſcentulas pietate, & bonis moribus inſtituerent. Omni humano deſtituta ſuffragio, ſe difficilem adeo rem aggredi optime novit, attamen omni ſpe in uno Deo rei bene gerendæ repoſita, operi manum admovit, novumque Templum Paraclito Sancto Spiritui, cujus inſtinctu ducebatur, ſacrum facere inſtituit.

Ad opem itaque Divinam ferventi ardore confugit, atque in preces effuſa Numinis clementiam enixe deprecata eſt, ut qua potiſſimum ratione tanti operis initia diſponi vellet, aliquo modo ſignificaret. Humilia famulæ ſuæ vota ſuſcipiens Dominus ei mirabili revelatione ſignificavit, ut in Judaicæ Inſula ad piam quamdam mulierem Helenam nomine ſe conferret, in ipſius ædibus Divinum conſilium eſſe, ut ſub invocatione Sanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani Templum, & adjectum ei Monaſterium erigerentur.

His acceptis Marina nulla interpoſita mora ad Judaicæ Inſulam, Donata comitante, ſe contulit, ibique de Helenæ ædibus

Digitized by Google

bus perſcrutata ipſam ante domus ſuæ oſtium Divina diſpoſitione ſtantem invenit, quæ ex improviſo Sanctimonialium intuitu adeo interiori lætitia perfuſam ſe ſenſit, ut in amplexus earum, quas nunquam antea conſpexerat, geſtiens irruerit.

Domo itaque exceptas Helena de ipſarum adventus cauſa anxie ſciſcitata eſt, cumque omnem conceptæ rei rationem excepiſſet, non ſolum eam, quam incolebat domum, ſed & adjacentes, quæ ſui juris erant, habitationes lubentiſſimo animo obtulit, ſeque in ipſo Monaſterio, quod Deo gratius erat ſacrificium, ſpirituali militiæ nomen dare deſpondit.

Tali piæ mulieris oblatione commota Marina, in genua procumbens, primum omnium, (ut æquum erat) Divinæ clementiæ gratias egit, mox Helenam amplexata, ipſam in ſancti propoſiti ſociam, & adjutricem adſcivit. Ut vero celerius res bene cœpta progrederetur, conſulto prius per aſſiduas preces Deo, ad Ducis Venetiarum Joannis Mocenici fidem opemque confugit, cujus potiſſimum patrocinio ex S. C. Decreto non modo ædificandi Cœnobii facultas conceſſa fuit, ſed & Zachariæ Barbaro Oratori Veneto in Romana Curia mandatum, ut a Romano Pontifice Sixto IV. Apoſtolicæ confirmationis munus impetraret.

Miſſis itaque die VII. Maii anno MCCCCLXXXI. *Marinæ Celſi Abbatiſſæ Monaſterii S. Euphemiæ de Majurbio*, Apoſtolicis litteris ei indulſit Pontifex, ut *Eccleſiam cum Monaſterio ædificare*, atque *in eo Moniales Ordinis S. Benedicti de Obſervantia introducere* poſſet, quæ *iisdem* fruerentur *privilegiis*, *quibus cæteræ dicti Ordinis aliorum Monaſteriorum Moniales* potiebantur. (A)

Sub hæc ferme decreta Maphæus Gerardo Patriarcha Venetiarum, (ex egregia Fundatricis virtute confidens novum ab ea inſtitutum aſceterium cæterorum reformationi ad exemplum fore, & ſubſidium) die XX. Julii ejuſdem anni lapidem primum rite benedictum in fundamentis poſuit; cumque inde Marina *maximo animi fervore* ſancto operi principium dediſſet, & in dies *totis ſuis viribus* elaboraret, ut *ad votivum* perduceretur *effectum*, ipſam, quæ jam priorem Sanctæ Euphemiæ de Majurbio Abbatiſſatum reſignaverat, datis die XXI. Martii anno MCCCCLXXXII. Epiſtolis in primam *Eccleſiæ & Monaſterii novi Sanctorum Coſmæ & Damiani in Judaica Venetiarum*

Digitized by Google

Abbatiſſam inſtituit, commiſitque deinde Antonio Saracho, Archiepiſcopo Corinthienſi ſuo Generali Vicario, ut *recepto prius fidelitatis debitæ ſolito juramento*, Marinam *de dicto Abbatiſſatu actualiter* inveſtiret, atque *in corporalem poſſeſſionem* induceret. (B) Poſt hæc ædificatum Monaſterium mirum in modum creſcere, & repleri adeo cœpit, ut paucis a fundatione elapſis annis copioſa Virginum colonia ad alia clauſtra reformanda fuerit deducta.

Annus erat a partu Virginis MDXIX, quum Marina cujus prudentiæ, & probitatis fama ſeſe diffuderat, ad reformationem Sanctimonialium in Inſula S. Secundi degentium Patriarchali Antonii Contareni mandato deſtinatur. Eo in loco conſtituta regimen ipſius, ſexennii tempore, laudatiſſime adminiſtravit, atque anno MDXXI. die I. Junii ex ſupralaudati Patriarchæ decreto *coadjutrix Abbatiſſa Abbatiſſæ Conventualium* Monaſterii *S. Secundi* electa, hoc fidelitatis præſtitit juramentum.

„ Ego Soror Marina Monaſterii S. Secundi Venetiarum, „ de obſervantia ordinanda coadjutrix Abbatiſſa Abbatiſſæ „ Conventualium dicti Monaſterii: Promitto coram Deo, & „ Sanctis ejus, & hac ſolemni Congregatione Sororum, fide- „ litatem, dignamque ſubjectionem, obedientiam, & reveren- „ tiam matri meæ Eccleſiæ S. Secundi: & tibi D. Antonio „ Contareno Patriarchæ Venetiarum Domino meo: & ſuc- „ ceſſoribus tuis, ſecundum ſacrorum ordinum inſtituta, & „ prout præcipit inviolabilis auctoritas Pontificum Romano- „ rum. Dat. Venetiis die primo menſis Junii MDXXI. Indi- „ ctione IX.

„ Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia.

Biennio poſt e Divi Secundi Monaſterio, in cujus reformatione quatuor ferme annis laboraverat, diſcedens Marina ad cariſſima ſibi Sanctorum Coſmæ & Damiani clauſtra reverſa eſt, anno MDXXIII. ibique morbo extremo correpta evolavit ad ſuperos die XXII. Auguſti, nonageſimo primo ætatis ſuæ anno nondum expleto, cujus tumulo Sanctimoniales ad perennem tantæ Matris memoriam elogium hoc inſculpi mandarunt.

„ Marina Celſi vita, moribus, & Sanctimonia integer: San- „ cti Matthæi de Muriano primum, deinde Sanctæ Euphe- „ miæ de Majurbio: hujus demum, quod ſuo labore ſuaque

„ in-

Digitized by Google

„ induſtria, a fundamentis erexit, ac Sancti Secundi in obſervantiam redacti, Monaſteriorum Abbatiſſa Mdxxiii. die xxv. Auguſti obiit. Moniales lugentes poſuerunt. Vixit annis 91.

Templum magnificentia, & ornatu decorum multiſque ditatum Sanctorum exuviis anno Mdlxxxiii. ſolemne conſecrationis munus accepit, ut teſtatur marmorea epigraphe in æternum rei documentum parieti Eccleſiæ affixa:

Die xxx. Maii Mdlxxxiii.

„ Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus D. Julius Superchius Epiſcopus Caprulanus, Illuſtriſs. ac Reverendiſs. D. D. Joannis Triviſano Patriarchæ Venetiarum ſuffraganeus conſecravit hanc Eccleſiam in honorem SS. Coſmæ & Damiani conceſſitque ſingulis Chriſtifidelibus in die Anniverſario Conſecrationis ipſam viſitantibus xl. dies de vera Indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta.

Corpora Sanctorum Liberati, Hilariæ & Donatæ Mm. e Romanis Cryptis eruta quieſcunt in hac Eccleſia, ubi pariter aſſervantur.

Pars humeri S. Coſmæ; Parſque Cranii S. Damiani Martyrum Titularium.

Digitus S. Secundi Martyris, quem ab ejus Monaſterio recedentes Sanctimoniales ad hanc Eccleſiam adduxerunt.

Oſſa SS. Innocentium ſub Herode Mm.

Reliquiæ ex Oſſibus SS. Philippi & Jacobi Apoſtolorum, Joannis Papæ Martyris, Chriſtophori & Chryſogoni Martyrum, Leonardi & Romani Confeſſorum.

Aræ Majoris tabula Jacobi Palmæ opus eſt, in qua Deipara Virgo in aere ſublimis apparet, eamque venerantur Divi Benedictus Abbas, Sebaſtianus Martyr, atque Franciſcus Seraphicus. Geminas quoque tabulas depinxit Tinctoretus, quarum una Crucifixum Dominum exhibet; altera vero Mariam Virginem Divoſque Coſmam & Damianum, Ceciliam, Marinam, & Theodorum laudato opere repræſentat.

Elen-

Digitized by Google

Elenchus Abbatiſſarum Monaſterii S.S. Coſmæ & Damiani de Judaica.

1481 Marina Celſi Fundatrix. Ob. 1523. 25. Auguſti.
1523 29 Auguſti Chriſtina Throno.
1540 15. Martii Andriana Maripetro.
1554 29. Nov. Laura Mocenico.
1581 Cornelia Faletro.
1595 31. Auguſti Maria Cæleſtina Lippomano.
1598 2. Sept. Modeſta Faletro.
1601 30. Aug. Valeria Avogadro.
1617 10. Jul. Regina de Garzonibus.
1620 10. Jul. Maria Quirino.
1623 10. Jul. Angelica Lauretana.
1626 14. Jul. Laura Lauretana. Ob. in munere.
1628 14. Decemb. Julia Contarena.
1631 23. Decemb. Seraphina Rayneria.
1650 17. April. Benedicta Baduaria.
1658 17. April. Modeſta Rayneria.
1671 21. Maii Maria Cecilia Maripetro.
1674 5. Jun. Piſana Maripetro.
1677 8. Jul. Maria Stella Baduaria.
1683 28. Jul. Spes Zeno.
1686 30. Jul. Camilla Duodo.
1692 13. Aug. Maria Electa Cornelio.
1701 25. Octob. Octavia Leono.
1711 13. April. Andriana Baduaria.
1720 5. Aug. Maria Felix Baduaria.
1723 4. Aug. Maria Helena Maripetro.
1727 6. Febr. Piſana Grimani.
1736 2. Octobr. Maria Dilecta Juſtiniana.
1746 10. Jan. Maria Electa Donata.

Sixtus

Digitized by Google

Sixtus IV. Marinæ Celſi olim Abbatiſſæ S. Euphemiæ de Majurbio concedit facultatem ædificandi novum Monaſterium Ordinis S. Benedicti in Judaica.

A

1481. 17. Maii.

Ex Autographo Monaſterii S. Coſmæ de Judaica.

SIxtus Papa IIII. Dilecta in Christo filia, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Supplicari nobis humiliter curaſti, quod cum pro tua devotione, & animę ſalute cupias edificare unam Eccleſiam cum Monaſterio ſuo ſuper quodam terreno in Judaica iſtius Civitatis Venetiarum ſito, & in eo Monaſterio Moniales Ordinis Sancti Benedicti de obſervantia introducere, dignaremur tibi deſuper licentiam concedere. Nos tuum pium propoſitum Apoſtolico ſavore dignum cenſentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: Ut Eccleſiam ipſam cum Monaſterio & aliis neceſſariis manſionibus, & officinis ædificare & conſtruere abſque tamen alieni juris præjudicio. In eoque dictas Sancti Benedicti de obſervantia mulieres, quæ eiſdem gratiis & privilegiis, quibus potiuntur cæteræ dicti ordinis aliorum Monaſteriorum Moniales gaudeant, & plenariam peccatorum ſuorum remiſſionem ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo (preſentes tantum) conſequantur, introducere libere & licite poſſis, & valeas, tibi preſentium tenore licentiam concedimus pariter & facultatem. Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac dicti ordinis ſtatutis & privilegiis cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die XVII. Maii MCCCCLXXXI. Pontificatus noſtri Anno Decimo.

L. Griſus.

A tergo. | Dilectæ in Christo filiæ Marinæ Celſi Abbatiſſæ Monaſterii Sanctæ Euphemiæ de Majurbio Venetiarum.

Maphæus Girardo Patriarcha Venetiarum Marinam Celſi olim Abbatiſſam S. Maphæi de Majurbio inſtituit primam Abbatiſſam novi Monaſterii SS. Coſmæ & Damiani.

B

1492. 21. Martii.

Ex Archivo Monaſterii SS. Coſmæ & Damiani.

MAPheus Girardo miſeratione Divina Patriarcha Venetiarum Dalmatiæque Primas dilectæ nobis in Christo Venerabili Sorori Marinæ Celſi olim Abbatiſſæ S. Euphemiæ de Majurbio ſalutem in Domino ſempiternam. Cum tu ſuperiori tempore per Sanctiſſimum in Christo Patrem & Dominum Noſtrum D. Sixtum Divina Providentia Papam Quartum prefecta fueris erectioni novæ Eccleſiæ & Monaſterii dedicandi ſub titulo SS. Coſme, & Damiani in Judaicà Venetiarum ut in litteris Apoſtolicis ſuperinde emanatis evidenter apparet

paret ubi Moniales Ordinis S. Benedicti de Obſervantia Altiſſimo in perpetuum habeant famulari. Quippe qui Sanctiſſimus Dominus noſter de te ſibi ſuaſerit, quod de qualitate prudenti & Religioſa creatura fieri debet quæ non modo anhelet ad propriam ejus ſalutem animæ verum & aliarum multarum ſolitariam Religionem, quæ & portum ſalutis affectant unde cum tuo maximo animi fervore jam principium dederis & in dies totis tuis viribus elabores ut hoc Sanctum opus ad votivum perducatur effectum idque cum nobis apertiſſime conſtet, maxime per relationem nobis factam per Procuratorem tuum quod heri reſſignaris Abbatiſſatum tuum S. Euphemiæ de Majurbio qui à nobis & tuo nomine humiliter requiſivit ut nobis placeret te creare Abbatiſſam dictæ Eccleſiæ & Monaſterii novi SS. Coſmæ, & Damiani à Judaica Venetiarum cum illis præeminentiis honoribus juriſdictionibus & emolumentis, quibus ceteræ Abbatiſſæ ſecundum communem conſuetudinem perfruuntur & gaudent. Attento potiſsimum quod te tuo Abbatiſſatu priore privaveris ut expeditior ſis & diligentior ad hoc novum Monaſterium erigendum, & Moniales recipiendum regendum & gubernandum. Eapropter volentes inherere perſuaſioni quam de te ſibi fecit præfatus Sanctiſsimus Dominus noſter per quam te expreſſe tali fabrice preficiens tacite tamen Abbatiſſam futuram intendit de tua prudentia virtute morum integritate, & vitæ ſanctimonia de quibus per fidedignos apud nos plurimum commendaris maxime confidentes inducimur ut te grata benivolentia proſequentes tibi reddamur ad gratiam liberales. Quare tenore preſentium Patriarchali auctoritate noſtra in nomine ſancte & individue Trinitatis te prefatam Sororem Marinám Celſi creamus & inſtituimus Abbatiſſam dictæ Eccleſiæ & Monaſterii Sanctorum Coſmæ, & Damiani à Judaica Venetiarum cum omnibus juribus prerogativis præeminentiis juriſdictionibus tam ſpiritualibus quam temporalibus & emolumentis omnibus quibus communiter cetere Abbatiſſæ hujus alme Urbis Venetiarum fruuntur & gaudent. Committentes harum ſerie Reverendo in Chriſto Patri Domino Antonio Saraco Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopo Corinthienſi Vicario noſtro, Quatenus prius recepto a te fidelitatis debite ſolito juramento te Patriarchali auctoritate noſtra de dicto Abbatiſſatu actualiter per annuli traditionem inveſtiat teque in tenutam illius & corporalem poſſeſsionem inducat ſervatis moribus in ſimilibus ſolitis obſervari, inductamque defendat; Quodque debitam obedientiam & reverentiam tamquam vere Abbatiſſæ mandet tibi preſtari debere & ammodo faciat de omnibus ipſius Abbatiſſatus fructibus redditibus proventibus & obventionibus univerſis tibi integre reſponderi. Contradictores & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas compeſcendo ac tibi in vere pacificeque poſſeſsionis ſignum dictæ Eccleſiæ & Monaſterii claves aſsignando, & alia faciendo quæ in ſimilibus fieri conſueverunt. In quorum fidem preſentes fieri juſsimus & noſtri ſoliti Pontificaliſque ſigilli appenſione muniri.

Datum & actum Venetiis in Patriarchali Palatio Anno Dominicæ Nativitatis MCCCCLXXXXII. die xxi. Martii Pontificatus vero prefati Sanctiſsimi Domini noſtri D. Sixti Papæ IIII. Anno xi. Preſentibus Ambroſio de Mediolano Camerario & Hieronymo de Morandis teſtibus vocatis & rogatis.

Philippus Arimin. Cancell. ſſ.

DE

DE
MONASTERIO
SANCTI GEORGII
IN ALGA.

IN ea Veneti ſtagni inſula, quæ a marina alga circumquaque confluente cognomentum accepit, antiquitus erectum a familia Gattara Monaſterium, Sancti Georgii in Alga nuncupatum, a principio Monachi Benedictini Ordinis, ut ex traditione accepimus, habuere. Iis in loco adhuc fortaſſe degentibus, Eccleſiam Divo Georgio dicatam conſecravit Marcus Michael Epiſcop. Caſtell. die XXIX. Aprilis anno MCCXXVIII. utpote ex marmorea epigraphe inſtruimur, quæ ex incendiis ſuperſtes interiori clauſtri parieti affixa etiam nunc viſitur.

„ Nos Marcus Michael Dei Gratia Caſtellanenſis Epiſco-
„ pus aſſociante nobis Reynaldo Ven. Epiſcopo Fratre noſtro
„ Auctoritate Dei Omnipotentis Eccleſiam iſtam, in hono-
„ rem ejus Beatiſſimi Martyris Georgii conſecravimus firmi-
„ ter ſtatuentes, ut quicumque amodo annuatim Eccleſiam

Digitized by Google

„ iſtam triduo ante ſolemnitatem hujus Dedicationis, vel triduo poſt feſtum pie viſitaverint quadraginta dies de criminalibus peccatis, & tertiam partem Venialium in Chriſto indulgemus acta ſunt anno Domini percurrente MCCXXVIII. Menſis Aprilis die ſecunda exeunte.

Monachis ex inſula recedentibus, locum obtinuere Auguſtiniani Inſtituti ſectatores, qui plura per æſtuaria Veneta eo temporis Monaſteria incolebant. Horum religionem in ea inſula invexiſſe Beatum Laurentium Hiſpanum Congregationis Januenſis ad Montem Sexti fundatorem teſtatur doctiſſimus Vir Joannes Baptiſta Sajanellus, in Hiſtoricis Monumentis Ordinis S. Hieronymi, Congregationis Beati Petri de Piſis pag. 115. his verbis: " B. Laurentius e Hiſpania oriundus in Italiam venit, Anno Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo, & Venetias applicuit, ubi in Inſula, quæ dicitur modo S. Georgii in Alga Cœnobium S. Auguſtini nuncupatum tres circiter Annos incoluit una cum aliis plurimis Eremitis. Vitæ aſperitate, & diſciplinæ rigidiſſimæ fama, plures vitæ ejuſmodi ſtudioſos ad ſui ſequelam attraxit, quorum etiam Pater, & Fundator dictus eſt, auſpicata Congregatione Eremitarum, quæ nomine Fr. Laurentii Hiſpani, in Alga Maris Venetiarum florere cœpit. Sed ſtrictioris vitæ deſiderio, & Eremitarum veterum æmulatione percitus Venetias reliquit, & in Montem Sexti in ora Occidentali Genuæ, vulgo Seſtri di Ponente, ſe contulit Anno Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo tertio: extructiſque ſibi, & aliis quibuſdam ſociis ſparſim diſpoſitis cellulis, inibi Congregationem ſuam ſtabilivit. Porro quamvis ab Inſula S. Georgii in Alga Maris Venetiarum receſſiſſet B. Laurentius, atque in eadem Inſula non multo poſt nova Congregatio exordium habuiſſet, quæ S. Georgii in Alga Venetiarum appellata eſt, in qua floruit Venetorum Protopatriarcha D. Laurentius Juſtinianus; attamen Congregatio B. Laurentii Hiſpani ad Montem Sexti translata ſemper titulum retinuit Congregationis B. Laurentii in Alga Venetiarum, quouſque Piſano Ordini unita eſt Anno Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, ut colligitur ex Inſtrumento tunc edito, cujus exemplum Padua habetur. " Locus inde in Eremitarum poteſtate ſtetit, donec ſæculo Decimoquarto ad finem vergente cum ex pertina-

Digitized by Google

tinacis ſchismatis duratione regulares cœtus non minus in regulari obſervantia, quam in numero, & ædificiis majora in dies detrimenta ſuſciperent, Monaſterium ipſum, quod habitatoribus vacuum uno tantum Monacho Beltramo nomine ſub Prioris titulo regebatur a Bonifacio IX. in commendam redactum fuit. Ex ejusdem Pontificis collatione, Ludovico Barbo Marci Senatoris filio generis ſplendore, morumque præſtantia clariſſimo traditum fuit, Divina ſic diſponente benignitate, ut ex optimi viri virtute novi Canonicorum ordinis inſtitutio, atque ſplendidiſſima Monachorum Congregationis reformatio exordia ſuſciperent. Res eſt altius repetenda.

Anno reparatæ ſalutis MCCCC. Antonius e Nobili Corraria gente, & Gabriel Condulmerius ſpectabilis ex Venetorum Civium ordine, ſanguine non magis (erant enim Angeli tunc Corrarii Patriarchæ Conſtantinopolitani poſtea Gregorii XII. unus ex Fratre, alter ex Sorore nepotes) quam virtutum ſimilitudine invicem devinctiſſimi, cum ad eccleſiaſticum vitæ genus ſeſe interiori motione excitatos ſentirent, inito conſilio inter ſe Clericali militiæ nomen dare ſtatuerunt: Antonium in pauperum Jeſuatorum communitate aliquandiu degiſſe refert antiquus ipſorum codex ad noſtra usque tempora aſſervatus, deque talis, hominis inſtituto mentionem fecimus Operis hujus Tom. V. Dec. VII. pag. 224. quo tamen anno (ſi codici huic fides adhibeatur) hæc acta ſint, vel quamdiu in inſtituto perſeveraverit, omnino ignoratur. Antonius itaque ſacris initiatus, & Coronenſis Eccleſiæ Decanatum adeptus, patrui Patriarchæ opera Gabrielem conſanguineum Veronenſis Cathedralis Canonicum inſtitui curavit. Talem igitur ſocium Dei beneficio nactus Antonius, (ut contubernii communione, & æmulatione virtutum ad majora diſponerentur), Veronæ per annum in continuæ pietatis exercitiis una cum illo commoratus eſt in iis ædibus, quæ noſtro adhuc ævo lapidea inſcriptione ſe Gabrielis ſtatione decoratas olim fuiſſe teſtantur.

„ Eugenii IV. Pontificis Opt. Max. Felix Domicilium.

Venetias itaque poſt annum a parentibus evocati, cum libatæ ſolitudinis amore tenerentur, regularem vitam in ipſis paternis ædibus inſtituerunt. Tantæ virtutis exemplo excitati nonnulli virtute, & nobilitate lectiſſimi juvenes, ad eamdem inſtitutæ vitæ rationem ſeſe adjungere exoptarunt. Franciſcus

Digitized by Google

Maurocenus ingenio, & eruditione præſtantiſſimus quum piis viris veteri eſſet neceſſitudine conjunctus ipſis æmulatione virtutis primus adhæſit. Ipſum ſequutus eſt Marinus Quirinus & morum ſanctimonia, & doctrina clariſſimus, cujus opera, & exemplo Laurentius Juſtinianus ejus ex ſorore nepos, fulgidiſſimum Urbis, & Congregationis decus novo inſtituto nomen dedit. Maurocenum & Quirinum imitati ſunt, Matthæus de Strata Papienſis, Lucas de Eſte, Joannes Picenardus Nobilis Cremonenſis, & Franciſcus Barbus Venetus Marci filius, egregiæ virtutis & præſtantis indolis juvenes. Hi omnes cum vehementi Divini Spiritus afflatu urgerentur, unanimiter de ſtatuenda nova ſocietate, in qua Deo conjunctim deſervire poſſent, conſilium inierunt. Primum itaque in privatis Antonii Corrarii ædibus non longe a Divi Blaſii Parochiali Templo convenerunt, ubi precationibus & jejuniis aſſidue adhibitis, inſtitutum communis vitæ genus profiteri firmiter ſtatuerunt. Interea Venetias e Curia Romana adventavit Angelus Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui probatiſſimam vivendi normam, quam nepotes, ipſorumque ſocii ſtatuerant coram admiratus, collaudato conſilio, ipſos ex anguſtiori loco ad ſuas ædes deduxit. Cum vero frequentior populi acceſſus religioſæ ſolitudinis inſtituto importunior eſſet, viſum eſt, Patriarcha ipſo conſenſum præbente, ad vetuſtum D. Nicolai de Littore Cœnobium, quod ingraveſcente Januenſium bello ad militaris munimenti formam reductum fuerat, recentem religioſæ militiæ catervam deducere.

In eo itaque loco dum ſpiritualibus exercitationibus, atque continuato orationis ſtudio angelicam vitam agunt, Ludovicus Barbus ſupralaudati Franciſci Frater, qui (ut dictum eſt) Cœnobio S. Georgii de Alga commendatario titulo præerat, ipſorum pietate, & conſuetudine usque eo captus eſt, ut Inſulam ſibi commendatam religioſis viris in opportuniorem habitationem ſponte obtulerit.

Prioratum hunc adminiſtrandum ſuſceperat Ludovicus anno ætatis ſuæ vigeſimo, ultro deferente Bonifacio IX. cui ornatiſſimi juvenis virtutes & doctrina innotuerant, quem mox, ut ſuſcepit, omnes animi ſui conatus eo direxit, ut locum deſertum, atque neglectum ad Dei cultum, & regularium virorum incolatum reſtitueret. Quamobrem eam occaſionem nactus

ctus eos vehementer adhortatus eſt, ut relicto D. Nicolai Monaſterio, ad ſui Prioratus inſulam ſeſe deducerent, perpetuæ ipſorum habitationi a ſe propterea deſtinatam. Huc igitur cum manſuram ſedem ſibi ſtatuiſſent, ipſorum converſatione allectus angelicus juvenis Laurentius Juſtinianus, qui ad Marinum avunculum frequens adventabat, eorum numero adſcribi vehementiſſime exoravit. Quam mirabili prorſus modo ad ſpiritualem militiam a Divina ſapientia evocatus fuerit, & quanta ſanctitate in clauſtrali vita primum, mox in epiſcopali dignitate effulſerit, abunde teſtatur Bernardus Juſtinianus ejus nepos, qui ſanctiſſimi Viri vitam diligenti calamo concinnavit.

Ad hunc acceſſerunt deinde Marcus, & Michael Condulmerii Veneti, Simeon de Perſicis Cremonenſis, Hieronymus de Muſis, & Auguſtinus de Gaſtaldis Papienſes, Antonius de Calcitris Venetus, atque Dominicus e Patritia Maurocena gente, omnes bono recentis Congregationis odore ad Chriſtum allecti. Tales igitur tantosque viros, ut Bonifacius IX. Romanus Pontifex in ſuæ Eccleſiæ S. Georgii de Alga Canonicos Sæculares perpetuo inſtitueret, ipſius pietatem Ludovicus Prior enixis precibus obteſtatur. Rem facili aure excepit Pontifex, atque libentiſſimo animo Congregationem amplexatus, totum negotium Angelo Chyſamenſi Epiſcopo Venetiis commoranti delegavit, eique per apoſtolica ſcripta mandavit, ut ad Monaſterium præfatum perſonaliter accedens de omnibus ſe diligenter informaret, atque omnium veritate percepta, *ipſum Monaſterium, & quidquid in eo correctionis, ſeu reformationis miniſterio cognoſceret indigere, tam in capite, quam in membris* authoritate Apoſtolica *corrigeret, & reformaret, ſtatueret* inde, atque *inſtitueret in perpetuum, vel ad certum tempus, augmentando, diminuendo, ſeu mutando, aut innovando præfati Monaſterii ſtatum, ſtatuta, conſtitutiones, & alia etiam pro divinis officiis bujusmodi peragendis rationabilia, & ſalubria in ipſo Monaſterio obſervanda ordinaret & diſponeret*. Apoſtolicas Bonifacii epiſtolas, quum Epiſcopo Chyſamenſi obtuliſſet Ludovicus, ab eo ſuppliciter expetiit, ut ipſas ad Dei gloriam debitæ executioni mittere dignaretur. Viri ſupplicatione adductus Epiſcopus, urgente præſertim Pontificis juſſu, ad Monaſterium ſe contulit, ut rem cæteroquin certam præſenti examine diligentius exquireret, cumque ipſum *omni bona*

reli-

Digitized by Google

religione & obſervantia regulari deſtitutum comperiſſet, præhabito prudentium Virorum conſilio, *difficillimum ac quaſi impoſſibile* reputavit opportunos *alterius ordinis, & religionis* viros reperire, *per quos dictum Monaſterium poſſet in bona & regulari obſervantia* reformari. *Quapropter* optime noſcens MARINUM QUIRINUM, ejusque ſocios *Clericos Sæculares moram in ſupradicto Monaſterio trahentes magnarum virtutum, & morum eſſe gravitate decoratos, ac in eisdem clericalem honeſtatem adeo renitentem, ut vitæ ipſorum odore ſtatus Eccleſiaſticus* mirabilem ſuſciperet venuſtatem, *& dietim eorum exemplo ad diſciplinam Eccleſiaſticam, & mundi contemptum quamplurimi attraherentur*, ipſos, ut magis ad reparandum Divini cultus honorem idoneos fore, cognovit. Recepto itaque *antedicti Prioris conſenſu auctoritate Apoſtolica prædicti Monaſterii ſtatum antiquatum præſentialiter mutavit*, tranſtulitque *in novum ſtatum Collegiatæ Eccleſiæ Sæcularis Canonicorum Sæcularium, Clericorum ſimul conviventium, conveſcentium, commorantium, & Deum collaudantium officiis nocturnis pariter & diurnis*, ac ad hoc *Venerabiles Viros Antonium Corrarium*, ejusque ſocios *coram ſe evocatos, & flexis genibus conſtitutos in Canonicos, & Fratres dictæ Eccleſiæ S. Georgii in Alga* recepit, & inſtituit, *ipſos, ipſorumque ſucceſſores* firmans de *cætero conſtituere Collegium, & Capitulum dictæ Eccleſiæ, reſervato tamen præfato Ludovico Priori dumtaxat titulo ipſius* Prioratus, & tertia quoque redditnum parte *pro ſuo honeſto victu* aſſignata. Acta fuerunt prædicta anno reparatæ ſalutis MCCCCIV. die XXX. menſis Octobris, Innocentii vero VIII, qui Bonifacio vita functo in Pontificatu ſucceſſerat, anno I.

Exinde optimi viri, qui in mutuæ charitatis obſervantia ſine certis, & propriis legibus, peculiaribus impenſis, ſuſtinebantur, ex Apoſtolicæ ordinationis authoritate in unum Congregationis corpus rite coaleſcens, ſub prudenti conſtitutionum norma, communibus loci ſumptibus ali cœperunt.

Poſt hæc ſuperius laudatus Angelus Corrarius Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui anno MCCCCV. die XIV. Martii ab Innocentio VII. inter S. R. E. Cardinales cooptatus fuerat, anno ſequenti MCCCCVI. die XXIII. Novembris eidem Innocentio vita functo ſubrogatur. Inita autem Summi Apoſtolatus poſſeſſione Antonium Corrarium ex Fratre, & Gabrielem Condul-

dulmerium ex ſorore nepotes, (quorum ſibi prudentia, & vitæ integritas, dum Venetiis degerat, perſpecta fuerat) Romam accerſivit, ut ipſorum opera in graviſſimis laceratæ Eccleſiæ calamitatibus uteretur. Pontificio itaque mandato compulſi, licet ægre a ſuaviſſimo ſociorum contubernio divellerentur, Romam contendunt, quo cum adventaſſent, hoc primum a Pontifice patruo expoſtularunt, ut nuper inſtitutam Canonicorum Congregationem Apoſtolicæ confirmationis munimine roboraret, ſeque ad optatam ſolitudinis pacem reverti pateretur. Nepotum vota libentiſſime excepit Gregorius, nec tamen eos abire permittens Pontificium confirmationis diploma Ludovico Priori, ejusque Capitulo per Venetos Legatos deferri juſſit, qui Romam de ſumma dignitate Gregorio Pontifici gratulaturi acceſſerant. Datum fuit Romæ Apoſtolicum Diploma die XXVII. Januarii Anno MCCCCVII. atque in Congregationis Annalibus a Jac. Philippo Thomaſino Æmonienſi Epiſcopo relatum pag. 41.

Præclaro huic muneri alium ex ejusdem Pontificis conceſſione additum fuiſſe, veſtem nempe cœrulei coloris, & amplioris manicæ, refert Mozzagrugnius in ſæpecitata Chronica Canonicorum S. Salvatoris lib. V. " Sanctiſſimus (Angelus Corrarius) Patriarcha præceptis Apoſtolicis libentiſſime obtemperavit, atque eam Congregationem S. Georgii in tantum dilexit, & amplexus eſt, quod poſtea ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumptus, eodem habitu, quo S. R. E. Cardinales ab antiquo tempore, licet colore, & forma aliquatenus poſtea alterato, uſi fuerant conſiſtorium intraturi, eam decorari voluerit. " Seniores Canonicos hujuſce Congregationis cæruleum colorem ad veſtes elegiſſe, tradit Jacobus Philippus Thomaſinus in Annalibus Congreg., ex inſita in Deiparam Virginem pietate, atque rei hujus teſtimonium hoc eſſe aſſerit, quod in ipſorum Cœnobiis paſſim videbantur Beatæ Mariæ Virginis imagines cœrulea veſte amictæ, cui utrinque Canonici eodem colore induti flexis genibus adſtabant.

Veſtis ad unicum vitæ uſum primitus inſtituta, cum frigeſcente antiquæ obſervantiæ fervore ad ſæcularem pompam ſenſim declinaſſet, in Capitulo Generali Anno MDLXXXV. Venetiis coacto, L. vocales ex ſenioribus, qui eidem Capitulo præerant, eam, qua deinceps perpetuo uterentur Canonici *ex-*

tra-

traditionibus, & antiqua & bona conſuetudine deſcripſerunt, his verbis:

Ex Terminationibus XI. Patrum Capituli generalis anni 1585. *quæ ms. ſervantur in Bibliotecha Monaſterii S. Mariæ Servorum de Venetiis.*

„ Licet ex traditionibus, & antiqua, & bona conſuetudi-
„ ne, unicuique noſtrum confratrum, quam laudabilis olim
„ fuerit forma, & habitus noſtræ congregationis manifeſtum
„ ſit, attamen quidam non ſolum verecundiæ, ſed propriæ ſa-
„ lutis immemores ab aratro reſpicientes retro, rerum ſecu-
„ larium amatores magis, quam regularium inſtitutorum mo-
„ ribus pravis, ac innovationibus illam veterem a Spiritu Sancto,
„ in ipſo initio inventam quotidie depravare ſtudent. Idcirco
„ a Patribus XI. in capitulo generali habitus noſter ita de-
„ ſcriptus eſt.

„ Die XVIII. Julii MDLXXXV.

„ Super Carnem deferatur lanea ſtaminea, ut convenit
„ Congregationi noſtræ, Tunica vulgo la ſottanna interior
„ ſit alba ex panno, vel ex illa Textura, quæ vulgari ſermone
„ dicitur Saja, vel raſſa ex ovina lana juxta laudabilem uſum
„ Congregationis, ne propter ſubtilitatem ſit damnabilem, cum
„ nodulis vulgo Bottoni, quibus Congregatio ex veteri con-
„ ſuetudine utitur, confectis ex eodem Panno, & textura ſu-
„ perius dicta, veluti ex materia ipſius veſtis cum collare
„ depreſſo, & arcto ad proportionem colli, & debitam men-
„ ſuram.

„ Toga, quæ deffertur domi (vulgo la pelanda) ſit ex Pan-
„ no, aut ex illa textura, quæ dicitur vulgo ſaja, ex
„ ovina lana infecta ex colore cyaneo (vulgo azuro) cum
„ manicis latis ſaltem more majorum cum collare decenti
„ ac proportionato collo cujusvis deferentis absque nodulis,
„ neque fixa, ante, ſed integra.

„ Tabarum ſit juxta honeſtam formam, & antiquam con-
„ gregationis, & quod manicæ non eccedant longitudinem
„ brachii, & manus quadratæ cum colore Proportionato vitæ
„ & collo deferentis, quod ſit ex Panno, aut ex illa textura,
„ quæ dicitur Saja, ex ovina lana infectum ex colore cyaneo.

„ Pal-

„ Pallium, quod defertur in itinere ſit ex panno, vel ex
„ textura (vulgo Saja pannata ſæpius dicta) conveniens vitæ,
„ cujus vitæ deferentis,! absque ornamento ullo ſerico, ſed
„ omnia ſint ex ovina lana cyaneo colore infecta.

„ Pileoli (vulgo Berette) reducantur ad formam ordinariam
„ & conſuetam Congregationis, & a miniſtris dentur perfecti
„ & completi.

„ Cingula ſint ex ovina lana, aut ex illa materia vulgo di-
„ cta Fileſello absque floculis ſimplices, quæ ſuper togas defe-
„ rantur nigra aut cyanea, ſuper tunicas vero interiores, &
„ tibialia deferantur alba.

„ Tibialia ſint ex panno, vel ex teſtum Saja ſæpius dicta ex
„ ovina lana, aut ex linea vel Goſipina di bombace aut Ca-
„ nebacea tela, quæ vero toleratur ferre ex pellibus dorceis
„ non permittantur villoſa.

„ Brachæ ſint ex panno albo, vel ex textura ſaja ſæpius
„ repetita ex ovina lana, aut linea vel goſipina, vel ea ne-
„ bacea tela absque ſerico, vel alio ornamento, quæ toleran-
„ tur ex pellibus dorceis ullo modo ſint villoſe.

„ Rhenones (vulgo Pelice) ſint ex pellibus Agnorum, vel
„ ex ovino genere, neque pre longitudine diformes operimen-
„ tum ſit ex textura lanea ex ovibus album neque quisquam
„ poſſit induere Rhenones ex ſilveſtribus animalibus confectos
„ veluti vulpium, & Talium absque venia expreſſa Patrum
„ Viſitatorum ac Deputatorum loci; ex cauſa ſenectutis vel
„ valetudinis.

„ Declarantes quod ab omnibus noſtris indumentis arcean-
„ tur funiculi vulgo paſſamani ex ſerico vel ſerici noduli,
„ vel aliquid tale uſitatum a Laicis.

„ Manicæ, quæ deferuntur contra vim frigoris, operiantur
„ ex panno vel ex textura ſæpius repetita ex cyaneo colore. Pel-
„ les vero ſint Agnorum vel vulpium.

„ Crepidæ & calcei ſint nigri, & ocreæ nigræ juxta religio-
„ ſam conſuetudinem & formam.

„ Declarantes quod arceantur omnes laicales habitus, velu-
„ ti diploides, vulgo ziponi con panza, ex goſipio aut ex alia
„ materia, ſed qui permittuntur ſint ex tela canebacea, vel
„ linea, vel goſipina neque inciſi Ziccolati, poſſunt fieri etiam

„ ex panno, ſed omnes ſint absque ornatu, & absque collare cujusvis generis.

„ Chirotecæ domi vel per Civitates omnino removeantur, „ & omnia genera odorum.

„ Pilei ſint juxta honeſtatem clericalem, & religioſam neque deferantur, quando Monaſteriis egreditur, ut eatur per civitates ad aliquid agendum, (vulgo andar alla Terra) niſi quando pluit. Ubi vero ſunt Monaſteria, quando egrediuntur ad aliquid agendum, eant induti tabarro comitati, ut decet, & libet ſuperioribus. Omnes habitus, omniaque indumenta delata, & inventa prohibita diripiantur a ſuperioribus ſine ſpe redendi, quæ vendantur, ex quo precio detracto ematur aliquid in ſacrario, ſi qui vero non obedient, contra ipſos inobedientes, & incorrigibiles, procedatur arbitrio ſuperiorum ſuorum, præter amiſſionem rerum eos puniant pœnis arbitrariis etiam.

„ Superiores autem non providentes cum vident, aut cognoſcunt, aut amoniti fuerint, & ſimiliter viſitatores, completo eorum officio, aut dignitate per annum ſint privi voce activa, & paſſiva, neque pro veſtimentis tradant numos.

„ Item decretum fuit, ut juxta perſcriptum ſeu decretum ſacri Concilii Tridentini Seſſione 25. cap. IIII. de reformatione, quod incipit: Contingit ſæpe ſuper relictis defunctorum, ut provideantur, quod ibi præcipitur, ubi cognoſcitur opus eſſe in Eccleſiis noſtris, quod calculatores particulares conventuum cum deputatis præter alias obligationes, quibus tenetur ex munere ſuo, inſpicere teneantur etiam adamuſſim ratiocinia ſuorum conventuum tam redituum, quam expenſarum, liquido inſpicientes omnia, & in calce anni mittant terminationem omnium ad capitulum generale, quam calculatores capituli recipiant a patribus quinque correctoribus, ut poſſint melius, & verius ſcire ſtatum Conventuum.

„ Item decretum eſt ne quisquam per triennium recipiatur aut veſtiatur neque Clericus, neque laicus converſus, ſi forte aliquem veſtierit, in triennio careat canonicatu, & ipſo facto denudetur & degradetur ab officio, & dignitate, at ille qui tali modo fuerit receptus ſtatim ejiciatur a congregatione depoſito habitu.

„ Abro-

Digitized by Google

„ Abrogata fuit vetus conſtitutio contra conjuratores ma-
„ los ſpiritus tamen qui exercent facta ex venia ſuorum Re-
„ ctorum, quod nemo ſcribat absque venia ſuorum ſuperio-
„ rum, neque recipiat litteras, ſed coram ſuo rectore de-
„ ferrat, præter officiales congregationis, & illos qui functi
„ ſunt dignitate ſuprema Generalatus, per officiales intelligan-
„ tur Generalis Rector, Priores, Vicarii, quando abſunt Priores
„ ſui Procuratores, & Gubernatores Villarum. Verum poſſit
„ quisque ſcribere absque venia Rectori Generali & viſitatori-
„ bus, contravenientes vero puniantur absque indulgentia. Re-
„ ſervatio caſuum exequatur, ut decretum fuit. Obſervetur
„ conſtitutio ne ad ſcolas extra conventum gradiatur.

„ Item quod nemo in poſterum poſſit inſigniri Privilegio do-
„ ctoratus absque venia Patrum XI. congregandorum capitu-
„ li tempore.

„ Quod nemo ex miniſtris, aut quisquam particularium co-
„ gnitionis poſſideat pullos equinos, vel equos præter illos
„ quibus opus eſt conventibus; contrafacientes autem priven-
„ tur pullis, & equis irremiſſibiliter; precium autem detra-
„ ctum deſtinetur ſacrario conventus, ubi talia animalia re-
„ periuntur.

„ Quod Priores absque indulgentia revocent ad conventus
„ Gubernatores villarum quando absque venia ipſorum audent
„ fabricare, & penitus amoveant a regimine juris.

Ea moderatione habitus non magis, quam conſtanti virtu-
tum exercitio ſeſe prodebat novi inſtituti ſanctimonia, neque
in privatis tantummodo ædibus, ſed & in vicis, & compitis
religioſæ humilitatis exempla in rerum humanarum contemptu
oſtendere ſatagebant Canonici, ſiquidem nulla neceſſitatis lege co-
gente, ſed ex demiſſi animi humilitate manticam per Urbem de-
ferentes panem oſtiatim emendicabant, quod cum & D. Lau-
rentius ageret, ſe vili ſaccorum onere illuſtrem de ſeculo trium-
phum referre gloriabatur.

Interea cum anno MCCCCV. Urbs Patavii poſt longæ obſi-
dionis anguſtias Veneto Imperio deditione facta acceſſiſſet, Epi-
ſcopus & Canonici Patavini Cœnobium S. Joannis Decollati,
quod antea S. Joannis Evangeliſtæ titulo Ordinis S. Benedicti
fuerat, a Patavina Urbe haud longe diſſitum apud Pontem Cur-
vum, omni regulari obſervantia deſtitutum ad ſtatum Secula-

I 2 ris

Digitized by Google

ris Eccleſiæ deduxerunt, atque Canonicis Secularibus S. Georgii in Alga Venetiarum perpetuo excolendum conceſſerunt. Rem a Stephano de Carraria Epiſcopo Patavino inchoatam, atque perfectam, ordinaria deinde authoritate confirmavit Albanus Epiſcopus ſucceſſor, atque in publicas tabulas redigi mandavit, anno MCCCCVI. die XII. menſis Julii, eamque poſtea anno MCCCCVIII. Apoſtolicæ approbationis munimine ratam eſſe decrevit Gregorius Pontifex, qui eo tempore ad Urbem Ariminenſem pro illorum temporum calamitate diverterat. Epiſcopalis conceſſionis, & Apoſtolicæ confirmationis Diplomata refert Jac. Phil. Tomaſinus in Annal. pag. 54. & 58. ubi inter Canonicos Præpoſituræ S. Joannis aſſignatos Divum Laurentium Juſtinianum recenſet.

Dum hæc aguntur, Gregorius Pontifex cum nepotum officia ad Eccleſiæ regimen utilia, & opportuna ſibi ex experientia probaſſet, Antonium Patriarchali Conſtantinopolitano titulo auxit, Gabrielem vero Prothonotarium Apoſtolicum atque S. R. E. Theſaurarium declaravit, quos deinde non multo poſt S. R. Eccleſiæ Cardinalium Collegio adnumeravit. Ex iis Gabriel antequam Cardinalatu ornaretur veteris dilectionis memor, qua ſuam S. Georgii Congregationem proſequutus fuerat, cum a Patruo Pontifice, qui ejus pietatem noverat, pluribus fuiſſet eccleſiaſticis beneficiis cumulatus, *Prioratum ſæcularis & collegiatæ Eccleſiæ S. Auguſtini* extra Urbem Vicentiæ poſitum, *cui olim Prioratus SS. Firmi, & Ruſtici de Leonico, tunc Ordinis S. Benedicti canonice fuerat unitus*, Canonicis Sæcularibus S. Georgii in Alga Venetiarum libere reſignavit, eique *Laurentium Juſtinianum de Venetiis presbyterum Caſtellanenſis Diœceſis vitæ ac morum honeſtate aliiſque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum* præfici curavit; quo in loco ſolitudinis amœnitate jucundiſſimo ſanctum virum libellum *de ſolitudine* ſcripſiſſe probabile eſt. Reſignationem hujuſmodi Apoſtolico Diplomate ratam habuit Gregorius Pontifex Senis degens die XII. Septembris anno MCCCCVII.

Alia etiam ſuæ Congregationi beneficia adjecit Gabriel Condulmerius jam Cardinalitia dignitate, ſimul cum Antonio Corrario, inſignitus, ſiquidem trecentos ducatos, quos ſibi annuatim ſolvendos in reſignatione Prioratus S. Auguſtini reſervaverat, *Joanni alias Laurentio Juſtiniano de Venetiis Presbytero*

Ca-

Caſtellanenſis Diœceſis Priori S. Auguſtini, ejuſque ſucceſſoribus libere dimiſit, ac relaxavit; datis Arimini epiſtolis anno MCCCCVIII. die XV. Decembris, quibus ipſum Laurentium ejusque ſocios miris laudibus effert.

Ludovicus Barbus poſt hæc, cui Congregatio primum Ordinis Cœnobium referebat acceptum, a Gregorio XII. Abbas S. Juſtinæ Patavinæ inſtituitur, eo conſilio ut illuſtris Monaſterii laxatam aliquantum diſciplinam ad veterem obſervantiam, & priſcam morum ſanctimoniam, ea qua pollebat prudentia, revocare niteretur, quod & Deo bene juvante egregie præſtitit: aſſumptis enim in laboris ſubſidium Stephano Mauroceno, & Franciſco Barbo Divi Georgii Canonicis opus ſane arduum aggreſſus eſt, nec unum tantummodo D. Juſtinæ Cœnobium, ſed & alia plura ad regularem vivendi normam traduxit, unde clariſſima prodiit Monachorum Caſſinenſium Ordinis S. Benedicti Congregatio a Monaſterio Principe poſtea Divæ Juſtinæ appellata. Ludovico itaque Priore Patavium translato, cum Divi Georgii Cœnobium Antiſtite vacaret, Canonici unanimi voto Laurentium Juſtinianum Priorem elegerunt die IX. Septembris MCCCCIX.

Acceſſerunt circa hæc tempora ad augendam Congregationem tria Cœnobia, quorum unum S. Angeli Veronenſis Urbis Antonius Cardinalis Corrarius, cui in commendam deferente Martino V. obtigerat, de ipſius Pontificis aſſenſu, libero munere aſſignavit anno MCCCCXXVIII., duo vero alia de ſupralaudati Pontificis Martini liberalitate devenerunt; Cœnobium nempe Sancti Gregorii extra portam S. Vitalis in Agro Bononienſi anno MCCCCXIX., atque aliud S. Jacobi Montisſilicis in Diœceſi Patavina, quorum donationes Tomaſinus in annal. Congregationis fuſius exhibet.

His aucta Monaſteriis Congregatio, ut ejusdem corporis diſſita membra uno capiti ſubjicerentur, Rectorem Generalem, qui Monaſterium S. Georgii præſens moderaretur, cæterisque præeſſet, ex Canonicorum cœtu deligere, viſum eſt. Precationibus igitur & jejuniis in eam rem adhibitis, cum electioni ſtatuta dies adveniſſet, collectis Canonicorum ſuffragiis Rector Generalis enuntiatur Laurentius Juſtinianus anno MCCCCXXIV. qui uno eodemque tempore & Cœnobii S. Georgii Rector eſſet, & univerſæ Congregationis Præſes Generalis. Hic ut ſuperius

perius dictum eſt, Ludovico Barbo in adminiſtratione Monaſterii anno Mccccix. ſubrogatus fuerat, quo in munere iterum conſtitutus fuit annis 1413. 1418. 1421. 1424. Succeſſores Juſtiniani fuerunt.

Anno 1410. Julianus de Manerbio. Iterum Prior 1422.

Anno 1419. Romanus de Mediolano.

Anno 1420. Hieronymus de Placentia.

Anno 1424. ut dictum eſt, Divus Laurentius Juſtinianus cum S. Georgii in Alga Cœnobium regeret, totius Congregationis Præſes Generalis eligitur, quam ad dignitatem iterum evocatur annis 1427. 1429. 1431. Anno deinde Mccccxxxiii. ab Eugenio IV. ad Patrias Caſtellanenſes Inſulas aſſumptus Paſtorale onus, quod invitus & reluctans ſuſcepit, ſanctiſſime adminiſtravit virtutum, & prodigiorum ſplendore conſpicuus.

Sanctiſſimo Viro Congregationem quarto adminiſtrante, anno Mccccxxi. die iii. Maii ad Summi Apoſtolatus apicem Gabriel Condulmerius Cardinalis Senenſis nuncupatus evehitur, qui aſſumpto Eugenii IV. nomine ſuæ ſodalitatis memor, in cujus gremio prima Eccleſiaſticæ vitæ tyrocinia egerat, univerſa Bonifacii, Gregorii, & Martini privilegia ampliſſimo Diplomate confirmavit, aliaque adjecit, ad ipſius Congregationis regimen non minus ſplendida, quam opportuna.

Anno 1425. Lucas de Eſte. Iterum 1432. 1442.

Anno 1426. Julianus de Manerbio. Iterum 1430. 1434. 1438. quo anno Prioratus S. Margaritæ de Pulveraria, & Cœnobium S. Mariæ de Iſpida Congregationis Corpori conjunguntur. Eo ipſo anno 1438. Templum S. Georgii de Alga vetuſtate labens reædificari cœptum eſt, quod deinde abſolutum fuiſſe, anno 1458. aſſerit Tomaſinus in Annalibus, Turrim vero Sacram erectam fuiſſe refert anno 1454. Iterum 1441. qui fuit ejus emortualis annus; obiit enim menſe Novembris.

Interea dum ex novorum locorum acceſſione Congregatio protenditur, antiquæ S. Georgii in Alga ædes ex vetuſtate ad ruinam vergebant; quibus reficiendis certam pecuniæ ſummam ſtatuto modo corrogandam aſſignavit Eugenius Pontifex, potiſſimam tamen ſumptuum partem Congregatio ex propriis proventibus adjecit. Templum inde prodiit juxta illius temporis uſus amplum potius, quam magnificum, cujus pretioſiora ornamenta erant de Dominicæ Paſſionis inſtrumentis venerandæ

randæ

Digitized by Google

randæ portiones, & duorum Sanctorum lipſana, quæ in marmorea epigraphe a dextera parte aræ principis poſita annuntiabantur.

„ Reliquiarum locus in quo ſunt præcipue Spina de Corona, de Veſte inconſutili, & de Ligno Crucis Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Pes S. Georgii Martyris, & Corona Divi Marci-Evangeliſtæ Anno MDLXXXIX.

Sanctiſſimæ Crucis fragmenta per ignem probata fuiſſe ab Epiſcopo Clodienſi Canonicorum poſtulatu, refert Tomaſinus in annal. pag. 227.

Anno 1428. Maphæus Contarenus. Iterum annis 1433. 1437. quo anno Congregationi adnectitur Cœnobium Brixienſe Sancti Petri: 1439. 1443. 1446. 1448. 1451. 1454. Hic anno 1455. cum Divus Laurentius Patriarcha ad cœlos evolaſſet, unanimi S. C. voto ad Patriarchalem Sedem aſſumitur, quam anno 1460. cum mortalitate depoſuit. Defuncti corpus in Sacello B. Laurentii Juſtiniani, ut ipſe moriens mandaverat, repoſitum fuit inſculpto hoc epitaphio.

„ Hic ſitus eſt Maphæus Contarenus per obedientiam Patriarcha II. Venetiarum, qui cum non minus paupertatis, quam continentiæ propoſitæ, auctus Patriarchali dignitate, egregium ſpecimen dediſſet, & ordine hoc ſuo & Laurentio Juſtiniano præceſſore dignus conceſſit ad ſuperos MCCCCLX. Die XXVI. Martii.

Anno 1435. Nicolaus Cremonenſis, iterum anno 1444. 1449.

Anno 1436. Petrus de Garzonibus.

Anno 1440. Benedictus Venetus.

Anno 1445. Bandinus Venetus. Hoc anno mortalitatem exuit Antonius Cardinalis Corrarius, qui jam aliquot annis in Patavino D. Joannis Decollati Cœnobio, tranquillam ſenectutem acturus ſeceſſerat. Hic cum extremo morbo correptus diſſolutionem ſui corporis imminere cognoſceret, cineres ſuos Venetias deferri, & in D. Georgii in Alga Monaſterio, in quo ſancte actæ vitæ curſum incœperat, tumulari juſſit, quod & factum eſt, appoſito ejus ſepulturæ hoc funebri elogio.

„ S. piiſſimi patris Domini Antonii Corrario Beatæ Memoriæ Epiſcopi Oſtienſis Cardinalis Bononienſis fundatoris hujus Congregationis, qui obiit anno a nativitate Dom. MCCCCXLV. die XIX. Januarii. Orate pro eo ſemper.

Piiſ-

Digitized by Google

Piiſſimi Cardinalis virtutes & laudabilia geſta Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ commendant, dignus propterea, qui a multis, iisque graviſſimis Scriptoribus Beati titulo inſigniatur.

Anno 1447. Jacobellus de Muriano. Poſt multos pro Eccleſia Dei exantlatos labores ſanctiſſimus Pontifex Eugenius IV. hoc anno MCCCCXLVII. die XXII. Febr. migravit in cœlum. Vir dilatandæ fidei ardore, & in difficillimis temporibus invicta patientia clariſſimus. Iterum 1452.

Anno 1450. Marcus Cuppus. Iterum 1457. 1463. 1470. quo anno Paulus II. Patriarchæ Veneto, & Abbati S. Georgii Majoris mandavit, ut duodecim e ſenioribus Canonicis eligerent, qui laxatam Congregationis diſciplinam ad veterem morum ſanctimoniam reducerent. Ejusdem anni menſe Auguſto deceſſit Marcus Generalis, cui ſuffectus fuit, ut annuum regimen compleret Hieronymus Mudacius.

Anno 1453. Michael Maurocenus iterum 1462. quo anno Congregationi adnexum fuit Cœnobium Sanctæ Mariæ ab Horto Venetiarum. Iterum 1467.

Anno 1455. Matthæus Marzanus de Caſali majori, quo Congregationem regente Sanctiſſimus Patriarcha Laurentius Juſtinianus obdormivit in Domino die VIII. Januarii anno 1455. Veneto more computato, anno nempe 1456. æræ vulgaris. Iterum 1459.

Anno 1456. Gabriel Maurocenus.

Anno 1458. Antonius Maurocenus. Iterum 1464. 1473. 1480. 1484. Obiit in munere die IV. Auguſti ejusdem anni ſuccedente ſibi Franciſco Paradiſo.

Anno 1460. Joannes Placentinus. Iterum 1465.

Anno 1461. Hieronymus Blanchus Venetus. Iterum 1466.

Anno 1468. Matthæus Carturus, qui Congregationis nomine Cœnobium Romanum S. Salvatoris in Lauro de munificentiſſima Latini Cardinalis Urſini liberalitate ſuſcepit.

Anno 1471. Franciſcus Paradiſo. Iterum 1477. 1479. 20. Septemb. Cataldo Brixienſi ſuffectus. Iterum 1481. 1485. Antonio Mauroceno ad explendum annum ſubrogatus. Iterum 1486. quo anno Congregatio Vicentino Sancti Rochi Monaſterio augetur. Iterum 1488. 1490. 1492. 1495. 1498. 1499. 1500. 1502. 1504. 1510. 1511. 1516. Obiit in munere, ſuccedente ſibi Bernardino Ganaſſono.

Anno

Anno 1472. Franciſcus de Caſali Majori. Iterum 1478. 1482. qui ſenectute confectus recuſavit.

Anno 1474. Cataldus de Cataldis Brixienſis. Iterum 1479. Obiit eodem anno in menſe Septembris.

Anno 1482. Daniel Venetus. Obiit eodem anno, cui ſuffectus fuit Antonius Maurocenus, eo autem recuſante, Rector Generalis enuntiatur Victor de Mothono.

Anno 1485. Antonius de Aldis, quo onus detrectante, eligitur Andreas de Tertio, in cujus renuntiantis loco declaratur Rector Generalis Gregorius de Scalpis Patavinus, qui acerrimus diſciplinæ cuſtos laxatos in Ordinis obſervantia mores ad veterem ſobrietatem reducere curavit.

Anno 1487. Andreas de Tricio. Iterum 1496. Congregationi accedit Ariminenſe S. Juliani Cœnobium.

Anno 1489. Simeon Martinengus. Iterum 1493.

Anno 1491. Aloiſius Contarenus. Iterum 1494. 1497. 1501. 1503. 1507. anno 1508. Patriarcha Venetus enuntiatur.

Anno 1499. Joannes Donatus Veronenſis, cui die XXVIII. Decembris defuncto ſucceſſit Franciſcus Paradiſus.

Anno 1505. Hieronymus de Caballis. Iterum 1508.

Anno 1506. Bernardinus Ganaſſonus Brixienſis. Iterum 1509. 1512. 1514. 1516. 1518.

Anno 1513. Dorotheus de Deodatis.

Anno 1515. Hieronymus Salomonus. Iterum 1517. 1521. 1524. 1527.

Anno 1519. Petrus Bergomenſis. Iterum 1523. 1526.

Anno 1520. Hieronymus Pesna Veronenſis. Iter. 1525. 1528.

Anno 1522. Petrus Marinus Brixienſis.

Anno 1529. Donatus Planerius. Iterum 1532.

Anno 1530. Stefanus de Provaglio.

Anno 1531. Philippus Stancarius Brixienſis.

Anno 1533. Leo Bugatus. Iterum 1536. 1539. 1542. 1545. 1548. 1551. 1554. 1557. 1560.

Anno 1534. Benedictus Ugus Patavinus. Iterum 1537. 1541.

Anno 1535. Maximus Vicentinus. Iterum 1546.

Anno 1538. Lucas Picenius Brixienſis. Iterum 1544.

Anno 1540. Pacificus de S. Euſemia Brixienſis. Iterum 1547.

Anno 1543. Iſidorus Leonicenus.

Anno 1549. Lazarus de Scledo. Iterum 1552. 1555.

Digitized by Google

Anno 1550. Julius de Virola. Iterum 1556. 1562.
Anno 1553. Joannes Petrus de Lignano.
Anno 1557. Jacobus Philippus Zanardus Patavinus.
Anno 1559 Julius Alexandrinus.
Anno 1561. Arſenius Columbus.
Anno 1563. Dominicus Savallus Brixienſis.
Anno 1564. Julius de Clementis Veronenſis.
Anno 1565. Simeon Bergomenſis.
Anno 1566. Angelus Lippomanus. Iterum 1580.
Anno 1567. Eleuterius Raynaldus Brixienſis, cui a dignitate expulſo ſubrogatur ex Pii V. decreto Hippolytus a Portu Gruario cum Vicarii Generalis titulo. Cum usque adhuc Canonici Congregationis a votis regularibus liberi fuiſſent, a Pio Papa V. ad ſolemnem profeſſionem emittendam coguntur anno 1568. Iterum 1575.
Anno 1571. Nicolaus Righettus Veronenſis.
Anno 1572. Simeon Cavamellus Bergomenſis.
Anno 1573. Michael Angelus Liſiera. Iterum 1579.
Anno 1574. Fidentius Squarra Patavinus.
Anno 1576. Benedictus Pontonus Veronenſis, Comitiis Generalibus peſte ingruente prolatis, biennio in officio perduravit.
Anno 1578. Maximianus Lazari Patavinus. Iterum 1583.
Anno 1581. Joannes Bonaſinus. Iterum 1585. 1594. Pontificia Clementis VIII. authoritate.
Anno 1582. Fabianus Mocaglia Vicentinus.
Anno 1584. Proculus Vercellenſis.
Anno 1586. Lazarus Patavinus, cui paulo poſt vita functo ſubrogatur Fortunatus Vicentinus.
Anno 1587. Archangelus Paraticus Brixienſis, cujus & ſucceſſorum dignitas decernente Sixto V. ad triennium deducitur.
Anno 1590. Marcus Antonius Bozzononus.
Anno 1593. Daniel Roſa, cujus triennale munus ex Clementis VIII. decreto ad annum revocatur. Hic clariſſima de ſanctitate Beati Laurentii teſtimonia collegit, atque typis vulgari curavit.
Anno 1595. Fortunatus Vicentinus.
Anno 1596. Eugenius Cavazzonus Bononienſis.
Anno 1597. Egidius Buceferus.
Anno 1598. Livius Lielmetius Patavinus.

An-

Digitized by Google

Anno 1599. Marinus Milanus Ariminenſis.
Anno 1600. Hieronymus Zinus Bononienſis.
Anno 1601. Protaſius Ferrarius.
Anno 1602. Cletus Artuſius Venetus. Clemens VIII. hoc anno Rectoris Generalis, qui Congregationi, & Monaſterio S. Georgii in Alga præerat, dignitatem triennalem eſſe decrevit.
Anno 1606. Romanus Auguſtus Brixienſis.
Anno 1609. Petrus Paulus Milotus, anno 1615. electus Epiſcopus Clodienſis.
Anno 1613. Gratiadei Pavonus.
Anno 1616. Laurentius Mazuchellus Brixienſis.
Anno 1619. Michael Angelus Zananus.
Anno 1622. Gabriel à Fonte Ariminenſis.
Anno 1625. Bonifatius Tremoldius Patavinus.
Anno 1628. Joannes Andreas de Rubeis.
Anno 1632. Hortenſius Ottolinus.
Anno 1636. Dominicus Naſcinus Brixienſis.
Anno 1639. Simeon Pizzaguerra Venetus; in quo Rectorum S. Georgii in Alga itidemque Præſidum Generalium Congregationis deſinit Series; Anno enim 1641. Jacobus Philippus Thomaſinus Annal. ſuæ Congregationis Hiſtoricus cum ad Æmoniæ in Iſtria Epiſcopatum eſſet evectus, Annalibus ſuis finem fecit Anno 1642.

Tantus, tamque magnificus rerum & virorum ſplendor, quo à ſuis exordiis effulſerat *Congregatio Canonicorum Secularium Divi Georgii in Alga*, ſenſim ſenſimque collabente antiquo ſolitudinis, & moderationis ſtudio, repente ex Apoſtolico Decreto evanuit, anno enim MDCLXVIII. die VI. Decemb. Clemens IX. Pontifex Maximus motu proprio, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine *Congregationem Canonicorum S. Georgii in Alga Venetiarum una cum omnibus ejus dignitatibus officiis, & miniſteriis* perpetuo extinxit, & abolevit, ejusque *bona tam ſacra, quam profana in uſus, & opera pia convertenda* reſervavit. Hoc itaque modo periit nobiliſſima Congregatio, quæ univerſali Eccleſiæ Pontificem Optimum Maximum, Cardinales, Patriarchas, Epiſcopos aluerat, ex cujus gremio illuxit Urbi Venetæ & univerſæ Urbi clariſſima Laus & gloria Præſulum, atque ſuæ Patriæ præſidium, & ornamentum Divus Laurentius Juſtinianus.

Digitized by Google

Ne itaque *Eccleſia debito deſtitueretur ſervitio*, & ſarta tecta cuſtodiretur, Fratribus Minimis S. Franciſci de Paula conceſſa fuit, qui cum ex loci diſtantia, & rerum omnium inopia, nec ipſi aliis ſuffragia ſpiritualia ſubminiſtrare, nec ab aliis temporalia vitæ alimenta ſuſcipere valerent, haud multo poſt Monaſterium coacti ſunt deſerere, & ad proprias S. Franciſci de Paula Venetiarum Ædes, unde exierant, ſeſe recipere.

In ipſorum locum ſuffectus fuit Clariſſimus Ordo Carmelitarum Excalceatorum, cujus nomine, anno MDCIC. die XV. Septembris Inſulæ poſſeſſionem iniit Frater Fortunatus a S. Carolo ad hujuſce Fundationis munus a Superioribus Ordinis ſpecialiter delegatus.

Templum itaque & Monaſterium novo religioſorum virorum cœtu exculta horridam, quam ex incolarum privatione faciem exceperant, depoſuerunt, atque a temporum injuriis reparata priſtinam religioſæ ſolitudinis amœnitatem receperunt.

Decimoſeptimo ab ingreſſu Carmeliticæ religionis anno Chriſti ſcilicet MDCCXVI. die XI. Julii, ex fortuito incendio recenter renovatæ Eccleſia & Ædes conflagrarunt, ex cujus flammis dolendum maxime eſt combuſtam quoque fuiſſe inſignem Bibliothecam, quam plurimis libris a ſe collectis fundaverat Antonius Cardinalis Corrarius, mox ms. codicum copia ditaverat Eugenius IV. Pontifex, demum nobiliſſima eorum librorum copia auxerat, quos Hieronymus Aleander Cardinalis Brunduſinus, & Oritanus Monaſterio S. Mariæ ab Horto ex teſtamento legaverat. Sola inter furentes flammarum vortices illæſa remanſit illa ædium pars, quam vivens incoluit Sanctiſſimus Patriarcha Juſtinianus, nam eodem momento temporis, quo flammæ jam in immenſum ſuccreſcentes ad parietes Beati Viri incolatu venerabiles pervenere, repente ſubſidentes retroceſſerunt, ſacris ædibus adeo intactis relictis, ut nulla pars earum ex voracitate incendii ipſam circumdante læderetur. Mirabilis facti memoria, ut ad poſteros perenniter conſervanda derivaret, marmore inſculpta eſt, atque exteriori ipſius ſervatæ Cellæ parieti affixa.

Ab igne non poterat exterminari
MDCCXVI.

Brevi

Digitized by Google

Brevi deinde temporis ſpatio dirutas ædes a fundamentis renovatas Chriſtifidelium pietas erogatis eleemoſynis aliquando perfecit.

Series Priorum S. Georgii in Alga Ordinis Carmelitarum Excalceatorum.

1699 26. Octob. Laurentius Juſtinianus a S. Eliſeo. Iterum 1704. 11. Maii.
1700 10. Maii Jo. Baptiſta a S. Vincentio Ferrerio.
1700 4. Nov. Hilarion a Cruce.
1703 14. Maii Michael a Jeſu.
1706 4. Sept. Petrus Martyr a S. Lazaro. Iterum 1715. 16. Maii.
1709 25. Apr. Angelus ab Annunciatione.
1712 26. Apr. Martialis a S. Hilario.
1715 13. Nov. Bernardus a S. Onufrio.
1716 11. Nov. Thomas a Paſſione.
1718 21. Maii Michael Archangelus a S. Helena. Iterum 1730. 4. Maii.
1721 17. Maii Felix Maria a S. Carolo.
1722 18. Nov. Valerius a S. Hieronymo usque ad annum 1730.
1733 28. Maii Franciſcus Xaverius a Præſentatione.
1736 8. Maii Laurentius Juſtinianus a S. Thereſia.
1736 30. Octob. Stephanus a SS. Petro & Paulo.
1737 18. Julii Matthæus a S. Joanne.
1739 4. Maii Raimundus a S. Maria.
1742 21. Maii Hyacinthus a Cruce.
1745 19. Maii Octavius a S. Carolo.
1748 24 Maii Albertus a S. Cajetano.
1749 23. Octob. Edmundus a S. Thereſia.

DE

Digitized by Google

DE ECCLESIA MODO DIRUTA S. MARCI BOCCALAMI.

HAud longe ab Inſula Divi Georgii Algenſis in ea Veneti ſtagni parte, quæ Patavini agri fines alluit, viſebantur olim nonnulla Monaſteria, quorum, ex injuria temporum, vix rudera ſuperſunt vetuſtæ habitationis monumenta. Ex iis primum ſeſe offert dirutum D. Angeli Cœnobium, olim de Contorta, modo de Pulvere nuncupatum, cujus mentionem ingeſſimus, ubi Operis hujus Dec.I.pag.6. de Monaſterio S.Crucis in Judaica verba fecimus. Huic olim proximum exurgebat Canonicorum Regularium Monaſterium in Inſula ſitum, cui nomen inditum S. Marco de Boccalame, ex antiqua Eccleſia Divo Marco Evangeliſtæ antiquitus eodem in loco erecta, cura, & impenſis Familiæ Ravæ, quæ ex Urbe Patavina originem trahens, cum Venetiis domicilium poſuiſſet anno 1013., inter Patritias Familias meruit adnumerari. De hac vetuſtiſſima Inſula hæc Sabellicus affert in ſuo de ſitu Urbis lib. III.
„ Panditur quarta regio a bacchilionis oſtio, & medoaci por-
„ tum: omnia intra littus aquæ ſibi vindicant: nec præter
„ vetuſtæ ædis ruinas, quæ ſcopulo bacchilionis alveo pro-
„ pinquo circa portus viſuntur (Divo Marco ſacram fuiſſe
„ memorant) & ſalinarum turrim, quod unum Clodiaco
„ bello præſidium totis ſtagnis Veneto eſt retentum: nihil re-
„ latu dignum occurrit.

Nonnulla adhuc ſuperſunt vetera documenta, queis hujus loci mentio affertur. Horum primo Judices Publicorum exequentes majoris Concilii legem latam die IX.Jul.anno MCCCXXVIII. conceſſerunt Fratri Nicolao Priori Monaſterii S. Marci Bocalama *paſſus* L. *de aquis publicis & Communis ultra proprium* dicti Monaſterii die XXVIII. ejusdem menſis & anni (B). Altero

tero ad annum MCCCLXXXI. confecto *Gerardinus de Robertis Prior Monaſterii ſeu loci* Sancti Marci Boccalamii *Dioceſis Caſtellanæ* Procuratori ſuo *pleniſſimam virtutem committit inquirendi omnia dicto Monaſterio ſpectantia, inſuper omnes poſſeſſiones, terras, vineas, & valles dicti Monaſterii ſeu loci edificandi &c.*

Tertio vero, anni MCCCLXXXII. *Laurentius de la Turre Plebanus Sancti Angeli* Venetiarum *Procurator Monaſterii ſeu loci Sancti Marci Bocalamii, locat quamdam vallem poſitam circa Monaſterium ſeu locum prædictum Sancti Marci Bocalamii de jure & pertinentia ipſius prefati Monaſterii ſeu loci pro libris decem parvorum duabus bonis auccellis, & duabus groſſis anguilis omni anno &c.*

Quarto demum ſequentis anni MCCCLXXXIII. *Fr. Ghirardus Prior Monaſterii Sancti Marci Bocalamii Caſtellan. Diœceſ. facit chartam commiſſionis fratri Franceſchino Priori Monachorum Sancti Clementis de Veneriis dictæ Diœceſis petendi poſſeſſionem dicti Monaſterii Sancti Marci Bocalamii in diſtrictu Paduæ.*

De loco hoc Sancti Marci Boccalamii, deque altero ei olim adhærenti Sancti Leonardi de Boccalama pariter nuncupati, hæc in vetuſtiſſimo chronicorum codice ms. datum eſt invenire.

Nel 1347. entrò la peſte in Venetia la qual fu tanto grande, che non è memoria, che ne avanti, ne dapoi ne foſſe mazor, e delle cinque parti ne morirono tre; fù forza deputar piatte con homeni, che andaſſero gridando per la terra; Chi ha corpi morti in caſa; e li buttavano nelle Piatte, e li portavano a ſepelir, e fu ſi gran numero, ch' oltre li Cimiterj di Venezia facevano portar corpi a San

Anno MCCCXLVII. peſtifera lues adeo atrox Venetam Urbem invaſit, ut nemo meminerit ſe unquam vel vidiſſe, vel relatu didiciſſe ſæviorem; tres enim ex quinque populi partibus miſerandum in modum abſumpſit. Lata itaque lex fuit, ut onerariæ cymbæ urbem circuirent, quarum vectores horrenda voce populum ad projicienda defunctorum cadavera monerent, quæ cymbis excepta ad Cœmeteria aſſi-

San Marco Bocalame, e a S. Lunardo pur de Bocalama; e a S. Rasmo.

ſignata deducerentur; tantusque ſuit projectorum corporum numerus, ut Urbanis Cœmeteriis repletis, cadavera ad S. Marci Boccalamii, & Sancti Leonardi pariter Boccalamii, atque S. Eraſmi diſſitas Inſulas tumulanda eveherentur.

Eccleſiæ *Sancti Marci Bochalame in ſuis ſtructuris, & ædificiis penitus diruptæ, & collapſæ fructus, redditus, & proventus* Veneto *puerorum Clericorum collegio*, & eorum collegiali menſæ annexit, & univit Eugenius Papa IV. dato Florentiæ diplomate anno MCCCCXLI. die prima Januarii.

Circa ſuperius enunciata loca, quæ *in Boccalama*, ut dictum eſt, nuncupabantur, aliam antiquis temporibus extaſſe Eccleſiam, quam in Deiparæ Virginis honorem Familia Odoalda anno *960*. condiderat, teſtatur antiquiſſimus codex ms. ab anonymo Chronologo Sæculi XV. concinnatus.

Ange-

Digitized by Google

Angelus Epiſcopus Chyſamenſis delegatus à Bonifacio Papa IX. Monaſterium S. Georgii de Alga concedit Canonicis Secularibus pro fundanda Congregatione, quæ appellata fuit Canonicorum Secularium S. Georgii in Alga Venetiarum.

A 1404. 30. Octobris.

Ex Annalibus ipſius Congregationis Jacob. Philip. Thomaſini.

ANgelus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Chyſamenſis (*a*) Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Bonifacii Divina Providentia Papæ IX. ad infraſcripta ſpecialiter delegatus, Univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis, & quos infraſcriptum tangit negocium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum deceat maxime in Eccleſiaſticis miniſteriis docere, cujus auctoritate quisque miniſtret Univerſitati veſtræ; nec non & veſtrum ſingulis, tenore præſentium intimamus, quod Vener. & Religioſus Vir D. Ludovicus Prior loci Monaſterii, & Eccleſiæ Sancti Georgii in Alga Ordinis S. Auguſtini de Venetiis Caſtellanenſis Diœceſis die XXII. Menſis Septembris proximi decurſi Nobis quasdam litteras Apoſtolicas cum earum vera bulla plumbea ad cordulam canapis, more Romanæ Curiæ non vitiatas, non cancellatas, non abraſas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carrentes præſentavit, licet alias ejus parte nobis præſentari fecerit, petens humiliter, & devote quatenus ipſas litteras Apoſtolicas mandabatur. Quarum litterarum Apoſtolicarum tenor per omnia ſequens, & eſt talis. Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Chyſamenſi in loco de Venetiis Caſtellanæ Diœceſis commoranti ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſtatum ſalubriter dirigendum juxta paſtoralis officii debitum intendentes ad reformationem illorum, quæ deformata ſentimus, partes Apoſtolicæ ſolicitudinis adhibemus. Sane petitio pro parte dilecti filii Ludovici Prioris Monaſterii S. Georgii in Alega per Priorem ſoliti gubernari, Ordinis Sancti Auguſtini Caſtellanenſis Diœceſis nobis nuper exhibita continebat, quod Monaſterium prædictum, in quo ab olim laudabiliter viguit obſervantia regularis, & cujus inſtituta regularia fuerunt per Sedem Apoſtolicam approbata à longis retroactis temporibus extitit, prout exiſtit, hujusmodi regulari obſervantia deſtitutum, ac in ſpiritualibus & divinis officiis ibidem peragendis multipliciter deformatum. Quare pro parte dicti Prioris, qui ut aſſerit ad reformationem ipſius Monaſterii ferventer anhelat, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis de opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati Fraternitati tuæ, de qua in his, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ad Monaſterium præfatum perſonaliter accedens, & habens præ oculis ſolum Deum ſuper præmiſſis, eorumque circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & hujusmodi informatione per te ſic recepta, ipſum Monaſterium, & quicquid in eo correctionis, ſeu reformatio-

(*a*) Chyſamenſis ſeu Cyſamenſis à Chyſamo Urbe Regni Cretæ memoratur operis hujus Decade II. pag. 79.

San Marco Bocalame, e a S. Lunardo pur de Bocalama; e a S. Rasmo.

ſignata deducerentur; tantusque fuit projectorum corporum numerus, ut Urbanis Cœmeteriis repletis, cadavera ad S. Marci Boccalamii, & Sancti Leonardi pariter Boccalamii, atque S. Erasmi diſſitas Inſulas tumulanda eveherentur.

Eccleſiæ *Sancti Marci Bochalame in ſuis ſtructuris, & ædificiis penitus diruptæ, & collapſæ fructus, redditus, & proventus* Veneto *puerorum Clericorum collegio*, & eorum collegiali menſæ annexit, & univit Eugenius Papa IV. dato Florentiæ diplomate anno MccccxLI. die prima Januarii.

Circa ſuperius enunciata loca, quæ *in Boccalama*, ut dictum eſt, nuncupabantur, aliam antiquis temporibus extaſſe Eccleſiam, quam in Deiparæ Virginis honorem Familia Odoalda anno 960. condiderat, teſtatur antiquiſſimus codex ms. ab anonymo Chronologo Sæculi xv. concinnatus.

Ange-

Digitized by Google

Angelus Epiſcopus Chyſamenſis delegatus à Bonifacio Papa IX. Monaſterium S. Georgii de Alga concedit Canonicis Secularibus pro fundanda Congregatione, quæ appellata fuit Canonicorum Secularium S. Georgii in Alga Venetiarum.

A 1404. 30. Octobris.

Ex Annalibus ipſius Congregationis Jacob. Philip. Thomaſini.

ANgelus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Chyſamenſis (*a*) Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Bonifacii Divina Providentia Papæ IX. ad infraſcripta ſpecialiter delegatus, Univerſis & ſingulis præſentes noſtras litteras inſpecturis, & quos infraſcriptum tangit negocium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum deceat maxime in Eccleſiaſticis miniſteriis docere, cujus auctoritate quisque miniſtret Univerſitati veſtræ; nec non & veſtrum ſingulis, tenore præſentium intimamus, quod Vener. & Religioſus Vir D. Ludovicus Prior loci Monaſterii, & Eccleſiæ Sancti Georgii in Alga Ordinis S. Auguſtini de Venetiis Caſtellanenſis Diæceſis die XXII. Menſis Septembris proximi decurſi Nobis quasdam litteras Apoſtolicas cum earum vera bulla plumbea ad cordulam canapis, more Romanæ Curiæ non vitiatas, non cancellatas, non abraſas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas; ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carrentes præſentavit, licet alias ejus parte nobis præſentari fecerit, petens humiliter, & devote quatenus ipſas litteras Apoſtolicas mandabatur. Quarum litterarum Apoſtolicarum tenor per omnia ſequens, & eſt talis. Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Angelo Epiſcopo Chyſamenſi in loco de Venetiis Caſtellanæ Diæceſis commoranti ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſtatum ſalubriter dirigendum juxta paſtoralis officii debitum intendentes ad reformationem illorum, quæ deformata ſentimus, partes Apoſtolicæ ſolicitudinis adhibemus. Sane petitio pro parte dilecti filii Ludovici Prioris Monaſterii S. Georgii in Alega per Priorem ſoliti gubernari, Ordinis Sancti Auguſtini Caſtellanenſis Diœceſis nobis nuper exhibita continebat, quod Monaſterium prædictum, in quo ab olim laudabiliter viguit obſervantia regularis, & cujus inſtituta regularia fuerunt per Sedem Apoſtolicam approbata à longis retroactis temporibus extitit, prout exiſtit, hujusmodi regulari obſervantia deſtitutum, ac in ſpiritualibus & divinis officiis ibidem peragendis multipliciter deformatum. Quare pro parte dicti Prioris, qui ut aſſerit ad reformationem ipſius Monaſterii ferventer anhelat, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis de opportuno remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi ſupplicationibus inclinati Fraternitati tuæ, de qua in his, & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus ad Monaſterium præfatum perſonaliter accedens, & habens præ oculis ſolum Deum ſuper præmiſſis, eorumque circumſtantiis univerſis auctoritate noſtra te diligenter informes, & hujusmodi informatione per te ſic recepta, ipſum Monaſterium, & quicquid in eo correctionis, ſeu refor-

(*a*) Chyſamenſis ſeu Cyſamenſis à Chyſamo Urbe Regni Cretæ memoratur operis hujus Decade II. pag. 79.

mationis miniſterio cognoveris indigere, tam in capite quam in membris, eadem auctoritate hac vice, corriges, & reformes, ac ſtatuas, & inſtitues in perpetuum, vel ad certum tempus; augmentando, diminuendo, ſeu mutando, aut innovando præfati Monaſterii ſtatum, ſtatuta, conſtitutiones, & alia etiam pro divinis officiis hujusmodi peragendis rationabilia, & ſalubria in ipſo Monaſterio obſervanda ordines, & diſponas: ac omnia alia quæ Epiſcopus Caſtellanenſis exiſtens pro tempore cum Dilectis filiis Capitulo Caſtellanenſi circa præfatum Monaſterium facere poſſet, ſeu quomodolibet exercere, facias, & exerceas, prout ſecundum Deum pro utilitate dicti Monaſterii & perſonarum in illo degentium Animarum ſaluti tibi videbitur expedire. At nihilominus per te ſic facienda ordinanda diſponenda, inſtituenda, & ſtatuenda facias auctoritate prædicta inviolabiliter obſervari contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis & conſuetudinibus Monaſterii & ordinis prædictorum ac aliis contrariis quibuscumque ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim à Sede prædicta ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis communitionis ſuppletionis caſſationis & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei Beatorumque Apoſtolorum Petri & Pauli ſe noverit incurſurum Datum Romæ apud S. Petrum Apoſtolatus noſtri anno quintodecimo.

Nos igitur cupientes in omnibus Apoſtolicis parere mandatis, prædictas Apoſtolicas litteras, licet alias receperimus, iterum reverenter recipimus, & communicato conſilio ſæpe ſæpius cum dicto D. Priore aliisque quamplurimis Venerabilibus Viris Eccleſiaſticis morum gravitate & ſcientia nec non experientia decoratis tractatibus & conſiliis multis præcedentibus, ac ipſius Domini Prioris apud quem ſolum ad præſens totum Jus Capitulo & Conventus dictorum Monaſterii & Eccleſiæ pertinere dignoſcitur accedente conſenſu, & cum devota precum inſtantia ſolum Deum pre oculis habentes pro perpetua reformatione dictorum Monaſterii & Eccleſiæ ad ipſum Monaſterium perſonaliter acceſſimus, & informatione prehabita, nec non invenerimus in dicto Monaſterio niſi D. Ludovicum Priorem & Fratrem Honoratum de Venetiis, & Fratrem Ludovicum de Florentia, fratres converſos, tacite profeſſos, nullumque alium religioſum repererimus in dicto Monaſterio, ſed & ipſum invenerimus omni bona religione & obſervantia regulari deſtitutum, ne ſpem aliquam haberemus reformationis ipſius Monaſterii per Religioſos Ordinis in dicto Monaſterio conſueti, cum tam parvo numero reperiantur, ut propriis Monaſteriis in quibus degunt deſervire minime valeant; nec etiam in ipſis Monaſteriis vigeat obſervantia regularis, conſideratisque difficultatibus, & mature & diligenter examinatis cum Domino Priore, & aliis Venerabilibus Viris, & peritis, difficillimum, & longiſſimum, ac quaſi impoſſibile reputavimus ad reperiendum Fratres alterius Ordinis, & Religionis, per quos dictum Monaſterium poſſet in bona & regulari obſervantia reformari. Quapropter ſcientes Venerabiles Viros Marinum Quirino, & ſocios ejus Clericos Seculares, qui ad præſens trahunt moram in ſupradicto Monaſterio, magnarum virtutum, & morum eſſe gravitate decoratos, ac in eisdem clericalem honeſtatem adeo renitentem, ut vitæ ipſorum odore ſtatus Eccleſiaſticus mirabiliter venuſtetur, & dietim eorum exemplo ad diſciplinam Eccleſiaſticam, & mundi contemptum quamplurimi attrahantur ſicque habilem exemplarem, certum & clarum reformationis prædicti Monaſterii modum, de perſonis nobis ple-

pleniſſime cognitis, nec non & Clero, & Populo Civitatis hujus habentes vias incertas, & perſonas incognitas, ac ut ſupra diximus difficultates quampluri-mas declinantes de Conſilio plurium Venerabilium, & approbatorum Virorum, ac etiam de conſenſu antedicti Domini Prioris, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium prædicti Monaſterii Capituli, & Eccleſiæ ſtatum antiquatum præſentialiter mutamus, transferentes in novum ſtatum Collegiatæ Eccleſiæ Secularis, Canonicorum Secularium, Clericorum ſimul conviventium, conveſcentium commorantium & Deum collaudantium, officiis nocturnis pariter & diurnis; ac ab hoc Venerabiles Viros, videlicet Dominos Antonium Corrario, Gabrielem Condolmario, Stephanum Mauroceno, Franciſcum Barbo de Venetiis, Mattheum de Strata de Papia, Romanum de Rudello de Mediolano, Lucam quondam Philippi de Eſte Sacerdotes: & Dominum Marinum Quirino, Michaelem Condolmario, Laurentium Juſtiniano de Venetiis, Joannem de Picenardis, Simonem de Perſicis de Cremona, Hieronymum de Muſis de Papia Diaconos: ac etiam Dominos Auguſtinum de Gaſtaldis de Papia, Angelum Ser Donati de Calcitris, Marcum Condolmario, Dominicum Mauroceno de Venetiis Subdiaconos, coram nobis evocatos, & flexis genibus conſtitutos eadem auctoritate recipimus in Canonicos & Fratres dictæ Eccleſiæ, ſive loci Sancti Georgii in Alega, & ipſos omnes & ſingulos inſtituimus, ac præſentialiter inveſtimus cum omni plenitudine Juris Canonici, per anulum noſtrum ſtatuentes ipſos Canonicos, & ipſorum ſucceſſores per eosdem canonice recipiendos, & inſtituendos, de cetero conſtituere Collegium & Capitulum dictæ Eccleſiæ ſive loci, in quod Collegium, omnia ſpiritualia jura, & temporalia, nec non & curam Animarum, Prioratum, & quamcumque aliam præſidentiam, & dignitatem tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus circa res & perſonas ſpectantes Monaſterio, Eccleſiæ, Capitulo, & Conventui prælibatis præſentialiter transferimus pleno jure, inducentes omnes, & ſingulos Canonicos Seculares ſupradictos in corporalem poſſeſſionem, vel quaſi dictorum Canonicatuum Secularium per pannum majoris Altaris dictæ Eccleſiæ S. Georgii in Alega ſtallo in choro & loco in Capitulo ſibi aſſignatis ipſorum propriis nominibus, & omnium aliorum preſentialiter abſentium & pro futurorum, reſervato tamen ſemper præfato Venerabili D. Ludovico Priori dumtaxat titulo ipſius Prioratus, itaut de cura & regimine dictorum Canonicorum, & aliorum Clericorum Converſorum, Oblatorum & aliorum cujuscumque conditionis laicorum in dicto loco morantium, ſe nullatenus valeat impedire, ac etiam pro ſuo honeſto victu reſervata ſibi tertia parte omnium reddituum fructuum, & proventuum dictæ Eccleſiæ, ſive loci, defalcatis, & deductis expenſis faciendis pro recolligendis, & conducendis fructibus Venetias, & omnibus aliis expenſis, quæ faciendæ venerint extra corpus Eccleſiæ ſive loci prædictorum. Expenſas autem circa locum ſive Eccleſiam opportunas fieri volumus ſumptibus dictorum Canonicorum, qui præſentialiter ſunt, ſive pro tempore erunt nulla detractione ſive deſalcatione facienda de dicta tertia parte dicti Domini Prioris, cui ipſa tertia pars integre aſſignetur pro menſa, victu, & veſtitu, & aliis neceſſariis, & opportunis, & pro libito diſpenſandi, & ne alicui (quod abſit) dicta diviſio ſit ſuſpecta, volumus quod per ſupradictum D. Ludovicum Priorem Secularem, ſeu Rectorem cum Capitulo conſtituatur unus vel duo Syndici de præfato Capitulo, qui exigant & recipiant omnes proventus, fructus, & redditus dicti loci & partes faciant & dividant dentque tertiam partem D. Ludovico Priori, & medietatem regalium, & alias duas deſignent Vicario, ſeu Rectori & Capitulo diſpenſandas prout ipſius Collegii requiret neceſſitas. Volentes quod quicquid circa poſſeſſiones ipſius loci, extra corpus dictæ Eccleſiæ ſive loci

L 2 fuerit

Digitized by Google

ſuerit tractandum, modificandum, & innovandum abſque ipſius D. Ludovici Prioris conſenſu fieri nequeat. Cum autem dictus D. Ludovicus Prior ſuo aſſenſu ad aliud beneficium fuerit translatus, ſive Religionem mutaverit, vel vita functus fuerit, ac etiam ſi ipſum Prioratum vacare contigerit per ſpontaneam renunciationem dicti D. Ludovici Prioris vel aliquovis modo, ex nunc prout ex tunc, ipſum Prioratum Regularem annullamus & infringimus & auctoritate prædicta ſtatuimus nullum Priorem fore, & in Prioratus Canonicorum Secularium Clericorum dignitatem transferimus & innovamus. Etſi quid in contrarium fuerit à quocumque attentatum quavis auctoritate, ex nunc prout ex tunc ſtatuimus dicta auctoritate Apoſtolica decernimus ipſo facto irritum & inane. Impugnantes autem hujusmodi excommunicationis vinculo innodantes, à quo niſi eadem auctoritate Apoſtolica munus abſolutionis nequeant obtinere: & ſi tales impugnatores Epiſcopali vel alia quacumque Eccleſiaſtica vel ſeculari præfulgeant dignitate reſervata nobis uſque ad annum à data præſentium computandum, addendi, minuendi, corrigendi, mutandi, reformandi, in omnibus & ſingulis præmiſſorum prout nobis videbitur ſecundum Deum nihilominus poteſtate. In quorum omnium teſtimonium præſentes fieri juſſimus noſtrique Pontificalis ſigilli munimine roborari mandavimus. Datum & actum Venetiis in loco ſupradicto S. Georgii in Alega Caſtellanæ Dioceſis. Anno Nativitatis Domini milleſimo quadringenteſimo quarto, Indictione duodecima die Jovis trigeſimo Menſis Octobris. Præſentibus Venerab. Viro D. Presbytero Joanne de Puteo Archidiacono, & Canonico Eccleſiæ Negroponten. D. Petro Mauroceno filio qu. Domini Marini Canonico Eccleſiæ Tarviſinæ, nobili Viro Alberto Dente qu. Andree de Parochia S. Juliani, ſ. Bartholameo Faba q. Donati de Parochia S. Vitalis, & aliis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Innocentii Divina Providentia electi Papæ VII. Anno primo.

Ego Luchinus Bono filius q. ſ. Marci Civis, & habitator Venetiarum Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius publicus prædictarum litterarum Apoſtolicarum preſentationi & ipſarum executioni ſeu ipſius Domini executoris, & Commiſſarii Apoſtolici diſpoſitioni, modificationi, mutationi Prioratus prædicti, & novæ reformationis ipſius loci S. Georgii in Alega, & omnibus aliis & ſingulis ſupradictis una cum ſupradictis teſtibus præſens fui, & ſic fieri vidi & audivi eaque rogatus de mandato prælibati Domini Commiſſarii & executoris Apoſtolici ſcripſi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo & nomine ſolitis me ſubſcripſi in fidem & teſtimonium præmiſſorum omnium & ſingulorum.

Judices Publicorum exequentes Legem Majoris Conſilii concedunt Monaſterio S. Marci Bocalama L. paſſus de aquis publicis.

B 1328. 28. Julii.

Ex Codice Judicum Publicorum.

IN Nomine Dei Æterni Amen. Anno ab Incarn. D. N. J. C. 1328. Menſis Julii die 28. intrante Indictione XI. Rivoalti. Cum Religioſus Vir Frater Nicolaus Prior Monaſterii S. Marci Bocalama Domino Noſtro Johanni Superancio inclito Duci Venetiarum ſuoque ſapienti Conſilio quandam ſuam petitionem

tionem porrexerit humiliter ſupplicans & requirens quatenus ob reverentiam Dei & B. Marci Evang. & ad redificationem ſui loci predicti dignaretur ei concedere intuitu pietatis de aquis publicis & communis ultra proprium dicti Monaſterii paſſus 50. Que quidem petitio nobis Bellino Lando, Michael Steno, & Homobono Gritti Judicibus publicorum fuit per donationem transmiſſa; ut quicquid de dicto negotio nobis videretur per noſtram reſponſionem notitiam ipſi donationi deberemus preſtare. Quare nos volentes de eo quod dictus D. Prior petebat, cognoſcere certitudinem veritatis ad ipſum locum pervenimus perſonaliter, & videntes reparationem per dictum Priorem factam & cognoſcentes utilitatem & commodum quod dictum locum omnibus inde tranſeuntibus poſſet preſtare & continuo preſtat, videntes etiam, quod gratia quam ſibi ſive dicto Monaſterio fieri poſtulabat aliquod prejuditium ſive gravamen communi, nec ſpecialibus minime inferebat, clamari fecimus quod dicta ſua petitio erat benivole admittenda. Et ut bonis bona retribuantur dicto Domino Priori & ſue petitioni reſpondimus gratioſe. Que petitio juxta petitionem noſtram fuit totaliter in omnibus exaudita, & cum ad majus Conſilium fuiſſet poſita infraſcripta pars illico fuit capta 1328. Menſis Julii die 9. intrante Indictione XI. capta fuit pars in majori Conſilio cum honeſtus Vir Fr. Nicolaus Prior Monaſterii S. Marci Bocalama loci apti & neceſſarii omnibus euntibus Paduam per viam longam & redeuntibus & maxime Piſcatoribus Pupilie, qui ibi ſepiſſime reducuntur. Ad cujus Monaſterii reparationem domorum & cavane & ampliationem ipſius intendit toto poſſe & jam cum auxilio Dei & bonarum perſonarum multas reparationes fecit. Supplicavit nobis, quod dignaremur dicto Monaſterio concedere .... dictum Monaſterium quod poſſit ultra proprium dicti Monaſterii extendere, pallificare & ſemper poſſidere pro redemptione & utilitate dicti loci per 50. paſſus non impediendo aliquod canale nec bucham nec aliquam comenzariam. Et officiales publicorum reſponderunt, quod perſonaliter acceſſerunt ..... dictum Monaſterium, & viderunt Eccleſiam reparatam & cavanam atque domum unam lapideam pro utilitate tranſeuntium ibi per dictum Priorem factam, & quia dictus locus eſt valde neceſſarius omnibus Piſcatoribus & aliis quibuſcumque perſonis. Ita quod conſulunt, quod gratioſe fiat dicto Priori gratia quam petit cum non ſit in dampnum communis nec ſpecialium. Et dicunt quod nunquam viderunt hominem qui tantum ſe declararet aptare unum locum ſicut Prior iſte pro utilitate quarumlibet perſonarum, & ideo dignum eſt ejus preces exaudire. Quod conſideratione prædictorum fuit ſibi gratia quod detur ſibi paſſus 50. ut petit ſed publici vadant & conſignant ſibi hos 50. paſſus prout ſibi videbitur pro bono dicti Monaſterii & bono communis &c. Unde nos iſti Bellinus Lando, Michael Steno, & Homobonus Gritti Judices & officiales ſuper univerſis publicis communis Venetiarum a grado videlicet uſque ad capud aggeris per communes Venetiarum conſtituti volentes & cupientes juxta poſſe eo quia nobis per majus conſilium ſunt comiſſa effectui demandare, & prout per formam noſtri capitularis & ex officio nobis injuncto tenemur diſcernere confiniare & per metas ſive ſigna determinare diviſum a publico communis. Ad inſtantiam & requiſitionem iſti Fratris Nicolai Prioris iterato ad dictum acceſſimus locum, & ibi occulata fide & inter nos habita bona & ſolempni deliberatione, & iſta gratia dicto D. Priori facta diligenter inſpecta auctoritate nobis per noſtrum capitulare tradita dictos paſſus 50. de aquis publicis ſive de pallude publica circa proprium iſti Monaſterii & apud determinationem de proprio jamdicti Monaſterii, & nos pridie factam ſic determinamus & confiniamus & predicto Monaſterio aſſignamus, damus & tranſactamus, videlicet ſicut metiri fecimus cum tricola paſſus 50. ex-

Digitized by Google

50. extra a facie orientis longe a metis pridie proprium dicti Monaſterii confinianda nobis preſentibus poſitis & fixis, que ſunt longe a territorio dicti loci paſſibus 60. Ita quod nunc proprium dicti Monaſterii S. Marci remaneat & ..... debeat paſſus 110. a facie vero Orientis computando ſuum proprium & dictos paſſus 50. quos de gratia habet, in quorum capite figi fecimus loco ſigni 2. pallos, & a facie auſtri ſimiliter metiri fecimus paſſus 50. extra verſus meridiem longe a 3. metis aliis, qui quidem mete fixe fuerunt longe a dicto territorio paſſibus 50. Ita quod computando dictum proprium cum gratia ſibi facta a predicta facie auſtri habet dictum Monaſterium longe a terra firma ipſius loci paſſus 100. in capite quorum 100. paſſum figi fecimus pallos duos a facie vero tramontane longe a meta ibi per nos ſive noſtro precepto fixa & poſita longe a iſto territorio S. Marci per paſſus 25. metiri fecimus extra per paſſus 50. ut in predicta ſua gratia continetur figi fecimus aliam metam, que quidem meta ultima nunc eſt longe a terra dicti Monaſterii paſſibus 75. computando ſemper proprium & gratiam ſibi factam. Set a parte Occidentis minime potuimus ſibi dare aut conſignare ultra proprium dicti Monaſterii paſſibus 50. quia a canale impediretur, quod eſſet contra intentionem gratie ſibi facte. Quare ſervantes bonum communis, & etiam in quantum potuimus Monaſterii predicti a dicta parte Occidentis ſibi damus licentiam veniendi ſibi claudendi aut atterrandi dictam palludem uſque ad canale prout ſibi melius & utilius pro dicto ſuo Monaſterio videbitur non impediendo tamen aliqualiter ipſum canale. Quam quidem palludem confiniatam, ut ſupra, juxta noſtri capitularis formam per rationem per juſtitiam per laudum per arbitrium & per diffinitivam ſententiam equanimiter & concorditer Chriſti nomine invocato per noſtrum officium dicimus ſententiando & dicendo ſententiamus eſſe dicti Monaſterii S. Marci de Lama & ad ipſum locum S. Marci ſpectare & pertinere de jure prout comprehenditur & includitur a palis ſive terminis iſtis per nos ſive noſtro precepto fixis juxta verſus Monaſterium antedictum, & a predictis terminis ſive metis extra ſemper eſſe debeat publicum & commune & in publico & communi volumus perpetuo conſervari. Salva tamen in omnibus ſemper ratione ſpecialium perſonarum.

ſ. Ego Bellinus Lando Judex Publicorum mm. ſſ.
ſ. Ego Michael Steno Judex Publicorum mm. ſſ.
ſ. Ego Homobonus Gritti Judex Publicorum mm. ſſ.

Ego Andreas Presb. S. Trinitatis Not. complevi & roboravi.

DE

DE
MONASTERIO
SANCTÆ MARTHÆ
VIRGINIS.

EA urbis regio, quæ Dorſus durus Venetis appellatur, in longum, ſed arctum terræ tractum verſus Occaſum excurrit, in cujus extremo angulo Divæ Marthæ Virginis Monaſterium viſitur, quod frequenti Virginum cœtu exultum aquis ſtagni Veneti magna ex parte alluitur. Hujus Monaſterii in extremo Paludis angulo initia diſpoſuit Jacobina Scorpioni, quam in Burianenſi S. Mauri Cœnobio inter Sorores *Converſas* nuncupatas, Monaſticum Divi Benedicti inſtitutum profeſſam fuiſſe teſtatus eſt coram Patriarchali Vicario Andreas Mudacius S. Nicolai Plebanus anno MCCCXVII. dum pro jure ſuæ Eccleſiæ apud Judices cum ea controverſias exerceret. Aſſertioni huic adverſantur Epiſcopalia Diplomata anno ſequenti data, quibus Jacobus de Albertinis Epiſcopus Caſtellanus, *Honeſtam Matronam Dominam Jacobinam de Scorpionibus de confinio S. Nicolai de Mendicolis*

Fun-

Digitized by Google

Fundatricem Hoſpitalis & Oratorii, in Fundatricem & Patronam Monaſterii Sanctorum Andreæ Apoſtoli, & Marthæ Virginis inſtituit. Utcumque tamen de primævo ejus inſtituto res ſe habeat, hoc ex authenticis documentis conſtat, religioſam mulierem, dum in confinio S. Nicolai degeret animum adjeciſſe, ut ad ejus parœciæ egenos, ſi qui forte ægrotarent, excipiendos hoſpitalem domum excitaret. Communicato itaque conſilio, Proceres aliqui, ut pii operis exordia diſponerentur, pecuniæ præſentis opem contulerunt. Qua in re Marci Sanudo, & Philippi Salomonis pietas, & beneficentia in primis enituit. Ut autem opus diſpoſitum rite perficeretur, id prudenti conſilio actum eſt, ut diſpoſitæ erectioni aſſenſum præberet Capitulare Parochialis Eccleſiæ Collegium, ſuaque authoritate interpoſita id confirmaret Accurſius Præpoſitus Piſtorienſis, Jacobi Caſtellani electi Epiſcopi Vicarius Generalis. Die itaque Sexta Martii anno MCCCXV. ſupralaudata Jacobina coram Vicario Generali conſtituta facultatem exoravit, *ædificandi quoddam hoſpitale ſeu oratorium, & Eccleſiam in confinio S. Nicolai de Mendigolis ad honorem Dei, & B. Andreæ Apoſtoli, & S. Marthæ Virginis*, certas ſubjectiones, & ſtatutam pecuniæ ſummam Eccleſiæ Sancti Nicolai annuatim ſolvendam ex conventione promittens, ea tamen conditione, ut ad ſe quoad viveret, vel eſſe, vel eligere ipſius hoſpitalis Prioriſſam ex patronatus jure pertineret, & poſt ipſius obitum Prioris electio, & præſentandi jus ad Nobilem Virum Philippum Salomonem, quem ob præclara beneficentiæ merita patronum, & procuratorem loci conſtituerat, atque ad ipſius hæredes continuata ſucceſſione deveniret. *Quibus omnibus ſic peractis Vicarius judiciali decreto* interpoſito inita pacta firmavit, conceſſaque ædificandi hoſpitalis facultate decrevit, ut *in perpetuum dicta Domina Jacobina, ejusque ſucceſſores omnesque alii ſani, & infirmi qui de ipſius hoſpitalis bonis & eleemoſynis vivent*, Deum *orare teneantur pro animabus Nob. Virorum Marci Sanudi Torſelli primi benefactoris, atque Philippi Salomonis patroni, & procuratoris*. (A)

Sub hæc ferme acta mandavit Vicarius Johanni Zane ex Eremitarum familia Epiſcopo Caprularum, ut ad honorem Sanctorum Andreæ Apoſtoli, & Marthæ Virginis primarium lapi-

lapidem in ædificandæ Eccleſiæ fundamenta injiceret, quod & rite perfeciſſe ex antiquis documentis addiſcimus.

Eccleſia itaque fere ex integro conſtructa, nondum tamen completa, cum ad Hoſpitalis erectionem præſens non ſuppeteret Fundatrici pecunia; dilationem minus patienter tolerantes Plebanus, & Capitulum Parochialis Eccleſiæ Vicarium Generalem adierunt obteſtantes, ut ad conventionis pacta ſervanda Jacobinam adſtringeret; quibus acceptis Vicarius, eidem ſub excommunicationis pœna diſtricte præcepit, ut infra certum, quod aſſignaverat temporis ſpatium, ad initæ conventionis pacta adimplenda, hoſpitale erigeret, lectulisque inſtrueret, ut in ipſo pauperes, & infirmi, prout ſpoponderat, exciperentur.

Iis perterrita minis Jacobina, cum ad ingens opus perficiendum, multa opus eſſet, & præſenti pecunia, ipſaque in magnis rei familiaris anguſtiis verſaretur, ad Sedem Gradenſem, & ipſius Eccleſiæ Patriarcham, ſeu ejus Capitulum tanquam iis mandatis injuſte gravata, primo & iterum appellavit die XXVIII. Julii anno MCCCXVI. (B) Ea appellatione ſuſcepta Rytycherius, Marci de Vinea Patriarchæ Gradenſis Vicarius Generalis lata ſententia die XVI. Julii anni ſequentis pronuntiavit, *per prædictam Dominam Jacobinam Scorpion, bene & legitime appellatum & pro parte dicti Domini Vicarii, minus legitime contra ipſam Dominam Jacobinam fuiſſe proceſſum*. (C)

Dum hæc aguntur, domus pro hoſpitali deſignata erigitur, nullus vero egenus in ea excipitur, quinimmo mutato conſilio Jacobina fundatrix Xenodochium pauperum in Sanctimonialium Aſceterium convertere diſpoſuit. Hæc cum Parochialis Eccleſiæ Sacerdotes ex vulgata fama accepiſſent rei novitate commoti, ſuoque juri præjudicium ex pactorum inobſervantia inferri dolentes, apud Vicarium Caſtellanum in judicium venerunt, Jacobinam criminantes, quod *facultate ſibi conceſſa abutens*; hoſpitalitatis exercitia ex pactorum vi ſibi impoſita, atque in loco pauperes excipere omnino negligeret, ipſumque potius *locum in Monaſterium reducere, & in illo perficere Abbatiſſam niteretur in præjudicium non modicum, & gravamen ipſorum Plebani Capituli, & Eccleſiæ S. Nicolai*. Nec a nova tantummodo, quam moliebatur inſtitutione, ipſam prohiberi petierunt, ſed & initas pro hoſpitali fundando conventiones irritas, & inanes eſſe contenderunt, ex ea potiſſimum ratio-

Digitized by Google

ne, quod *Jacobina Scorpion tempore initorum pactorum erat*, (ut aſſerebant) *Converſa profeſſa Monaſterii S. Mauri de Burano de Mari Torcellanæ Diœceſis*, ideoque *non ſui juris*, *ſed alteri Monaſterio profeſſione ligata*. Controverſiæ finem ſupremum impoſuit Vicarius lata die XXII. Auguſti anno MCCCXVII. ſententia, per quam fallacia eſſe agnoſcens, quæ Presbyteri, irrita & nulla eſſe antiqua pacta contendentes, pro ipſorum invalentia obtrudebant, Jacobinæ ejusque procuratori in hac parte cauſam adſcripſit. Ipſas tamen partes ante ſe conſtitutas admonuit, ut ſub excommunicationis pœna pacta in inſtrumentis contenta deberent inviolabiliter obſervari, atque in ædificato Sanctorum Andreæ & Marthæ Xenodochio, Jacobina loci Prioriſſa hoſpitalitatem erga pauperes exercere teneretur (D).

Nec tamen licet ex Vicarii judicio prohibita, ab inſtituto deſtitit Jacobina, ſed ex gratiæ privilegio ſibi concedi niſa eſt, quod irrito conatu in judicio contenderat. Jacobum itaque Caſtellanum Epiſcopum, qui Beatorum Andreæ Apoſtoli, & Marthæ Virginis ſanctitatem *ſpecialis devotionis zelo* proſequebatur, humiliter exoravit, ut Oratorium ſeu Hoſpitale a ſe pridem extructum *in Monaſterium* Monialium erigeret, & ordinaret. *Piis honeſtæ Matronæ deſideriis* annuit Epiſcopus datoque ad diem XIII. Jun. anno MCCCXVIII. Diplomate *Oratorium Eccleſiam ſeu Hoſpitale Beatorum Andreæ Apoſtoli, & Marthæ Virginis, prædicta Fundatrice petente in Monaſterium Monialium dedicavit, erexit, & ordinavit, decernens, & volens inibi Monialium facere Collegium perpetuis futuris temporibus, quæ inibi vivere debeant ſub Abbatiſſæ regimine in obſervantia regulari*. Eidem inſuper Monaſterio, & Monialibus in eo degentibus omnia jura & privilegia conceſſit, quæ *ad Monaſteria* de jure ſpectare poſſunt, & ut *proprium poſſint habere Presbyterum, qui eis tam in infirmitate, quam in ſanitate Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtraret*, indulſit, ſtatuta pro cenſu integra ceræ libra annuatim in feſto S. Petri, Caſtellano Epiſcopo perſolvenda. Die deinde prima ſequentis Julii conſtituta in præſentia ſupradicti Generalis Vicarii *Jacobina Fundatrix, & Patrona Monaſterii SS. Andreæ Apoſtoli, & Marthæ Virginis de Venetiis denuo per eam fundati, & nondum actualiter collegiati elegit in præſentandam, & electam præſentavit ipſi Domino Vicario in Abbatiſſam futuram dicti Monaſterii, religioſam Domi-*

nam

nam Margaritam Triviſano, Monialem Monaſterii Sancti Laurentii de Aymanis (E), quam poſtea lato die penultima menſis Octobris Decreto, Jacobus Caſtellanus Antiſtes de ſuorum Canonicorum conſilio confirmavit. Eadem die & eodem Decreto *de dictæ Fundatricis beneplacito inſtituit, ut dictum Monaſterium & Abbatiſſa ejusdem, quæ pro tempore fuerit annuatim in feſto S. Marthæ dare, & tradere tenerentur in ſignum honoris Nobili Viro Philippo Salomonio ejusque hæredibus in perpetuum, in quos dicta Jacobina mera ſui liberalitate poſt mortem ſuam dumtaxat jamdudum juspatronatus in dicto Monaſterio ſibi competens transfuderat, unam roſam ſiricam, & hoc in recompenſatione juris præſentandi, quod idem Philippus per ejusdem loci collegiationem* (hoc eſt in Monaſterii erectionem) *amiſerat, honeſte tamen ipſius patroni, & ſuorum ſucceſſorum aſſenſum ſuper electionibus Abbatiſſarum, cum jam celebratæ fuerint nihilominus requirendo.*

Facultatem erigendi Monaſterii, non requiſito, neque obtento Parochialis Capituli conſenſu, ad unicam Fundatricis inſtantiam indulſerat Epiſcopus, qua de cauſa *cum inter dictas partes diutius fuiſſet coram dicto Epiſcopo, & Vicario litigatum, tandem partes ipſæ* inter ſe pro bono pacis convenerunt, ut pacta pro hoſpitali inſtituendo dudum inita deberent etiam pro ipſo loco in Monaſterium erecto futuris temporibus inviolabiliter obſervari. *Quibus ſic peractis Vicarius ad dictarum partium inſtantiam, ſuam*, & Caſtellani Epiſcopi authoritatem interpoſuit & decretum die xxv. Octobris eodem ſuperius enuntiato anno MCCCXVIII. (F) Subjectionis hujuſce onus, ad quod ex pactorum vi erga Parochialis Eccleſiæ Capitulum Sanctimoniales tenebantur, ex integro ſuſtulit Dominicus Patriarcha Gradenſis, Judex arbiter a partibus deputatus, qui *auditis & diligenter intellectis juribus, & rationibus utriusque partis amicabiliter componendo* ſententiavit, *quod Moniales Conventus SS. Andreæ & Marthæ Virginis, & earum ſuccedentes abſolutæ* eſſent, & liberatæ *ab omnibus juribus, pactis, & obligationibus factis, & initis, ipſasque conventiones, & obligationes caſſavit, & annullavit, ac ſi unquam factæ fuiſſent.* Ratione tamen *tanti beneficii exemptionis eis impenſæ*, decrevit, *ut in recompenſationem damnorum*, quæ ex litium occaſione paſſa fuerat Eccleſia S. Nicolai, prædictæ Moniales, & Conventus

libras denariorum Venetorum, quos parvos vulgo dicunt, ducentas & quinquaginta Plebano & Capitulo S. Nicolai dare, & ſolvere tenerentur, quarum quinquaginta intra biduum enumerandæ ad *redimendum ipſius Eccleſiæ theſaurum* ob litium expenſas pignoris obligatione devinctum, aſſignarentur; reliquæ vero ducentæ intra tres menſes ſolvendæ in utilitatem perpetuam dictorum Plebani & Capituli converterentur. (G)

Iis itaque difficultatibus Dei beneficio liberatæ Moniales, quietam in Monaſticæ vitæ exercitiis vitam ducere videbantur, cum ipſarum pacem novæ litis moleſtia perturbavit, ex eo gravior & importunior, quod ab homine, præcipuo olim Cœnobii benefactore commota fuerat. Philippus Salomonius Joannis filius, cujus beneficia in Monaſterium ab ipſo ſui exordio collata ſuperius recenſuimus, cum a Sanctimonialibus Monaſterii eam, quam decebat, reverentiam ſibi ſubtrahi, & grati animi teſtimonia denegari, apud ſæpedictum Accurſium Epiſcopi Caſtellani Vicarium conqueſtus fuiſſet, decretum obtinuit, quo Sanctimonialibus ſub excommunicationis pœna mandavit, ut ipſum Philippum tanquam patronum dicti Monaſterii haberent, & tractarent *ſecundum tenorem ſuorum inſtrumentorum*, in quibus aſſerti patronatus jura continebantur; addiditque inſuper ut ſi de eo præcepto ſe ſenſerint eſſe gravatas, rationes ipſas oſtenderent, quibus ſe a prædictis obſequiis immunes eſſe contenderent. Productis itaque ab utraque parte *ad ſui juris probationem* authenticis inſtrumentis, & *atteſtationibus teſtium publicatis*, *de voluntate partium ſuper diffinitiva ipſius cauſæ* Guidoni Epiſcopo electo Mutinenſi *conſilium commiſſum* fuit, cujus prudenti opinione innixi Vicarii Caſtellanus, & Gradenſis, ille ad diem XVI. Auguſti anno MCCCXXXI. hic vero ad diem XXII. Auguſti anno MCCCXXXIX. parem protulere ſententiam, qua Monaſterium SS. Andreæ & Marthæ ab omni patronatus jure ſtatuerunt eſſe ſolutum, *reſervato tamen* ſupradicto *Dom. Philippo Salomonio jure petendi ab Abbatiſſa & Monialibus dicti Conventus annuatim unam roſam ſiricam, & requiſitionem honeſti ſui conſenſus ſuper electionibus Abbatiſſarum* (H).

Interea anno MCCCXXXVIII. marmoreum Divæ Marthæ Virginis ſimulacrum januæ majori, qua ad Monaſterium & Eccleſiam patet aditus, impoſitum fuit hac ſubjecta epigraphe

phe Mcccxxxviii. *die primo menſis Martii factum fuit hoc opus*; ex quo anno præter unam Vicarii Gradenſis ſententiam prolatam anno ſubſequenti, nullum aliud inſtrumentum datum eſt invenire, quo Divi Andreæ Apoſtoli nomen exhiberetur, ſenſimque Monaſterium, quod geminato Divorum Andreæ & Marthæ titulo inſigniebatur, ad unicam Sanctæ Marthæ Virginis denominationem devenit.

Unica *Sanctæ Marthæ de Venetiis* nomenclatura illud appellarunt anno Mccciiic. Carolus Abbas S. Georgii Majoris, atque Joannes Prior Sancti Salvatoris de Venetiis, Viſitatores & reformatores Monaſteriorum a Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati, dum certis ſtatutis legibus die vi. Martii prolatis Sanctimoniales *aliqua correptione egentes* reformarunt (I). Ipſe etiam Pontifex Innocentius viii. Eccleſiam Monaſterii ſolo Sanctæ Marthæ vocabulo nuncupatam, ſpiritualibus privilegiis decoravit die iv. Martii anno Mccccvi. (K).

Antiqua interim Eccleſia, quæ anguſto ſpatio, & tenui opere ædificata fuerat, vix elapſo a ſui fundatione unico ſæculo, proximæ ruinæ pericula minitabatur, quapropter circa annum Mcccciv l. novæ molitionis exordia diſpoſita fuerunt, & novi Templi parietes ita dilatati, ut intra ipſorum circuitum & vetuſta ædes ſacra, & adjacens Cœmeterium comprehenderentur. Egregium opus ut adjuvaret pietas publica, lato majoris Conſilii decreto menſe Julii ſupradicti anni Mcccciv l. ut ad operis dilatationem proximæ paludis ſpatium *atterrari* poſſet, indulſit. (L)

Ejus ædificationis ſtrepitu, quaſi e ſomno, quo per ſæculum & ultra quieverant, excitati Presbyteri Capitulares S. Nicolai novas lites adverſum Divæ Marthæ Sanctimoniales intentarunt, cumque jam ab anno Mcccxxviii. Dominicus Patriarcha Gradenſis (ut ſupra dictum eſt) Monaſterium, & Moniales ab omni onere ſubjectionis erga Parochialem Eccleſiam lata ſententia liberaſſet, tamen adhuc decertare voluerunt, ſibique plus juſto arrogantes lata ad Antonium Sarachum Archidiaconum Caſtellanum, Patriarchalem Vicarium quæſtione, ab ipſo expetierunt, ut Sanctimoniales Monaſterii S. Marthæ, quod intra Parochialis Eccleſiæ S. Nicolai ſitum eſt, *ad accipiendum omnia eccleſiaſtica Sacramenta a prædicta Eccleſia S.*

Ni-

Nicolai, ſive ejus Plebano & ei præſtandum omnia Parochialia jura authoritate ordinaria compellerentur.

Jure itaque utriusque partis diligenter expenſo, habitoque ſuper hoc diligenti conſilio Antonius Vicarius die VII. Julii anno MCCCCLXVII. *Monaſterium S. Marthæ ab impetitione Plebani, & Capituli abſolvi debere* decrevit, ſtatuitque inſuper *ad tollendas omnes* rixas, & lites, ut Capitulum S. Nicolai latam a ſe ſententiam *in aliquo libro publico in ſacrario ejusdem Eccleſiæ tenendo regiſtrari facerent, ne ſucceſſores Clerici dictæ Eccleſiæ S. Nicolai terminationem* hujusmodi ullo unquam tempore ignorarent (M).

Poſt hæc ſupralaudatus Vicarius, qui ob eximiæ doctrinæ meritum ad Archiepiſcopales Corinthienſes inſulas aſſumptus fuerat D. Marthæ Eccleſiam recens erectam conſecravit, cujus rei documentum idem Antonius Archiepiſcopus propria manu ſcripſit, atque ſubſcripſit.

„ In Chriſti Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem „ MCCCCLXXX. die primo Menſis Madii. Notum ſit omnibus „ præſentes inſpecturis qualiter die, & milleſimo ſupraſcriptis „ Nos Antonius Saraco Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Ar- „ chiepiſcopus Corinthienſis Reverendiſſimi Domini D. Ma- „ phæi Girardo Miſeratione Divina Patriarchæ Venetiarum „ Vicarius Generalis conſecravimus Eccleſiam iſtam cum al- „ tari majori ad memoriam, & nomen B. Marthæ Virginis. „ Omnibus autem Chriſtifidelibus, qui dictam Eccleſiam in „ die anniverſario dedicationis ejusdem devote viſitaverint, qua- „ draginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis in Domino re- „ laxamus. Reliquiæ vero in præſenti vaſculo incluſæ ſunt, „ hæc videlicet de S. Lazaro Epiſcopo & C. de S. Maria Mag- „ dalena, & de S. Martha V. Præſentibus Vener. Viris Do- „ minis Plebanis S. Nicolai, & S. Caſſiani, & Paulo Saraco „ nepote noſtro, & aliis quampluribus Clericis, & Laicis.

„ Ego idem Antonius Archiepiſcopus ſupraſcriptus
„ propria manu ſcripſi & ſubſcripſi.

Poſt hæc cum in Monaſterio S. Marthæ, quod dudum præclaro virtutum ſplendore effulſerat, monaſticæ vitæ obſervantia

tia defeciſſe videretur, Antonius Contareno piiſſimus Venetiarum Patriarcha, qui authoritate ex Apoſtolico Leonis X. diplomate ſibi conceſſa de Veneti Senatus conſenſu nonnulla Venetæ Urbis Monaſteria *ad regularem vivendi normam* reduxerat, ex commiſſio ſibi munere illud reformare decrevit. *Functus* itaque *erga Conventuales Moniales ejuſdem clementiſſimi Patris officio exhortando eas ad meliorem vitam, & admonendo, tandem cum neque in Monaſterio præfacto S. Marthæ, neque alibi ejuſdem Ordinis Moniales ad reformationem illius faciendam, idoneas inveniſſet, ſeparatis, atque in unam partem Monaſterii redactis Monialibus Conventualibus prædictis, una tantum excepta, quæ ſe reformationem hujuſmodi cupere, ac ſuperiorum ſuorum mandatis obedire velle reſpondit, auctoritate apoſtolica ſibi conceſſa, quinque Moniales de Ven. Monaſterio S. Joſeph Venetiarum, Ordinis S. Auguſtini de obſervantia in Monaſterium prædicta S. Marthæ pro ipſius reformatione introduxit, illaſque ſic introductas poſt nonnullos dies ſolemniter viſitavit, ac unam ex Monialibus ipſis regularibus magis idoneam, in Abbatiſſæ Conventualium coadjutricem, recepto prius ab ea fidelitatis juramento elegit, & deputavit, dando eidem facultatem, & regimen dicti Monaſterii S. Marthæ, quoad Moniales regularis obſervantiæ, tradens etiam in manibus ejuſdem ſic electæ, & deputatæ claves dicti Monaſterii, ac librum regulæ, & conſtitutionum ejuſdem, ſtallumque, ac ſedem in choro, & vocem in capitulo aſſignavit, & dedit, pluraque alia ad hoc pertinentia fecit juxta facultatem litterarum Apoſtolicarum deſuper conceſſarum, prout in actis Cancellariæ præfati D. Patriarchæ latius continetur.*

Haſce tamen Moniales, *ut ſupra introductas* Patriarcha *in ſuo habitu priori, & regula S. Auguſtini, ejuſque obſervantia libere dereliquit, in qua etiam aliæ Moniales poſt reformationem hujuſmodi ad religionem ab eis receptæ ſimiliter libere perſeveraverunt ipſo Antonio Patriarcha ſciente & permittente.* Verum paulo poſt orta *circa delationem habitus, & obſervantiam regulæ* dubitatione, cum in ejus Regulæ, cui nomen dederant, quieta profeſſione vivere, & mori optarent, Apoſtolicam Clementis VII. Romani Pontificis authoritatem exorarunt, ut ſub habitu, & regula S. Auguſtini tam ipſæ, quam aliæ in futurum recipiendæ vivere, ac perpetuo remanere poſſent, *proinde*

ac

Digitized by Google

ac ſi Monaſterium S. Marthæ de Ordine S. Benedicti, ad Ordinem S. Auguſtini, a die ingreſſus ipſarum, translatum fuiſſet. Omnia hæc ex ſupplici libello patent Clementi VII. Sanctimonialium nomine Romæ porrecto (N).

. Eccleſia marmoreis aris magnifice inſtructa præclaris quoque ditatur Sanctorum Reliquiis. Has inter præcipua veneratione colitur Divæ Virginis Titularis incorrupta manus, quam ex Lesbo (Metelino) Inſula delatam, Eccleſiæ huic pio munere obtulit Vir Nobilis Ambroſius Contarenus Benedicti olim filius, cujus itinerum deſcriptiones Venetiis editæ fuerunt anno MDXV. deinde a Ramnuſio iterum productæ in collectione Hiſtoriarum veterum Itinerantium. Celeberrimi viri donationem, quam in publicas tabulas redegit Bertuccius Trioli Notarius, ad ejus laudes augendas æquum eſt exhibere.

In Chriſti Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCCLXVI. *Ind.* XIV. *die* XXVI. *Julii Noverint univerſi ad æternam rei memoriam, & omnium intelligentiam clariorem hoc præſens publicum atteſtationis documentum.*

„ Come del anno 1463. dapoi la preſa fatta per el Signor Turcho dela Citade de Metelin; retrovandoſe el N. H. ſ. Ambruoſo Contarini fù del Spetabel ſ. Benedicto in la Citade de Conſtantinopoli li fù expoſto, & narrado per el Reverendo Monſignor fù Veſcovo della dicta Citade de Metelin, & altre aſſai perſone, che frà le Reliquie e zoje ſante, che erano nella dicta Cittade de Metelin appreſſo el Signor de dicto luoco, e dapoi capitate e pervenute alle mane del Signor Turcho nella preſa fece de eſ-

ſa

Quod anno MCCCCLXIII. poſt captam a Domino Turca Lesbum, quum Ambroſius Contarenus Benedicti Viri Spectabilis quondam filius Patritius Venetus Byzantii eſſet, audivit ab ejusdem captæ Urbis Epiſcopo, aliisque bene multis perſonis, quod inter cæteras Reliquias, & ſacros theſauros, quæ apud Dominos Inſulæ olim erant, quæque in poteſtatem Turcarum Urbe expugnata devenerant, extaret manus glorioſæ S. Marthæ. Cumque idem Ambroſius vehementer optaret ſibi conſtare de ejusdem manus authenticitate, & quod eadem identica eſſet, voluit

rem

„ ſa Citade de Metelin ſi glierà, e trovaſſe la benedecta mano della glorioſa Madonna Sancta Martha. Et deſideroſo el prefato Miſ. Ambruoſo veder, e chiaramente intender ſe quella era la vera mano, la qual publicamente ſe diceva eſſer de Madonna Sancta Martha; & juſta quella, deliberà aver più chiara intelligentia de eſſa dal prefato Rev. Monſignor Veſcovo de Metelin el qual a lui diſſe, e veramente afferma quella eſſer la mano de Madonna Sancta Martha, ch' era nelle man del Signor de Metelin. Et inteſo queſto el predicto Miſ. Ambruoſo con grandiſſima faticha, con mezo de danari, e per interceſſion de uno Maiſtro Jacomo Fiſico, & Medico del Signor Turcho recuperò, & havè dal prefato Signor Turcho dicta SS. mano. & havuta eſſa Reliquia inmediate fece vodo de preſentarla, & donarla ale venerabel done, e Sore de queſto Monaſtero de S. Martha de Venexia per la devotion, che ſempre ha avuto, & ha a Madonna S. Martha, & al ſuo ſacro Monaſterio. Et in execution del vodo per lui fatto, ha appreſentado, & do-

rem clarius agnoſcere a prefato Epiſcopo, qui iterum ſignificavit, eam veram eſſe S. Marthæ manum, quam Lesbi Principes poſſidebant. Hæc cum comperiſſet Ambroſius non ſine ingenti labore, & pecuniæ ope, tum opera cujusdam Domini Jacobi Phyſici, & Medici Domini Turcæ, manum illam recuperavit, & apud ſe habuit, votumque illico concepit ſacram exhibendi, & donandi Reliquiam Venerabilibus mulieribus, & Sororibus hujus Monaſterii Sanctæ Marthæ Venetiarum ob devotionem, quam ſemper profeſſus eſt erga Divam Martham, & Cœnobium illi dicatum; Quod votum a ſe emiſſum, ut adimpleret, exhibuit, & donavit huic Monaſterio ejusdem manus Reliquiam. Hæc ita vere ſe habere, dixit, & affirmavit prædictus Ambroſius Contarenus mihi Notario infraſcripto fide verbalis juramenti appoſita, producens teſtes ad pondus rerum majus egregios viros Belingerium de Icalgis Meſſanenſem, & Jacobum de Thedaldo, & Franciſcum Bonieronimum Florentinos, & tunc Venetiis commorantes. Qui omnes apud me Notarium & Judicem ordinarium conſtituti coram teſtibus infraſcriptis ju-

„ donado a queſto Monaſterio „ dicta mano, e reliquia de „ S. Martha. E cuſſi eſſer la „ verità diſſe, & affermò el „ predicto M. Ambruoſo Con- „ tarini a me Nodaro infra- „ ſcripto ſopra el chargo dell' „ anema ſoa. Inducendo per „ teſtimonii a mazor verifica- „ tion delle predette coſſe l' „ eggregii homeni M. Belinger „ de Icalgi de Meſſina, ſ. Ja- „ cobo de Thebaldo, e ſ. Fran- „ ceſco Bonieronimo ambi da „ Fiorenza al preſente exiſten- „ ti in queſta terra de Vene- „ xia. I qual tutti coſtituidi „ davanti da me Nodaro, e „ Judice ordinario, e in pre- „ ſentia de teſtimonii infra- „ ſcripti ſopra el chargo dell' „ aneme ſue diſſeno, & affer- „ mono le predette coſe eſſer „ vere, perche al tempo ſo- „ pra ſcripto s' attrovorno a „ Conſtantinopoli, dove etiam „ era el predetto M. Ambruo- „ ſo. Et aldino & inteſeno, „ da molte, & aſſai fidedigne „ perſone, come la prefata Reli- „ quia, e mano era quella pro- „ pria de Mad. S. Martha, la „ qual era nelle mane del Sig. „ de Metelin, e pervenuta al- „ le man del Signor Turcho „ antedetto.

jurejurando dixerunt, & confirmarunt hæc omnia vera eſſe, quia eo tempore una cum prædicto Ambroſio Byzantii aderant, atque audierunt, & intellexerunt a multis, multaque fide dignis perſonis, quod ea Reliquia, & manus illa ipſa erat Dominæ Sanctæ Marthæ, quæ prius apud Dominos Lesbi ſervabatur, & in poteſtatem prædicti Domini Turcæ pervenerat.

„ De quibus omnibus, & ſingulis ſuprascriptis rogatus fui „ Ego Notarius, & Judex ordinarius infraſcriptus a ſupradi-

„ cto

„ cto D. Ambroſio, vice & nomine Ven. D. Abbatiſſæ, & Mo-
„ nialium Monaſterii præfatæ Dominæ S. Martæ, ut publi-
„ cum conficere deberem Iſtrumentum toties relevandum ;
„ quoties fuero requiſitus.

„ Actum Venetiis in Rialto ad Cancellum mei Notarii in-
„ fraſcripti preſentibus Nob. Viris Franciſco, & Jacobo Ve-
„ nerio Spect. D. Bernardi & ſ. Antonio Caſſono ſ. Lauren-
„ tii teſtibus & aliis.

„ L. S. Ego Bertuccius Trioli natus Domini Philippi Ve-
„ net. publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate No-
„ tarius, & Judex ordinarius prædictis omnibus atteſta-
„ tionibus, dum ſic agerentur preſens fui, & rogatus ſcri-
„ bere ſcripſi, atque publicavi, & in fidem, & robur
„ omnium, & ſingulorum præmiſſorum me ſubſcripſi, &
„ ſignum meum appoſui conſuetum.

Aliæ vero celebriores Reliquiæ hæ ſunt:

Corpus Sancti Agapiti Martyris; Itemque Caput S. Celſi Mart. e Cryptis Romanæ Urbis deducta.

Caput S. Trieniæ Mart.

Oſſa SS. Lazari & Mariæ Magdalenæ fratrum S. Marthæ Virg.

Os unius ex Innocentibus ſub Herode paſſis.

Maxilla S. Sabinæ Mart.

De Oſſibus S. Damiani Mart.

Jacet in hac Eccleſia tumulatus Gabriel Jolito de Ferrariis, qui de Republica litteraria typis ſuis, quibus ſelecta quæque emendatiſſime edidit, optime meruit.

„ Gabrieli Jolito de Ferrariis Nob. Viro & integerrimo Lu-
„ cretiæque Parentibus optimis & B. M. ſibi ipſis ac poſteris
„ monumentum hoc ponendum curarunt Anno D. MDLXXXXI.

Digitized by Google

Jacobina Scorpioni Fundatrix Hoſpitalis SS. Andreæ & Marthæ promittit ſubjectiones & cenſus Capitulo S. Nicolai, reſervans ſibi dum viveret, & poſt ejus obitum Philippo Salomonio & ſucceſſoribus jus eligendi Priorem dicti Hoſpitalis, ipſaſque promiſſiones & pacta confirmat Vicarius Gener. Epiſcopi Caſtellani.

A 1315. 6. Martii.

Ex Archivo S. Marthæ Venetiarum.

IN Chriſti Nomine Amen. Hic eſt tenor cujuſdam authentici inſtrumenti manu Bonifacii de Mercatonovo Imperiali auctoritate Notarii & curie Caſtellane olim Scribe producti in juditio Curie Caſtellane per Dominum Phylippum Salamonem Contrate Sancte Marie Formoſe de Venetiis Caſtellane Dioceſis. Coram Rever. Viro Domino Acurſio Prepoſito Piſtorienſi Vener. Patris & Domini D. Angeli Dei & Apoſtolica gratia Epiſcopi Caſtellani Vicario Generali in cauſa patronatus vertente inter dictum Dominum Phylippum ex parte una, & Dominum Bartholomeum Faletro Contrate S. Samuelis dicte Dioceſis Sindicum & Sindicario nomine Dominarum Abbatiſſe Monialium Capituli & Conventus Monaſterii SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis dicte Dioceſis, ut patet per acta dicte Curie ſcripta per me Bonaventuram Notarium dicte Curie ſub milleſimo trecenteſimo trigeſimo primo Indictione quartadecima Menſis Martii die tertia decima, Preſentibus Dominis Rolandino de Belviſio & Armano de Agazotis juris peritis, & aliis multis, qui ſequitur de verbo ad verbum ſigno tamen pretermiſſo. In Chriſti nomine Amen. Die Jovis Sexto Menſis Martii Venetiis in Epiſcopali Palatio Caſtellano Preſentibus Dominis Felice Mazagallo ac Symeone Presbyteris Manſionariis Caſtellanis, Boneto Tucii de Prato, & Nicola q. Marcheſelli de Villanova Florent. diſtrictus teſtibus rogatis & aliis. Coram Rever. Viro Domino Acurſio prepoſito Piſtorienſi Vicario in ſpiritualibus & temporalibus Generali, Vener. Patris .... Domini Jacobi Dei & Apoſtolice Sedis gratia Caſtellani electi pro tribunali ſedente. Comparentibus & conſtitutis Domina Jacobina Scorpion de Confinio S. Nicolai de Mendigolis de Venetiis ex parte una, & Domino Andrea Plebano, Guidone, & Johanne Presbyteris, Jacobo Diacono, Guidone Subdiacono, & Victore Clerico Eccleſie S. Nicolai de Mendigolis de Venetiis Caſtellane Dioceſis, & tanquam ipſius Eccleſie Capitulum, deſficiente ipſo Presb. Luca ipſius Eccleſie tamquam per nuncium juratum Epiſcopalis Curie Caſtellane ad infraſcripta facienda ex parte ipſius Domini Vicarii legitime citato. Cum dicta Domina Jacobina peteret licentiam à dicto Domino Vicario hedificandi quoddam Hoſpitale ſeu Oratorium & Eccleſiam in confinio dicte Eccleſie S. Nicolai de Mendigolis de Venetiis Caſtellane Dioceſis ſcilicet ad honorem Dei & B. Andree Apoſtoli & S. Marthe Virginis dicti Plebanus Presbyteri & Capitulum ad totalem concordiam devenerunt cum dicta Domina Jacobina & talia pacta cum ea fecerunt, videlicet, quod ipſa Domina Jacobina ipſa exiſtente Prioriſſa vel Rectoriſſa dicti loci ſeu Hoſpitalis vel Oratorii Sanctorum Andree Apoſtoli & S. Marthe Virginis nomine dicti loci hedificandi & ſuccetricium ſuarum dabit & dare promiſit per ſe & ſuas ſuccetrices ſeu ſucceſſores annuatim dictis Dominis Plebano... Presbyteris... Clericis & Capitulo dicto Eccleſie S. Nicolai & eorum ſucceſſoribus in perpetuum

petuum libras decem denariorum Venetorum parvorum medietatem in principio anni & aliam medietatem in medio anni. Item quod in Feſto S. Nicolai dabit annuatim ipſi Eccleſie S. Nicolai duos cereos dimidie libre pro quolibet. Item quod in Feſto S. Marthe dabit pro quolibet Sacerdote dicte Eccleſie S. Nicolai unum Venetum groſſum, & pro quolibet Diacono dimidium groſſum Venetum, & pro quolibet inferioris Ordinis octo denarios parvos. Item quod in diebus feſtivis non faciet, nec permittet Miſſam celebrari in dicta Eccleſia vel Oratorio ſeu Hoſpitale S. Andree & Sancte Marthe, quando Miſſa major celebrabitur in dicta Eccleſia S. Nicolai, niſi forte fuerit in Feſtivitatibus S. Andree Apoſtoli & S. Marthe Virginis. Item quod Capellanum continuum habere non debeat nec poſſit ſine licentia Domini Epiſcopi Caſtellani, qui pro tempore fuerit, & dicti capituli dicte Eccleſie S. Nicolai. Item quod octo diebus pro quolibet menſe ſemel tantum in die miſſa poſſit celebrari in dicta Eccleſia & Oratorio ſeu Hoſpitali S. Andree & S. Marthe ab aliis Sacerdotibus, quam a Sacerdotibus dicte Eccleſie S. Nicolai, in diebus tamen ferialibus ſine requiſitione dictorum Plebani & Capituli S. Nicolai. Item quod ipſa Domina Jacobina in vita ſua poſſit eligere ſeu preſentare priorem vel rectorem in illis Eccleſia ſeu Hoſpitali S. Andree & S. Marthe, quouſque ipſa vixerit, ſi ipſa voluerit eſſe Prioriſſa vel rectoriſſa dictorum Hoſpitalis & Eccleſie, & poſt mortem ipſius Domine Jacobine electio & preſentatio Prioris vel rectoris nomine jurispatronatus fienda Domino Epiſcopo Caſtellano, qui pro tempore fuerit, & per ipſum confirmanda totaliter ſpectet ad nobilem virum Dominum Filippum Salomonem filium Domini Johannis Salamonis de confinio S. Marie Formoſe de Venetiis, & ſuos heredes & ſucceſſores, & dicti Plebanus Presbyteri & Capitulum nomine eorum & ſuorum ſucceſſorum promiſerunt dicte Domine Jacobine ſuo nomine & ſucceſſorum ſuorum ſeu ſuarum ſuccetricium recipienti annuatim ire in vigilia Veſperis & Miſſa S. Marthe, ita quod quicumque non interfuerit dictis officiis, ſcilicet in Vigilia Veſperis & Miſſa S. Marthe nihil percipiat niſi pro rata officii. Item quod Plebanus ſeu Presbyteri, qui nunc ſunt vel pro tempore fuerint, debent bis vel ter ad requiſitionem dicte D. Jacobine ſeu alias Prioris vel gubernatoris dicti Hoſpitalis Miſſam celebrare in dicta Eccleſia ſeu Oratorio vel Hoſpitali in qualibet hebdomada, & per ipſos debet omnibus in dicto Hoſpitali & Eccleſia morantibus tam maribus quam mulieribus ſanis & infirmis Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrari. Promiſit quoque dicta Domina Jacobina nomine ſuo ſucceſſorum ſeu ſuccetricium ſuarum nomine cenſus & in ſignum ſubjectionis annuatim in Feſto S. Petri de Junio dare dicto Caſtellano ellecto, qui nunc eſt & ſuis ſucceſſoribus Epiſcopis Caſtellanis, qui pro tempore fuerint, dimidiam libram cere. Quibus omnibus ſic peractis dictus Dominus Vicarius ſuam auctoritatem interpoſuit & judiciale decretum, dans licentiam dicte Domine Jacobine dictam Eccleſiam & Hoſpitale in dicta Parochia S. Nicolai hedificandi & conſtruendi & monuit ipſas partes tunc preſentes volentes & recipientes nomine eorum & ſucceſſorum ſuorum pro primo ſecundo & tertio perhemptorio termino & ſub excommunicationis pena quatenus omnia & ſingula ſuprascripta ſicuti ſcriptum eſt inviolabiliter debeant obſervare, mandans etiam volens & ordinans dictus Dominus Vicarius quod ſemper & in perpetuum dicta Domina Jacobina & ſui ſucceſſores ſeu ſuccetrices ac omnes alii tam mares quam mulieres ſani & infirmi, qui in dicto loco & Hoſpitali pro tempore morabuntur & ſtabunt ſeu etiam de ipſius Hoſpitalis bonis & elimoſinis vivent teneantur & debeant Deum & Beatam Virginem Mariam ejus Matrem ac Beatum Andream Apoſtolum, & S. Martham Virginem & alios Sanctos & Sanctas Dei deprecare, & orare, pro animabus

mabus nobilium Virorum Dominorum Marci Sanudo Torſeli de confinio S. Severi Primi benefactoris dictorum loci & Hoſpitalis S. Andree, & S. Marthe, & dicti Domini Philippi Salomonis patroni & procuratoris dictorum loci & Hoſpitalis & parentum ſuorum & aliorum ſuorum propinquorum & mandavit mihi notario infraſcripto dictus Dominus Vicarius, quod de omnibus & ſingulis ſupraſcriptis unum & plura conficiam inſtrumenta unius tamen ejusdem tenoris.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo quintodecimo Indict. tertiadecima.

Ego Accurſius Vicarius Generalis Venerab. Patris D. Jacobi Dei & Apoſtolice Sedis gratia ellecti Caſtellani in ſpiritualibus & temporalibus huic contratui conſenſi, & mea auctoritate interpoſui & me propria manu ſubſcripſi.

Ego Bonifacius de Mercatonovo Imperiali auctoritate Notarius & Curie Epiſcopalis Caſtellane Scriba predictis omnibus interfui & ea de mandato Domini Vicarii predicti ac rogatus a dictis partibus ſcripſi & in hanc publicam formam redegi.

Jacobina Scorpioni Fundatrix Eccleſiæ S. Marthæ appellat ad Sedem Gradenſem de actis contra ipſam à Vicario Epiſcopi Caſtellani.

B. 1316. 28. Julii.

Ex Autographo in Archivo S. Marthæ.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſextodecimo Indictione quartadecima die vigeſimoſexto Julii Venetiis in Epiſcopali Palatio Caſtellano ubi jus redditur. Preſentibus Dominis Rolandino de Belviſo de Bononia decretorum doctore, Presbytero Marco de Canareglo Epiſcopalis Curie Caſtellane preceptore, (a) Berardo q. Domini Jacobi Berardi de Bononia Notarii S. Moyſis, Domino Presb. Petro Plebano S. Barnabe de Venetiis Caſtellane Dioceſis & Marcello Nuncio Jurato Epiſcopalis Curie Caſtellane, Boneto Tucii de Prato Domicello & familiari dicti Domini Acurxii Vicarii Caſtellani, Domino Johanne Ravignano S. Jeremie de Venetiis de Canareglo, & aliis teſtibus vocatis & rogatis. Coram vobis Rev. Viro D. Acurxio prepoſito Piſtorienſi Vicario in ſpiritualibus & temporalibus Ven. Patris Domini Jacobi Dei & Apoſtolice Sedis gratia Caſtellani ellecti dicit & propoſuit D. Jacobina Scorpioni S. Nicolai de Mendicolis Caſtellane Dioceſis, que acceſſit ad preſentiam veſtram preſente Domino Andrea Plebano, Guidone & Johanne Presbyteris, Jacobo Diacono, Guidone Subdiacono, & Victore Clerico Eccleſie S. Nicolai de Mendigolis de Venetiis Caſtellane Dioceſis, tamquam ipſius Eccleſie Capitulum, defficiente Presb. Luca ipſius Eccleſie tamen per nuncium juratum Epiſcopalis Curie Caſtellane ad infraſcripta facienda ex parte veſtra legitime citato, cum dicta Domina Jacobina peteret licentiam à vobis edificandi quoddam Hoſpitale ſeu Oratorium & Eccleſiam in confinio Eccleſie S. Nicolai de Mendigolis ad honorem Dei & Beati Andree Apoſtoli & Beate Marthe Virginis, cui petitioni dictus Plebanus Presbyteri

(a) Preceptor Curiæ Caſtellanæ intelligitur ille, qui modo vocatur *Maſtro di Camera*.

Digitized by Google

byteri & Beneficiati dicte Eccleſie S. Nicolai ipſum Capitulum totum conſenſerunt, & eis placuit certis pactis factis inter predictam Dominam Jacobinam fundatricem, & dictos Plebanum & Capitulum; Quibus omnibus ſic peractis vos veſtram auctoritatem & judiciale decretum interpoſuiſtis dando licentiam ipſi Domine Jacobine dictam Eccleſiam & Hoſpitale in dicta Parochia S. Nicolai edificandi & conſtruendi. Et monuiſtis partes predictas tunc coram vobis preſentes exiſtentes volentes & recipientes nomine earum & ſuorum ſucceſſorum pro primo ſecundo & tertio termino perhemptorio & ſub excommunicationis pena quatenus omnia & ſingula ſuprascripta ſicut ſcriptum eſt inviolabiliter debeant obſervare. Quibus omnibus & ſingulis vos propria manu in inſtrumento inde confecto ſubſcripſiſtis, quod inſtrumentum ſcriptum eſt manu Bonifacii de Mercatonovo Imperiali auctoritate Notarii & Epiſcopalis Curie Caſtellane Scriba. Item dicit & propoſuit, quod vos mandaviſtis Presb. Nicolao de Bononia. nuntio veſtro jurato, & Epiſcopalis Curie Caſtellane, quod ex parte veſtra accedere deberet ad Ven. Patrem Dominum Fr. Zanino de Ca Zane (a) Ordinis Heremitarum Epiſcopum Caprulenſem, qui ad preces & inſtantiam ipſius Jacobine accedere deberet ad dictum locum S. Andree Apoſtoli & S. Marthe Virginis, & ibidem poneret primarium lapidem conſtructioni & edificationi fiende per dictam Dominam Jacobinam in honorem S. Andree & Marthe predictis qui Reverendus Pater veſtris obtemperans juſſionibus & voluntati primarium lapidem conſtructioni predicte Eccleſie fiende poſuit. Item dicit & propoſuit, quod vos mandaviſtis eidem Domine Jacobine retrici fundatrici & patrone dicte Eccleſie per veſtras litteras, quod pacta per ipſam ex parte veſtra & Plebanum Presbyteros & Capitulum dicte Eccleſie S. Nicolai ex altera, inita & per vos confirmata obſervare deberet, & pauperes Chriſti ad ipſum Oratorium & Eccleſiam deberet recipere & quod ſi ex dictis litteris ſe reputaret gravatam infra certum terminum in dictis litteris comprehenſum compareret coram vobis dictura & allegatura de jure ſuo quod & per ipſam factum exiſtit & adimpletum eſt. Item dicit & propoſuit quod per veſtrum nuntium juratum eidem mandaviſtis quod in dicto loco ſic conſtructo & edificato per eamdem lectos & pauperes ibidem habere & tenere deberet, ad quod cogi non poteſt tum quia ſola Eccleſia eſt conſtructa licet nondum completa nec ad contempta in dicto veſtro precepto tenetur, tum quia non habet unde predicta facere poſſit, tum quia non eſt locus ad hec aptus, tum quia ex forma conſtructionis per eamdem & edificationis ſolam conſtruxit Eccleſiam non autem Hoſpitale, quam ſolam conſtruere potuit ad quod ipſam Dominam Jacobinam faciendam pro primo ſecundo & tertio termino perhentorio & ſub excommunicationis pena precipiendo mandaſtis certos terminos ad ea facienda per vos eidem aſſignatos. Item dicit & propoſuit quod ipſi Jacobine mandaviſtis per veſtras litteras pro primo ſecundo & tertio termino perhentorio & ſub excommunicationis pena & etiam publice omnibus & ſingulis & contra omnes & ſingulos impedientes & dantes auxilium conſilium & favorem ne dictus locus & Eccleſia ſit Hoſpitale, & ibidem habeat lectos & pauperes, ut hec & alia in dictis veſtris litteris continetur expreſſe, quod eſt contra omnia jura ſubtrahendo per ipſas litteras & contempta in eis deffenſioſionem ipſi Domine Jacobine competentem

(a) Johannes ex Patritia Familia Zane Ordinis Heremitarum ut ex hoc autographo inſtruſtrumento patet, Eccleſiam Caprularum regebat Anno 1316. de eo adnotator Ughel. ad Annum 1316. Juramentum ipſius factum Ægidio Patriarchæ Gradenſi dedimus Tom. III. hujus operis pag. 117., ipſumque alligandum diximus ad Annum 1318. vel circa, quod ex hoc documento corrigendum eſſe fateor.

Digitized by Google

tem & a jure permiſſam. Ex quibus veſtris preceptis monitionibus litteris, & mandatis factis contra ipſam Dominam Jacobinam & in ipſius Domine Jacobine & Eccleſie ſupradicte non modicum prejudicium & gravamen, & jura ſibi competentia & competitura in dicta Eccleſia ipſa D. Jacobina fundatrix & edifficatrix dicte Eccleſie S. Andree, & Marthe ſentiens ſe gravari & gravatam fore enormiter & veriſimiliter timeat impoſterum aggravari, & jura predictorum & infraſcriptorum & dicte Eccleſie tam tuo nomine, quam nobilis viri Domini Philippi Salamonis S. Marie Formoſe Caſtellane Dioceſis patroni ipſius Eccleſie, & omnium & ſingulorum aliorum quorum intereſt vel intererit & huic appellationi adherentium & adherere volentium, & ideo in hiis ſcriptis ad Sanctam Sedem Aquilejenſem & ipſius Eccleſie Patriarcham ſeu ejus Capitulum appellat & Apoſtolos petit & iterum petit & iterum cum inſtantia ſibi dari petit ſupponens ſe & jura ſua & dicte Eccleſie & dicti Domini Philippi Salomonis Patroni & omnium & ſingulorum adherentium & huic appellationi adherere volentium petitioni & defenſioni predictorum & Sedis prefate proteſtans quod appellatione predicta pendente in predictorum velut alterutrius ipſorum prejuditium & gravamen nihil debeat attemptari. Et quod non intendit ſe aſtringere ad probandum nec aſtringit niſi quod ſibi ſufficiat de predictis quam appellationem dicta Domina Jacobina dedit in manibus dicti Domini Vicarii & de verbo ad verbum in ſcriptis dimiſit eidem.

Ego Johannes qu. Domini Marxilii de Mantechellis de Bononia Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus preſens interfui & rogatus a dicta Domina Jacobina ſcripſi & in publicam formam redegi ſignoque meo conſueto ſignavi.

IN Chriſti Nomine Amen Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto decimo Indictione quartadecima die viceſimoſexto Julii Venetiis in Epiſcopali Palatio Caſtellano ubi jus redditur. Preſentibus Domino Rolandino de Belviſio decretorum doctore Presb. Marco de Canareglo Epiſcopalis Curie Caſtellane preceptori, Domino Presb. Petro Plebano S. Barnabe de Venetiis Caſtellane Dioceſis, Boneto Tucii de prato Domicello & familiari dicti Domini Vicarii Caſtellani, & aliis teſtibus ad hoc vocatis & rogatis. Diſcretus & Rever. Vir D. Acurxius prepoſitus Piſtorienſis in ſpiritualibus & temporalibus Vicarius Generalis Vener. Patris Domini Jacobi Dei & Apoſtolica gratia Caſtellani electi habita in ſuis manibus in ſcriptis quadam appellatione interpoſita per Dominam Jacobinam Scorpioni fundatricem & patronam Eccleſie Hoſpitalis ſeu Oratorii Beati Andree Apoſtoli & Beate Marthe Virginis idem Dominus Vicarius vocavit ad ſe Bonifacium de Mercatonovo veſtrum & Epiſcopalis Curie Caſtellane ſcribam & in manibus dicti Bonifacii idem D. Vicarius dictam appellationem dedit & incontinenti verbo dixit quod non defferebat appellationi predicte tamquam frivole fruſtratorie & inani, quam reſponſionem fecit ipſi Domine Jacobine & appellationi interpoſite per eam pro Apoſtolis & loco Apoſtolorum & ibidem in continenti idem Dominus Vicarius mandavit eidem Domine Jacobine eamque monuit pro primo ſecundo & tertio termino perhemptorio & ſub excommunicationis pena quod in dicto loco ſic conſtructo & edificato per eam caſſas & lectos tenere deberet infirmos & pauperes hoſpitari in eodem & quod ibidem non faceret nec permitteret divina celebrari officia dicta Domina Jacobina ſue ſemper appellationi inſtando.

Ego Johannes qu. Domini Marxilii de Mantechellis de Bononia Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus preſens interfui & rogatus a dicta Domina Jacobina ſcripſi & in publicam formam redegi ſignoque meo conſueto ſignavi.

In Chri-

Digitized by Google

IN Chriſti Nomine Amen. Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſextodecimo Indictione quarta decima die veneris penultimo Julii Venetiis in Epiſcopali Pallatio Caſtellano ubi jus redditur Preſentibus Presb. Franciſco de Riva S. Vitalis Presb. Petro Plebano S. Barnabe, Domino Rolandino del Belviſo de Bononia decretorum doctore, D. Gnillinio q. Magiſtri Gerardi de Bononia juris perito, Presb. Petro S. Samuelis, Presbyt. Maffio S. Severi, & aliis, omnibus de Venetiis Caſtellane Dioceſis teſtibus vocatis & rogatis. Comparuit Domina Jacobina Scorpion Sancti Nicolai de Mendicolis Caſtellane Dioceſis fundatrix & edificatrix Eccleſie S. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis dicte Dioceſis Coram vobis Domino Accurſio prepoſito Piſtorienſi in ſpiritualibus & temporalibus Vic. Gen. Vener. P. Domini Jacobi Dei & Apoſt. Sedis gratia Caſtell. ellecti dicens quod quamdam appellationem interpoſuerit die XXVI. Julii coram vobis ſcriptam manu Domini Johannis de Mantechellis de Bononia Imp. auct. Not. & errore reperiatur ſcriptum fuiſſe in ipſa appellatione quod appellabat ad Sedem Aquilejenſem cum re vera putaret ſcriptum fuiſſe in ipſa appellatione quod appellaret & appellabat ad Sedem Gradenſem ipſum errorem revocat & dicit quod ad Sedem Gradenſem appellavit, & quoad hec ipſi appellationi inſiſtit & inſtat quatenus ſupraſcripta dicta Domina Jacobina dedit & dimiſit in manibus dicti Domini Vicarii de verbo ad verbum in ſcriptis prout ſuperius eſt expreſſum dicendo & aſſerendo omnia & ſingula prout in ea continentur.

Ego Johannes q. Domini Marxilii de Mantechellis de Bononia Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus preſens interfui & rogatus a dicta Domina Jacobina ſcripſi & in publicam formam redegi ſignoque meo conſueto ſignavi.

Ryticherius Vicarius Patriarchæ Gradenſis lata ſententia decernit fuiſſe à Jacobina Scorpioni bene appellatum de actis à Vicario Caſtellano, ipſumque Vicarium minus juſte contra Jacobinam proceſſiſſe.

C

1317. 16. Julii.

Ex Archivo S. Marthæ de Venetiis.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno à Nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo decimo ſeptimo Indictione quintadecima die Sabbati ſextodecimo intrante menſe Julii. Preſentibus diſcretis viris Dominis Presb. Petro Bragedell. Eccleſiæ S. Felicis, Domino Armano de Agazotis juris perito, Presb. Marco S. Paterniani, & Berardo q. Jacobi Berardi Notar. de Bononia & aliis teſtibus ad hec vocatis & rogatis. Nos Ryticherius Vicarius Gradenſis cognitor infraſcriptæ cauſæ, que talis eſt. In Chriſti nomine Amen. Coram vobis Rev. Viro Domino Ryticherio Vicario Ven. Patris Domini Marci Dei & Apoſtolica gratia Patriarche Gradenſis dicit & proponit Domina Jacobina Scorpion patrona & edificatrix Eccleſiæ B. Andree Apoſtoli & Beate Marthe Virginis ſite in Parochiam & infra Parochiam S. Nicolai de Mendigolis Caſtellane Dioceſis interveniente conſenſu & licentia Rev. Viri Domini Accurſii Prepoſiti in ſpiritualibus & temporalibus Vicarii Generalis Ven. Patris Domini

Digitized by Google

Jacobi Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Caſtellani electi, & ipſo Domino electo Caſtellano in remotis exiſtente, de conſenſu etiam & voluntate Domini Andree Plebani Presbyterorum & Capituli Eccleſie Sancti Nicolai de Mendigolis dicte Dioceſis ipſo Domino Vicario ſuam & dicti Domini Electi & Epiſcopatus Caſtellani auctoritatem interponente & decretum edificationi & conſtructioni ejusdem Eccleſiæ, & ſe in inſtrumento conceſſionis & licentie ſua propria manu ſubſcribente, quos Plebanum Presbyteros & Capitulum preſentes ipſe Dominus Vicarius monuit in illis ſcriptis & ipſam Dominam Jacobinam pro primo ſecundo & tertio termino peremptorio, & ſub excommunicationis pena quatenus omnia & ſingula hic inde promiſſa, ſicut ſcriptum eſt, inviolabiliter debeant obſervare, cui Eccleſie de mandato dicti Domini Vicarii Ven. Pater Dominus Frater Johannes da Cazane Ordinis Heremitarum Epiſcopus Caprulanus primarium lapidem poſuit in conſtructione & ediſſicacione predicta ad preces & inſtantiam dicte Domine Jacobine in honorem & reverentiam S. Andree & Marthe predictis. Item dicit & propoſuit, quod dictus Dominus Vicarius Caſtellanus mandavit eidem Domine Jacobine, quod pauperes Chriſti ad ipſam Eccleſiam deberet recipere ſub excommunicationis pena, & alia, ut in ipſo precepto plenius continetur, & ſi ex dicto precepto ſe reputaret gravatam, infra certum terminum in ipſis litteris comprehenſum compareret coram eo dictura & allegatura de jure ſuo, quod & per ipſam factum dictum & allegatum extitit. Item dicit & propoſuit, quod idem Dominus Vicarius ad petitionem & inſtantiam dicti Domini Plebani Presbyterorum & Capituli S. Nicolai predicti mandavit eidem Domimine Jacobine, quod in dicto loco ſic conſtructo & ediſſicato per eamdem lectos hoſpitalitatem & pauperes ibidem habere & tenere deberet, ad quod cogi non potuit, tum quia ſola Eccleſia eſt conſtructa, licet nondum completa, tum quia non eſt locus ad hoc aptus, & ex forma conſtructionis & edificationis facte per ipſam & licentie ſibi date ſolam conſtruxit Eccleſiam, non autem Hoſpitale, ad quod mandatum adimplendum, licet injuſte ipſe Dominus Vicarius monuit eamdem Dominam Jacobinam & precepit eidem pro primo ſecundo & tertio terminum perhemptorie, & ſub excommunicationis pena & etiam publice omnibus & ſingulis ne ipſi Domine Jacobine publice vel occulte darent aliquod auxilium conſilium vel favorem contra dictum ſuum preceptum & ne aliquod preſtarent impedimentum quominus dictus locus & Eccleſia ſit Hoſpitale & ibidem habeat lectos & pauperes, quod eſt contra jura, ut hec & alia in dictis litteris dicti Domini Vicarii continentur expreſſe ſubtrahendo, etiam per contenta in dictis & aliis ſuis litteris ſub hoc exinde confectis expreſſius continetur, ipſamque Dominam Jacobinam cum ipſius Domini Vicarii injuſtis non pareret mandatis excommunicatam per Eccleſiam & Dioceſim Caſtellanam fecit publice denunciari, à quibus omnibus & ſingulis ſupradictis gravaminibus, & eorum quolibet dicta Domina Jacobina juſte & rationabiliter ſemel & pluries ad dictam Sedem Gradenſem & Capitulum in illis ſcriptis & futurum Patriarcham appellavit & Apoſtolos ſelempniter & cum inſtantia petiit. Quare cum dicta D. Jacobina tamquam patrona, edificatrix, & que conſtruxit dictam Eccleſiam S. Andree & Marthe & cujus intereſt, & cui tangit negotium, & in cujus prejuditium & gravamen predicta omnia & ſingula ſic facta per dictum Dominum Vicarium appellaverit ab omnibus & ſingulis ſupradictis modo & forma ſupradictis petit per vos & veſtram ſententiam pronunciari & declarari pro parte ipſius Domine Jacobine eſſe & fuiſſe bene & ſufficienter ac legitime appellatum, & pro parte dicti Domini Vicarii & predictorum Plebani & Capituli S. Nicolai eſſe & fuiſſe minus ſufficienter & minus legitime, ac etiam contra formam juris contra ipſam Dominam

Digitized by Google

minam Jacobinam in prædictis & eorum quolibet proceſſ m . Et per vos petit revocandum fore & eſſe & revocari eſſe & totum illud, quod poſt dictas appellationes ſic legitime interpoſitas, & contra ipſas & earum quamlibet factum & attentatum fuerit in ipſius & dicti loci prejuditium & gravamen & prædicta petit omni modo, jure & forma, quibus melius petere poteſt & petit expenſas hujus Eccleſie jam factas, quas facit quindecim ſoldos denariorum Venetorum groſſorum, & de faciendis impoſterum proteſtatur ſi contradictor apparuerit. Salvo jure addendi diminuendi mutandi corrigendi & declamandi proteſtans, quod ſe non intendit aſtringere ad probandum nec aſtringit, niſi quod ſibi ſufficiat de predictis ſuper dicto libello lite legitime conteſtata de calumpnia & veritate dicenda a partibus preſtito juramento factis poſitionibus & reſponſionibus ſubſecutis teſtibus pro parte Domine Jacobine & atteſtationibus publicatis & receptis inſtrumentis, tam in principali, quam alias factis & productis coram nobis per partes renunciatis probationibus & oppoſitionibus hinc & inde & demum concluſo in cauſa de partium voluntate, & communicato conſilio prudentis viri Domini Petri Carnelli Canonici Clugienſis juris periti aſſumpti ad conſulendum de partium voluntate, cujus conſilii habiti tenor talis eſt. Conſilium mei Petri Carnelli Canonici Clugienſis juris periti aſſumpti ad conſulendum in cauſa, que vertitur coram Rev. Viro Domino Rytichetio Vicario Gradenſi inter D. Jacobinam Scorpion de Contrata S. Nicolai de Mendigolis de Venetiis Caſtellane Diœceſis ex parte una, & Dominos Plebanum & Presbyteros ſeu Capitulum Eccleſie S. Nicolai predicti ex altera, quarum viſis & examinatis actis ejusdem cauſe ſuper diffinitiva ſententia tale eſt. Viſis enim omnibus actitatis & productis tam in principali cauſa quam appellatione & examinato toto proceſſu & per me ſuper omnibus examinatione ac diligenti deliberatione prehabita dico & conſulo pro parte dicte Domine legitime appellatum, & ſententiandum ſecundum formam petitionis Domine Jacobine predicte, preter quam de expenſis partibus per nos citatis peremptorie hodierna die ad audiendam diffinitivam ſententiam, & ipſis præſentibus in hiis ſcriptis preſentibus ſequentes formam dicti conſilii Chriſti nomine invocato ſententiamus pronunciamus & ſententialiter diffinimus per predictam Dominam Jacobinam Scorpion ſeu ejus Procuratorem bene & legitime appellatum & pro parte dicti Domini Vicarii, Reverentia ſua ſalva, & predictorum Plebani & Capituli Sancti Nicolai fuiſſe minus legitime contra ipſam Dominam Jacobinam proceſſum in predictis, & quolibet predictorum & revocamus quicquid poſt dictas appellationes & earum quamlibet factum fuit in prejuditium ipſius Domine Jacobine & dicti loci. Actum Venetiis in Eccleſia S. Marci juſta Altare S. Leonardi.

Ego Nicolaus de Ripa filius q. Jacobi de Ripa de Venetiis Imperiali auctoritate Notarius & Gradenſis Curie Scriba predictis omnibus interfui & ea rogatus ſcripſi & in publicam formam redegi meoque ſigno conſueto appoſui.

Accurſius Præpoſitus Piſtorienſis Vic. Generalis Caſtellanus lata ſententia mandat, ut ſerventur pacta inita inter Capitulum S. Nicolai, & Jacobinam Scorpioni, & alia, quæ in ipſa ſententia continentur.

D

1317. 22. Auguſti.

Ex Archivo S. Marthæ Venetiarum.

IN Chriſti Nomine Amen. Die lune vigeſimo ſecundo menſis Auguſti Venetiis in Epiſcopali Palatio Caſtellano. Preſentibus Presb. Johanne Paniza Eccleſie S. Johannis Griſoſtomi, Presbyt. Mathia Eccleſie S. Severi, & Marcoſſo Diacono Eccleſie S. Marie Formoſe de Venetiis teſtibus rogatis & aliis. Rev. Vir Dominus Accurſius Prepoſitus Piſtorienſis Vicarius in ſpiritualibus & temporalibus Generalis Ven. Patris Domini Jacobi Dei & Apoſtolice Sedis gratia Caſtellani electi Sedens pro Tribunali infraſcriptam in ſcriptis ſententiam protulit & promulgavit in hunc modum. In Dei nomine Amen. Cum coram nobis Accurſio prepoſito Piſtorienſi Vicario in ſpiritualibus & temporalibus Generali Ven. Patri Domini Jacobi Dei & Apoſtolice Sedis gratia Caſtellani electi quedam queſtio verteretur, porrectus fuit libellus in hunc modum. In Chriſti Nomine Amen. Coram vobis diſcreto & Rev. viro Domino Accurſio prepoſito Piſtorienſi in ſpiritualibus & temporalibus Ven. Patris Domini Jacobi Dei & Apoſtolice Sedis gratia Caſtellani electi Vicario Generali conquirendo exponunt Plebanus & Capitulum Eccleſie S. Nicolai de Mendicolis de Venetiis Caſtellane Dioceſis, & Petrus Michilini Montis Not. Procuratores & Procuratorio nomine ipſorum, quod Domina Jacobina Scorpion ſe gerens pro rectoriſſa & Prioriſſa Hoſpitalis & loci Beatorum Andree & Marthe Contrate S. Nicolai de Mendicolis ſupradicte pro obtinendo aſſenſu ab ipſis Plebano & Capitulo conſtruendi in eorum Parochia Hoſpitale & locum prefatum infraſcripta pacta & conventiones & excommunicationis penas contempnens, illa non ſervavit, ſed violavit, & abutens illis & licentia ſibi conceſſa & hoſpitalitatem contempnens pauperes in ipſo Hoſpitali & loco juſſa per nos recipere noluit neque vult, ſed nititur & juſſa eſt ipſum Hoſpitale & locum in Monaſterium reducere & in illo preficere Abbatiſſam, in prejuditium non modicum & gravamen dictorum Plebani Capituli & Eccleſie S. Nicolai. Exponunt quoque quod ipſa Jacobina Scorpion tempore initorum dictorum Pactorum erat Converſa Profeſſa Monaſterii S. Mauri de Burano de Mari Torcellane Dioceſis, & quod hoc poſt inita dicta pacta, de novo ad notitiam eorum pervenit. Quare cum dicta pacta & conventiones dicta Jacobina non ſervaverit ſed violaverit & propterea ſibi ſervanda non ſiat, & cum abuſa fuerit ipſis & licentia ſibi conceſſa, & propterea meruerit illa amittere, & cum pacta ipſa inutilia fuerint ratione perſone ipſius Jacobine non ſui juris ſed alteri Monaſterio Profeſſione ligate, & cum pena excommunicationis, ad quam ſe ſponte obligaverat contempſerit, & propterea merito excommunicanda ſit, agunt & petunt per nos ſententiari & ſententialiter declarari dicta pacta & conventiones fore caſſanda & irritanda, & ipſa caſſari & irritari, & quod dicti Plebanus & Capitulum S. Nicolai non teneantur ad obſervationes eorum, & quod in ipſo Hoſpitali loco & Eccleſia fabricata in illo abſtineatur a divinis, ſicut abſtineri oporteret, ſi pacta non preceſſiſſent, & ſicut ante ipſa pacta abſtinebatur, & quod ibi numquam fiat Monaſterium ſine conſenſu expreſſo dictorum Plebani & Capituli, & quod ipſa Jacobina Scorpion excommu-

mu-

Digitized by Google

municetur, ideo quia non ſervavit predicta, & ſi contradixerit huic petitioni petunt expenſas factas, quas faciunt £. xii. denarior. Venet. groſſor. & proteſtantur de faciendis ſuo loco & tempore declarandis, & hec petunt omni jure & modo, quibus melius poſſunt ſalvo jure addendi, minuendi, mutandi, & corrigendi. Proteſtantes, quod ſe non aſtringunt ad probandum omnia & ſingula ſupradicta, ſed ea tantum que ſibi ſufficiant ad ſuam intentionem fundandam. Conventiones vero & pacta ſunt hec: Videlicet, quod ipſa Domina Jacobina exiſtens Prioriſſa vel rectoriſſa dicti loci ſeu Hoſpitalis vel Oratorii S. Andree Apoſtoli, & S. Marthe Virginis nomine dicti loci hedificandi & ſuccetritium ſuarum dabit & dare promiſit pro ſe & ſuas ſuccetrices ſeu ſucceſſores annuatim dictis Dominis Plebano Presbyteris Clericis & Capitulo dicte Eccleſie S. Nicolai & eorum ſucceſſoribus in perpetuum libr. decem denar. Venet. parvor. medietatem in principio anni, & reliquam medietatem in medio anni. Item quod in feſto S. Nicolai annuatim dabit ipſe Eccleſie S. Nicolai duos cereos dimidie libre pro quolibet. Item quod in feſto S. Marthe dabit pro quolibet Sacerdote dicte Eccleſie S. Nicolai unum Venetum groſſum & pro quolibet Diacono dimid. groſs. & pro quolibet inferioris Ordinis octo denarios parvos. Item quod in diebus feſtivis non faciet nec permittet miſſam celebrari in dicta Eccleſia vel Oratorio ſeu Hoſpitali S. Andree & S. Marthe, quando miſſa major celebrabitur in dicta Eccleſia S. Nicolai, niſi forte fuerit in feſtivitatibus S. Andree Apoſtoli & S. Marthe Virginis. Item quod Cappellanum continuum habere non debeat nec poſſit ſine licentia Domini Epiſcopi Caſtellani, qui pro tempore fuerit, & dicti Capituli dicte Eccleſie S. Nicolai. Item quod octo diebus pro quolibet menſe ſemel tantum in die miſſa poſſit celebrari in dicta Eccleſia vel Oratorio, ſeu Hoſpitali S. Andree & S. Marthe ab aliis Sacerdotibus, quam a Sacerdotibus dicte Eccleſie S. Nicolai, in diebus tamen ferialibus ſine requiſitione dictorum Plebani & Capituli S. Nicolai. Item quod ipſa Domina Jacobina in vita ſua poſſit eligere ſeu preſentare Priorem vel Rectorem in illis Eccleſia ſeu Hoſpitali S. Andree & S. Marthe quouſque ipſa vixerit, ſi ipſa noluerit eſſe Prioriſſa vel rectoriſſa dictorum Hoſpitalis & Eccleſie &c. litem non per Procuratorem prefatum dictorum Plebani Presbyterorum & Capituli ſuper dicto libello legitime conteſtatam, & per nos in contumaciam partis adverſe pronunciatam litem ipſam conteſtatam preſtitamque a dicto Procuratore Plebani Presbyterorum & Capituli dicte Eccleſie S. Nicolai de veritate dicenda & calumpnia jure factis poſitionibus & reſponſionibus ad eaſdem productis teſtibus, & hinc inde inſtrumentis quampluribus & atteſtationibus publicatis concluſoque in cauſa de partium voluntate & ad hodiernam diem ad diffinitivam ſententiam audiendam partibus ipſis & peremptorie citatis viſis & diligenter examinatis, actitatis in cauſa, & ſuper ipſis deliberatione habita diligenti preſente Jacobello Diacono dicte Eccleſie S. Nicolai Procuratore ſubſtituto a dicto Petro Michilini montis Procuratore & Procuratorio nomine Plebani Presbyterorum & Capituli dicte Eccleſie S. Nicolai ex una parte, & Phylippo Salamone Procuratore & Procuratorio nomine dicte Domine Jacobine Scorpion ex altera, & cum inſtantia ſententiam poſtulantibus Chriſti nomine invocato, Sedentes pro Tribunali dictam Dominam Jacobinam Scorpion & ejus Procuratorem prefatum pro ea ab inpetitione dictorum Plebani Presbyterorum & Capituli & eorum Procuratoris prefati ſententialiter in hiis ſcriptis duximus abſolvendum. Monentes ipſas partes & earum Procuratores in noſtra preſentia conſtitutos pro primo ſecundo & tertio termino perhemptorie, & ſub excommunicationis pena, quatenus pacta prefata in petitione predicta contenta & in inſtrumentis inde factis debeant invio-

invio-

Digitized by Google

inviolabiliter obſervari. Monentes inſuper Dominam Jacobinam prefatam modo predicto & ſuum Procuratorem prefatum pro ea & ſub excommunicationis pena, quam in ea ex nunc prout ex tunc ſi contrafecerit, proferimus in hiis ſcriptis, quantum de cetero pro dicto loco ſeu Hoſpitali S. Andree & S. Marthe, niſi primo hoſpitalitatem tenere inceperit, queſitum aliquem absque Domini Caſtellani electi prefati vel noſtra licentia ſpeciali facere preſumat per ſe vel alium ſeu alios, nec pro ipſa Eccleſia S. Andree ſeu S. Marthe cum noſtre intentionis non fuerit licentiam dare Eccleſiam hedificandi, ſed ſolummodo Hoſpitale conſtruendi in quo deberet eſſe Oratorium, ubi deberet divinum officium ſecundum dicta pacta celebrari, partes prefatas & Procuratores predictos pro eis ab expenſis in cauſa factis legitime abſolventes. Qua ſententia lata & per dictum Dominum Vicarium promulgata dictus Phylippus Procurator & Procuratorio nomine predicto in quantum pro eo facit ipſam approbat & ratificat, in eo autem quod facit contra ſe ipſam dixit nullam, & ſi qua eſſet vel appareret ab ea tamquam iniqua incontinenti viva voce ad Dominum Patriarcham Graden. & Sanctam Gradenſem curiam appellavit & Apoſtolos inſtanter & inſtantiſſime petiit & iterum petiit & iterum cum inſtantia petiit ſub penes ſe & jura ſua & partis ſue ſub protectione & defenſione Sancte gradenſis Sedis & Gradenſis curie. Cui Phylippo prefato & ſue appoſitioni predicte dictus Dominus Vicarius reſpondens dixit, quod ſtatuebat ei terminum quindecim dierum proxime ventur. ad incipiendum proſequi dictam ſuam appoſitionem cum effectu & hanc reſponſionem ei dedit pro Apoſtolis. Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimoſeptimo Indictione quintadecima.

Ego Bonifacius de Mercatonovo Imperiali auctoritate Notarius & Epiſcopalis curie Caſtellane Scriba predictis omnibus interſui & ea rogatus ſcripſi.

Jacobus de Albertinis Caſtellanus Epiſcopus concedit Jacobinæ Scorpioni licentiam fundandi Monaſterium SS. Andreæ & Marthæ, cui ipſa Jacobina præficit in Abbatiſſam Margaritam Triviſanam Monialem S. Laurentii de Himanis.

E 1318. 22. Julii.

Ex Autographo in Archivo S. Marthæ Venetiarum.

IN Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate ejuſdem MCCCXVIII. Indictione I. Tempore Domini Johannis Papæ XXII, die vero XIII. Menſis Junii in Epiſcopali Palatio Caſtellano in parva aula, quæ eſt in introitu anticameræ Domini Epiſcopi infraſcripti præſentibus Vener. Viro D. Accurſio de Maſſa Præpoſito Piſtorienſi Vicario ejuſdem Domini Epiſcopi, & Nob. Viro D. Petro Correrio de Venetiis, ac Ardizonio de Achatuſiis de Bon. & aliis teſtibus ad hiis rogatis. Venerab. in Chriſto Pater Dominus Jacobus Dei gratia Caſtellanus Epiſcopus, Beatorum Andreæ Apoſtoli, & Marthæ Virginis, ad quos ſpecialis devotionis zelo ſuccenditur, conſiderans perfectiſſima merita Sanctitatis, volensque honeſtæ Matronæ Dom. Jacobinæ de Scorpionibus de Confi-

Confinio S. Nicolai de Mendicolis Caſtellanæ Diœceſis infraſcripti Hoſpitalis & Oratorii fundatricis piis in hac parte deſideriis clementer annuere, tenore præſentis publici inſtrumenti Oratorium Eccleſiam ſeu Hoſpitale Beatorum Andreæ Apoſtoli, & Marthæ Virginis de Venetiis Caſtellanæ Diœceſis predicta Fundatrice petente, & expreſſe conſentiente in Monaſterium Monialium dedicavit, erexit, & ordinavit. Decernens & volens inibi Monialium facere Collegium perpetuis futuris temporibus, quæ inibi vivant, & vivere debeant ſub Abbatiſſe regimine in obſervantia regulari; concedens ex nunc ipſi Monaſterio & Monialibus, quæ ibi per tempora conventualiter fuerint omnia jura exemptiones libertates privilegia & immunitates, quæ ad Monaſteria ſeu collegium ſeu Conventum de jure ſpectare noſcuntur, & inſuper proprium cimiterium, in quo ejusdem Monaſterii Moniales, & Converſæ, & aliæ quælibet perſonæ ipſi Monaſterio in familiari miniſterio ſervientes valeant ſine contradictione Parochialis Eccleſiæ ſepelliri, ac proprium poſſint habere Presbyterum, qui eis tam in infirmitate quam in ſanitate miniſtret Eccleſiaſtica Sacramenta earumque confeſſiones audire, ipſisque imponere valeat penitentias ſalutares. Decrevit etiam & conceſſit eidem Monaſterio Eccleſiaſticam immunitatem pro ipſo Monaſterio ejuſque cemeterio juxta morem aliorum locorum Divino cultui dedicatorum, quodque de ortis & nutrimentis animalium dicti Monaſterii decimæ non ſolvantur, ac quod ipſum Monaſterium ſit ab omni lege Dioceſani, ſicut cætera Monialium Monaſteria, liberum & expeditum, hoc tamen inter ipſam fundatricem, & dictum Dominum Epiſcopum expreſſe acto, ut Abbatiſſa & Moniales quæ ibi pro tempore fuerint teneantur D. Epiſcopo Caſtellano ad omnes laudabiles conſuetudines, & ſubiectionum capitula, in quibus ſibi communiter tenentur cætera Monaſteria Civitatis & Diæceſis Caſtellanæ non exempta, quodque dicta Abbatiſſa, & Moniales, & Monaſterium, quæ antea ad cenſum tantum dimidiæ libræ ceræ annuatim Caſtellano Epiſcopo tenebantur, amodo ad libram ceræ integram annuatim in Feſto S. Petri Caſtellano Epiſcopo perſolvendam perpetuis futuris temporibus ſubiectionis nomine teneantur; per horum autem conceſſionem non eſt, ut idem D. Epiſcopus dixit, ſuæ intentionis derogare pactis aliquibus dudum inter dictam Fundatricem & Eccleſiam Parochialem Canonice initis, vel aliis in poſterum Canonice ineundis.

Et Ego Phylippus Stagni de Monte Martano Clericus Spoletanæ Diœceſis Publicus Imperiali authoritate Notarius, & Curiæ dicti Domini Epiſcopi Scriba præmiſſa omnia quibus prout ſupra legitur geſtis & habitis una cum teſtibus ſupraſcriptis interfui, ſcripſi, & publicavi rogatus.

IN Nomine Domini Amen. Anno ejusdem Nativitatis milleſimo trecenteſimo XVIII. Indictione prima tempore Domini Johannis Pape XXII. die vero prima Menſis Julii in logia Epiſcopalis Palatii Caſtellani. Preſentibus Stephano Silvo, dicto petenelo, Sancte Marie Jubanico de Venetiis, Cappono de Captaneis de Tronco Domicello Ven. Patris Domini Jacobi Epiſcopi Caſtellani, & Fr. Johanne de Tragurio Ordinis Predicatorum ſocio Domini Fr. Octoneli Epiſcopi Clugienſis & aliis teſtibus rogatis. Conſtituta in preſentia Rev. Viri Domini Accurſii Prepoſiti Piſtorienſis Vicarii Generalis dicti Domini Jacobi Epiſcopi Caſtellani provida & honeſta Domina D. Jacobina dicta Scorpion fundatrix & Patrona Monaſterii Sanctorum Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Venetiis Caſtellane Dioceſis denuo per eam fundati & nondum actualiter collegiati Chriſti nomine & eorumdem Apoſtoli & Virginis Patrocinio invocatis ad laudem & honorem ipſorum elegit in preſentandam & electam preſentavit ipſi Domino Vicario in Abbatiſſam futuram dicti Monaſterii

rii religioſam Dominam D. Margaritam Triviſano monialem Monaſterii S. Laurencii de Aymanis Torcellane Dioceſis licet abſentem confirmandam & inſtituendam per dictum Dominum Epiſcopum Caſtellanum vel dictum Vicarium ejus vice in Abbatiſſam Monaſterii memorati; de quibus omnibus tam dicta patrona & fundatrix quam Dominus Vicarius mandaverunt fieri publicum inſtrumentum cui ſiquidem Domine Jacobine predictus Vicarius reſpondit, quod habito conſenſu dicte Dom. Margarite in Abbatiſſam electe ad proclamationem & edictum & alia per eum a curia Domini Epiſcopi Caſtellani ſuper hoc negotio facienda quantum de jure fuerit procedetur.

Eisdem anno Indictione & conſule, (*a*) die XXII. menſis Julii ſupradicti. Supradictus Ven. Pater Dominus Epiſcopus Caſtellanus ad inſtantiam infraſcripte Dom. Margarite Triviſano electe infraſcriptum edictum propoſuit & conceſſit, & cujus tenor talis eſt. Jacobus Dei gratia Epiſcopus Caſtellanus. Univerſis preſentes litteras inſpecturis quos infraſcriptum tangit negotium vel quorum poteſt modo aliquo intereſſe ſalutem in Domino. Cum religioſa mulier Domina Margarita Triviſano Monialis Monaſterii S. Laurentii de Aymanis Torcellane Dioceſis electa, & preſentata nobis in Abbatiſſa Monaſterii SS. Andree Apoſtoli, & Marte Virginis de Venetiis Caſtellane Dioceſis nuper auctoritate noſtra in monialium Monaſterium conſentiente fundatrice ipſi Monaſterio ordinati ellectioni ſeu preſentationi hujuſmodi de ſe factis prius canonice preſtito conſenſu petat a nobis tanquam loci ordinario electionem ſeu preſentationem hujuſmodi confirmari pariter & admitti. Nos nolentes ſibi contra doctrinam Apoſtoli repente manus imponere vos & veſtrum quemlibet tenore preſentium requirimus peremptorie & citamus quatenus ſiqui veſtrum ſunt qui ſua intereſſe credentes confirmationi ſeu admiſſioni predictis vellint opponere compareant in triduum legitime coram nobis propoſituri & allegaturi de jure ſuo & recepturi juſtitie complementum, alioquin non ad confirmationem quantum de jure fuerit vobis ex nunc non admiſſis neque citatis ulterius procedemus, has autem litteras quas regiſtrari fecimus per Presbyterum Marcum de Canareglo nuntium noſtrum juratum in dicto Monaſterio SS. Andree & Marthe nec non in parochiali Eccleſia loci ejusdem ad hoc ut nemo veſtrum de cetero ignorantiam in hiis pretendere valeat mandavimus ſolemniter publicari cujus relationi ſuper hoc dedimus plenam fidem. Datum apud Caſtellum ſub anno D. MCCCXVIII. Indictione I. die vero XXII. Menſis Julii die vigeſimo quarto dicti menſis Julii reddiens ſupradictus Presbyter Marcus Nuntius juratus dicti Domini Epiſcopi, ut prefertur ſuo juramento retulit dicto Domino Epiſcopo ſe heri de mane & vigeſima tertia die menſis hujus legiſſe & publicaſſe predictum edictum ſeu proclamationem in dicta Eccleſia SS. Andree & Marthe, & in Eccleſia Parochiali ejusdem loci ſcilicet S. Nicolai de Mendigolis ſive de Dorſoduro preſentibus Plebano & Clericis dicte Eccleſie S. Nicolai, & aliorum multorum de illa contrata tam marium quam mulierum & alia omnia feciſſe ſecundum formam commiſſionis predicte & contente in littera dicte proclamationis ſive edicti.

Ego Philippus Stagni de Monte Martano Clericus Spoletane Dioceſis publicus imperialis auctoritate Not. electionem, preſentationem edictum & relationem & omnia alia ſupraſcripta quibus ut ſupra legitur geſtis & actis una cum teſtibus ſupradictis ſingulariter annotatis interſui ſcripſi & publicavi rogatus.

Ca-

(*a*) Statutum erat apud Romanos, ut Inſtrumenta in publicas tabulas redacta, die & conſule notarentur. Huic legi alluditur in hoc inſtrumento dum dicitur actum eſſe eodem die & Conſule &c.

Digitized by Google

Capitulum S. Nicolai conſentit, ut pacta pro erectione Hoſpitalis SS. Andreæ & Marthæ conſerventur, & ſubſiſtant etiam pro Monaſterio Monialium ibidem ædificando.

F

1318. 25. Octobris.

Ex Archivo Monaſterii S. Marthæ.

IN eterni Dei nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo decimo octavo Indictione 1. die vigeſima quinta menſis Octobris. In logia Epiſcopalis palatii Caſtellani. Preſentibus Presbyteris Marco S. Vitalis, Petro S. Marie Matris Domini, & Marco S. Jeremie de Canareglo teſtibus de hiis rogatis. Conſtitutis coram Rev. viro D. Accurſio de Maſſa prepoſito Piſtorienſi Vicario in ſpiritualibus & temporalibus generali Ven. Patris D. Jacobi Dei gratia Epiſcopi Caſtellani providis & diſcretis viris Domino Presb. Andrea Mudatio Plebano, Guidone Berengo ſeniore, Johanne Faletro, & Jacobo Blanco presbyteris, & Guidone Berengo juniore diacono, & Victore dicto Stephano Berengo Subdiacono Eccleſie S. Nicolai de Mendigolis de Venetiis Caſtellane dioceſis, qui faciunt ſeu conſtituunt totum capitulum ſeu duplo majorem partem capituli dicte eccleſie ex parte una; & nobili viro Domino Philippo Salamone procuratore & procuratorio nomine D. Jacobine dicte Scorpion fundatricis Monaſterii SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Dorſoduro fundati infra parochia & in parochia dicte eccleſie S. Nicolai de Mendigolis ex parte altera; cum pro eo quod ſupradictus Ven. Pater D. Jacobus Epiſcopus Caſtellanus oratorium eccleſiam ſeu hoſpitale SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de dorſoduro dudum ad dicte fundatricis inſtantiam erexerat in monaſterium monialium, predictorum Plebani & capituli non requiſito neque obtento conſenſu, diutius fuiſſet inter dictas partes coram dicto Domino Epiſcopo & Vicario litigatum ipſis Plebano & capitulo dicentibus oratorium eccleſiam ſeu hoſpitale predictum non potuiſſe neque debuiſſe per eumdem Dominum Epiſcopum ipſis invitis collegiatum fieri, vel in Monaſterium Monialium erigi, ipſorum non requiſito & obtento conſenſu, & aſſentientibus id in grave dictorum plebani & capituli & eorum parochialis Eccleſie redundare & dicto D. Philippo Salamone procuratore & procuratorio nomine predicto in contrarium reſpondente, quod predictum oratorium eccleſia & hoſpitale, que vel quod dudum per dictum Vicarium de conſenſu eorumdem Plebani & capituli fuerat dedicata ſeu etiam dedicatum ſatis poterat & potuerat ad dicte fundatricis inſtantiam in monaſterium monialium erigi eorumdem Plebani & capituli fuerat vel eorum eccleſie nullum aſſerebat propter hoc prejudicium generari alio denuo minime requiſito vel obtempto conſenſu. Tandem partes ipſe coram dicto Vicario ad talem concordiam devenerunt; videlicet, quod omnia pacta & conventiones dudum inter dictam fundatricem & predictum capitulum dum per dictum Vicarium predictus locus in oratorium eccleſiam ſeu hoſpitale dedicarent & inſtituerent inita ſeu inite ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo quintodecimo Indictione XIII. die Jovis ſexto menſis Martii ſcripta ſeu ſcripte per Bonifacium de Mercatonovo Imperiali auctoritate notarium & Epiſcopalis Curie Caſtellane Scribam ſtipulata hinc inde conventa & permiſſa in oratorio eccleſia & hoſpitali ſervari de cetero in ipſo loco nunc in monaſterium monialium erecto hinc in-

de ſerventur, prout jacent & debeant perpetuis futuris temporibus inviolabiliter ab utraque dictarum partium obſervari; ſub pena & ad penam dicto pactorum contractui annotatam. Et ſtatim dictis pactis taliter confirmatis iidem Plebanus clerici & capitulum nomine ſuo & ſucceſſorum ſuorum & dicte eccleſie S. Nicolai confirmaverunt, emogolaverunt, ratum habuerunt, & approbaverunt, quod predictus Dominus Epiſcopus eis irrequiſitis fecerat de erigendo & ordinando dictum oratorium eccleſiam ſeu hoſpitale in monaſterium monialium, ut ſuperius eſt expreſſum. Quibus ſic peractis ſupradictus Dominus Vicarius ſupradictis omnibus & ſingulis ad dictarum partium inſtantiam ſuam ſeu dicti Domini epiſcopi auctoritatem interpoſuit & decretum.

Ego Johannes filius Marci de Caſimajori diſtrictus Bonon. Imperiali auritate Judex ordinarius, atque Not. & nunc publicus officialis & Scriba Epiſcopalis Palatii & Curie Caſtell. ſupraſcripta omnia & ſingula, ut in actis & regiſtris dicte curie Caſtell. ſcriptis per D. Philippum de Montemartano, tunc prefati Domini Epiſcopi Caſtell. Notarium & Cancell. inveni, ita hic de ipſius Domini Epiſcopi Caſtell. auctoritate & mandato fideliter ac legaliter tranſcripſi & rogatus in hanc publicam formam redegi.

Dominicus Patriarcha Gradenſis lata ſententia eximit Monaſterium S. Marthæ ab omni ſubjectione Eccleſiæ Parochialis S. Nicolai de Mendicolis.

G — 1328. 24. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Marthæ de Venetiis.

IN Chriſti nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo vigeſimo octavo Indictione undecima die Jovis vigeſimo quarto intrante menſis Martii Venetiis in Patriarchali Palatio poſt nonam & ante completorium. Preſentibus Rev. Viris D. Jacobo Detho Plebano Eccleſiæ S. Lucie de Venetiis Vicario Gradenſi, D. Armano de Agazotis de Ferraria juris perito, Romano Speciale de contrata S. Bartholomei de Venetiis, Presb. Laurentio S. Canciani de Venetiis, Magiſtro Johanne Barberio de contrata S. Thome de Venetiis, & Demelde q. Johannis de Piſtoia, & aliis multis teſtibus ad hec vocatis & rogatis. Cum diſcreti Viri Presb. Jacobus Blanco Eccleſie S. Nicolai de Mendicolis Dieceſis Caſtellane tam nomine ſuo proprio, quam ſyndicario & procuratorio nomine dominorum Andree Mudacio Plebani, Stephani Berengo, Dominici Gaſſaro presbyterorum, & Donati Faletro Diaconi omnium de capitulo dicte Eccleſie S. Nicolai predicti, & nomine & vice dicti capituli & Eccleſiæ ſupradicte ex una parte, & Magiſter Naſcimben q. Omneboni de Padua nunc de contrata S. Petri de Caſtello de Venetiis ſyndico & procuratore ſyndicario & procuratorio nomine religioſe & honeſte D. Sororis Margarite Triviſano Dei gratia Abbatiſſe Monaſterii Sanctorum Andree Apoſtoli & Marthe Virginis dieceſis predicte, ac Sororum Lucie Prioriſſe, Donate Trinto, Pacis, Margarite Triviſano, Cecilie Catherine de Buora, Sydiane, Marie Buono, Urſule Bono, Marine, Margarite Longa, Franciſce, Agnetis, Chaterine Balbe, Nicolete de Medio, Margarite Baleſtre, Monialium dicti

Mo-

Monaſterii SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis ſituati in dicta Parochia S. Nicolai predicti, que ſunt ultra duas partes, & que faciunt & conſtituunt capitulum ipſius Monaſterii ex altera ut de dictis inſtrumentis Syndicationis & procurationis conſtat publicis documentis, compromiſiſſent ſe dictis nominibus, quibus ſupra, in Nos divina miſeratione Dominicum Patriarcham Gradenſem Venet. Dalmacieque Primatem, tam in ſuum & illorum quorum erant Syndici & procuratores judicem arbitrum arbitratorem amicabilem compoſitorem & communem amicum de omnibus & ſingulis queſtionibus vertentibus inter eos & verſe fuerunt tam in curia Caſtellana, quam in noſtra Curia Gradenſi ſeu verti poſſent inter partes predictas, tam occaſione cujusdam appellacionis interpoſite per ipſam D. Margaritam Triviſano Abbatiſſam Monialium capituli & conventus dicti Monaſterii S. Marthe, ſeu earum nomine ad noſtram Sedem Gradenſem, a quibusdam proceſſibus & gravaminibus eis illatis & factis per Rev. Virum D. Melgium Vicarium Caſtellanum ſeu aliquem alium ab eo deputatum, quam etiam quorumdam pactorum factorum & initorum convencionum & obligacionum inter predictos Plebanum presbyteros & capitulum ac eccleſiam S. Nicolai predicti ex una parte, & predictas Abbatiſſam Moniales capitulum & conventus SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis ex altera, ſeu verti poſſent in futurum aliqua de cauſa tacita vel expreſſa tam de jure quam de facto ſecundum formam & modum cujusdam compromiſſi carte, cujus tenor per omnia talis eſt.

In Chriſti nomine Amen. Anno a Nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo vigeſimo octavo Indictione undecima die primo menſis Martii Venetiis in Patriarchali Palacio poſt nonam & ante Veſperas Preſentibus Rev. Viris Dominis Jacobo Detho Plebano eccleſie S. Lucie de Venetiis Vicario Gradenſi, Thoma da la Fontana Plebano S. Raphaelis de Veneciis, Armano de Agazotis de Ferraria juris utriusque perito, & Presb. Paulo de Piſtoria capellano infraſcripti Domini Patriarche & aliis teſtibus ad hoc vocatis & rogatis. Coram Rev. in Chriſto Patre & D. D. Dominico miſeracione divina Sancte Gradenſis Eccleſie Patriarcha Veneciarum Dalmacieque Primate comparentibus & conſtitutis Magiſtro Naſcimbene q. Omneboni de Padua, nunc de confinio S. Petri de Caſtello de Venetiis, ſyndico & procuratore ſyndicario & procuratorio nomine religioſarum Dominarum Sororum Margarite Triviſano Dei gratia Abbatiſſe Monaſterii SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Venetiis Dioceſis Caſtellane, Sororis Lucie Prioriſſe, Sororis Donate Trinto, Sororis Pacis, Sororis Marine Triviſano, Sororis Cecilie, Sororis Chaterine de Buora, Sororis Sydiane, Sororis Marie Buono, Sororis Urſule Bono, Sororis Marine, Sororis Margarite Longa, Sororis Franciſce, Sororis Agnetis, Sororis Catherine Balbi, Sororis Nicolete de Medio, Sororis Malgarite Baleſtrer omnium monialium predicti monaſterii SS. Andree & Marthe capituli & conventus dicti monaſterii ex una parte, & Presb. Jacobo Blanco Eccleſie S. Nicolai de Mendigolis dicte Dioceſis tam nomine ſuo proprio, quam ſindicario & procuratorio nomine diſcretorum virorum Dominorum Andree Mudazo Plebani, Stephani Berengo, Dominici Gaſſaro Presbyterorum, & Donati Faletro Diaconi omnium de capitulo dicte eccleſie S. Nicolai de Mendigolis & Capituli eccleſie predicte ex altera, prout dictorum ſindicatus & procuracionis conſtat publicis & autenticis documentis, quorum unum ſcriptum eſt manu mei Notarii infraſcripti hoc eodem anno & indictione ſupraſcriptis die vigeſimo quarto menſis Februarii. Aliud ſcriptum eſt manu Demeldi q. Johannis de Piſtoria Imperiali auctoritate Judex ordinarius & Notarius publicus eodem anno & Indictione ſupraſcriptis die vigeſimo quarto menſis Februarii. Predicti Sindici & procuratores nominibus quibus ſupra conſiderantes,

tes, quod lites ſunt immortales & huc usque inter partes predictas queſtiones & altercationes multe fuerint ventillate tam in Curia Caſtellana, quam in curia Gradenſi, & timentes adhuc verti poſſent in futurum occaſione quorumdam pactorum convencionum & obligacionum factorum & initorum inter predictos Dominos Andream Mudazo Plebanum, Presbyteros, Clericos & capitulum eccleſie S. Nicolai de Mendigolis ex una parte, & q. D. Jacobinam Scorpion patronam & fundatricem Monaſterii SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis, ſeu religioſam Dominam Sororem Margaritam Triviſano Abbatiſſam Moniales & Capitulum & Conventus dicti loci SS. Andree Apoſtoli & Marthe prediſte ex altera, ut de ipſis pactis convencionibus & obligacionibus conſtat publicis documentis & quacunque alia de cauſa verti poſſent inter partes predictas pro bono pacis & omni ſcandalo evitando de propria & ſpontanea voluntate de communi concordia & aſſenſu Syndicario & procuratorio nomine quibus ſupra compromiſerunt ſe de jure & de facto in predictum Ven. Patrem D. Dominicum Patriarcham predictum de omnibus & ſingulis queſtionibus ut ſupra occaſione dictorum pactorum convencionum & obligacionum ac de omnibus aliis quibuscumque queſtionibus propter quod aliquod ſcandalum ſeu queſtio poſſet de cetero inter partes predictas oriri tanquam in ſuum judicem arbitrum arbitratorem, laudatorem & amicabilem compoſitorem, ſeu etiam diffinitorem tam de jure quam de facto dantes predicti Syndici & procuratores nominibus quibus ſupra predicto judici arbitro arbitratori & amicabili compoſitori electo per ipſas partes plenam & liberam poteſtatem ſententiandi, laudandi & amicabiliter componendi inter partes predictas de omnibus & ſingulis queſtionibus, ut ſupra dictum eſt videlicet die ferriato & non ferriato ſedendo & recte ſtando ſeu per viam ambulando qualibet hora loco & tempore cum ſcripturis & ſine ſcripturis citatis partibus & non citatis requiſitis & requiſitis preſentibus & abſentibus una parte citata, altera non citata, una parte requiſita, altera non requiſita, una parte preſente, altera abſente, partium rationibus viſis & non viſis auditis & non auditis racionibus unius partis viſis & auditis & racionibus alterius partis non viſis, & non auditis cum teſtibus & ſine teſtibus juris ordine ſervato & non ſervato ſemel & pluries a modo usque ad Dominicam palmarum proxime venturam quod ſi infra dictum terminum predictus D. Patriarcha arbiter predictus ſententiam non tulerit inter partes predictas remaneant & remanere debeant ipſe partes in primo ſtatu quo erant ante compromiſſum factum. Promittentes predicti Sindici & procuratores ſyndicario & procuratorio nomine quibus ſupra ſtare parere & obedire omni ſententie laudo arbitrio diffinitioni ſeu amicabili compoſitioni quod & quam ſeu quas ipſe Dominus judex arbiter dixerit ſententiaverit laudaverit & arbitratus fuerit ſeu amicabiliter compoſuerit inter partes predictas & non contrafacere vel venire nec per ſe nec per alios aliqua ratione vel forma de jure vel de facto ſub pena & in pena libr. denariorum Venetorum quingentarum. Que pena deveniat in parte obſervantem & obſervare volentem & eorum ſucceſſorum & tociens exigi poſſit dicta pena a parte contrafaciente & non obſervante quociens contrafactum fuerit & pena ſoluta vel non nichilominus hec compromiſſi carta cum ſuis ſententiis diffinitionibus & amicabilibus compoſitionibus in ſuo robore perſeveret. Quo compromiſſo ſic facto per ipſas partes & ſtipulato idem Vener. Pater ipſum compromiſſum acceptavit & approbavit in ſe expreſſe retinendo ordinariam poteſtatem & jurisdictionem quam habet in cauſa & partibus ſupradictis. Ego Nicolaus de Ripa filius q. D. Jacobi de Ripa de Venetiis imperiali auctoritate notarius & Gradenſis Curie ſcriba predictis omnibus interfui & ea rogatus ſcribere ſcripſi & in hanc formam publi-

Digitized by Google

blicam redegi meoque ſigno conſueto ſignavi. Nos vero Dominicus Patriarcha Judex arbiter predictus in quo extitit factum compromiſſum pro bono pacis honeſtatis & tranquilitatis & ut omnis materia ſcandali tollatur & vivant partes predicte in pace & tranquilitate ſupraſcriptum compromiſſum duximus acceptandum judiciaria poteſtate nobis ſervata ſeu retenta facientes ad nos vocari pluries & pluries partes ſupraſcriptas ac ipſas audivimus & intelleximus ea omnia que coram nobis dicere proponere & allegare voluerunt ac moſtrare de racionibus ſuis tam oretenus quam in ſcriptis. Unde viſis auditis & diligenter intellectis allegacionibus, peticionibus, reſponſionibus, oppoſitionibus, teſtibus, & eorum atteſtationibus inſtrumentis juribus & racionibus utriusque partis & ſuper hiis omnibus delibe ratione prehabita, & conſilio diligenti ſtatutoque termino ipſis partibus ad hodiernam diem & horam ad hanc noſtram ſententiam diffinitivam audiendam volentes formam compromiſſi in Nos facti conſequi, ut debemus & ut partes predicte reducantur ad pacem & concordiam & Deo ſerviant mundo corde. Chriſti Nomine invocato per ſententiam laudum & arbitrium per juſticiam ex vigore compromiſſi predicti & auctoritate noſtre juriſdictionis ordinarie primo & ante omnia pronunciamus & ſententiamus per ipſam Abbatiſſam Moniales capitulum & Conventus Monaſterii predicti SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis & eorum Syndicum a proceſſibus & gravaminibus eis illatis & factis per dictum D. Vicarium, & ad Nos & Sedem noſtram appellatum in cauſa & negotio ſupraſcripto juriſdictionem legitime devolutam nosque in hiis eſſe judicem competentem ipſosque proceſſus & gravamina revocamus dicimusque amicabiliter componendo inter partes predictas diſiniendo & determinando ſententiamus quod predicte D. Margarita Abbatiſſa Moniales capitulum & Conventus SS. Andree & Marthe Virginis & earum ſuccedentes abſolute ſint & eas abſolvimus & liberamus ab omnibus juribus pactis convencionibus & obligacionibus factis & initis tam per quondam D. Jacobinam Scorpion olim fundatricem dicti loci S. Marthe quam per ipſam D. Sororem Margaritam Triviſano Abbatiſſam moniales capitulum & conventus, quam per D. Philippum Salomonem dicti loci patronum, ſeu per quemcumque alium ſyndicum in earumdem Abbatiſſe & monialium cum D. Andrea Mudacio Plebano presbyteris clericis & capitulo eccleſie predicte S. Nicolai, que quidem omnia inſtrumenta pacta convenciones & obligaciones caſſamus & annullamus, ac ſi unquam facta eſſent inter partes predictas, nec ulterius ipſi plebanus clerici & capitulum predicte eccleſie S. Nicolai, aut eorum ſucceſſores ex vigore dictorum pactorum inſtrumentorum obligacionum & convencionum ſeu quacumque alia racione vel cauſa aliquid petere vel exigere poſſint aut valleant a predictis Abbatiſſa monialibus & conventu S. Marthæ & earum ſuccedentibus, aut dicant ſeu dicere valleant vel poſſint aliquod jus eis competere occaſione dictorum pactorum convencionum & obligacionum factorum & initorum inter ſupradictas partes vel quacunque alia racione vel cauſa tacita vel expreſſa. Nec eisdem Plebano Presbyteris Clericis & capitulo & aliis qui per tempora erunt in dicta eccleſia S. Nicolai volumus occaſione dictorum pactorum convencionum & obligacionum dictas Abbatiſſam moniales capitulum & conventus & earum ſuccedentes perpetuis temporibus in aliquo reſpondere & volumus, quod poſſint ibidem ipſe D. Abbatiſſa & moniales mortuas ſepellire ſeu ſepelliri facere tociens quotiens voluerit ad earum beneplacitum voluntatem dictisque Plebano presbyteris clericis & capitulo S. Nicolai cum eorum ſucceſſoribus ad petendum de cetero ab ipſis Abbatiſſa monialibus & capitulo & conventu aliquid occaſione dictorum pactorum ſeu cujuscumque alterius racionis vel cauſe ut ſupradictum eſt ſeu ipſas moleſtando in aliquibus de predictis

dictis perpetuum ſilentium inponentes. Atque ipſam Abbatiſſam moniales & capitulum & conventus & earum ſuccedentes a predictis pactis convencionibus & obligacionibus abſolvimus & in ſua libertate eſſe volumus & declaramus, ac ſi de Parochia S. Nicolai non eſſent, ſed penitus ordinarii loci quolibet jure ſalvo Set racione tanti beneficii exemptionis libertatis & gratie eis impenſe, conſiderantes etiam quod occaſione litium, que huc uſque fuerunt inter partes predictas, eccleſia S. Nicolai eſt gravibus debitis onerata, & non modicum dampnum & expenſe & intereſſe ſubſtinuerunt predicti Plebanus & presbyteri dicta de cauſa in recompenſationem predictorum dampnorum cenſuum debitorum & intereſſe ipſorum condempnamus predictas Abbatiſſam moniales capitulum & conventum dicti Monaſterii SS. Andree & Marthe Virginis & earum ſyndicum & procuratorem ſupradictum in libr. denar. Venet. ad parvos ducentas & quinquaginta, de quibus volumus & mandamus ſtatim vel infra biduum per ipſam Abbatiſſam moniales capitulum & conventus dari & ſolvi dictis Plebano Presbyteris & capitulo vel eorum procuratore & ſindico libr. quinquaginta ad parvos, ut redimatur ipſius eccleſie theſaurus ob hoc pignori obligacione, quibus ſolutis mandamus & volumus per nos vel auctoritate noſtra dictas Abbatiſſam moniales abſolvi ad cautellam & abſolutas denunciari ab omnibus excommunicationibus, quas ad hoc incurriſſent: Reſiduum vero dicte pecunie, videlicet libr. denar. Venet. ducentas ad parvos mandamus & precipimus dari & ſolvi per dictam Abbatiſſam Moniales & Capitulum, & Conventus vel per aliquem alium nomine earum infra tres menſes Diſcreto Viro D. Thome de la fontana Plebano S. Raphaelis, vel D. Marco Longo Presb. S. Thome, quas volumus in utilitatem perpetuam dictorum Plebani Presbyterorum & capituli ejusdem eccleſie & eorum ſucceſſorum inveſtiri & converti ſicut inter ipſos dividitur proventus decimarum ſeu poni in aliqua poſſeſſione vel per alium modum licitum, prout nobis ſeu noſtro Vicario aut ſucceſſori noſtro melius & utilius videbitur faciendum. Que omnia & ſingula ſuprascripta mandamus a partibus ipſis inviolabiliter obſervari & adimpleri & in nullo contrafacere vel venire aliqua racione vel cauſa de jure vel de facto ſub pena & in pena in compromiſſo appoſito emendandam & ſolvendam a parte non obſervante & non obediente ſeu contrafaciente parti obſervanti & non contrafacienti ſeu obedire volenti; & pena ſoluta vel non nichilominus omnia & ſingula in ſuo robore perſeverent. Servata nobis ordinaria poteſtate contra inobedientes & obſervari recuſantes, que in preſenti noſtra ſententia continentur eos puniendi, & alias in predictis omnibus & ſingulis & circa ea ſi expediens fuerit prout & in quantum licuerit procedendum ſecundum canonica & legaria inſtituta. Committentes D. Jacobo Detho Vicario noſtro preſenti ibidem, quod nomine noſtro accedat ad locum SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis & noſtra auctoritate abſolvat predictas Abbatiſſam & Moniales dicti loci ad cautelam ab omnibus ſententiis excommunicationis quas incurriſſent & proceſſibus circa eas factis & publicatis tam per Vicarium Caſtellanum quam per aliquem alium ejus auctoritate. In cujus rei teſtimonium & fidem pleniorem idem D. Patriarcha ſuum mandavit huic ſententie arbitrali ſigillum apponi.

Ego Nicolaus de Ripa filius q. D. Jacobi de Ripa de Venetiis Imperiali auctoritate Notarius & Gradenſis curie Scriba predictis omnibus interfui & ea rogatus ſcripſi & in publicam formam redegi meoque ſolito ſigno ſignavi.

Petrus

Petrus de Bugella Vicarius Gener. Andreæ Patriarchæ Gradenſis Judex Compromiſſarius confirmat ſententiam Vicarii Caſtellani, qua ſtatuitur Moniales S. Marthæ non teneri niſi ad oblationem annuam unius roſæ ſericæ, & petendum aſſenſum in electione novæ Abbatiſſæ a N. V. Philippo Salomonio pro jure patronatus ipſius Monaſterii S. Marthæ.

H

1339. 7. Octobris.

Ex Archivo S. Marthæ de Venetiis.

IN Chriſti nomine Amen. Anno à nativitate ejuſdem milleſſimo trecenteſimo trigeſimo nono Indictione VII. die Jovis ſeptimo menſis octobris tempore domini Noſtri Domini Benedicti Pape XII. Pontificatus ipſius anno quinto Venetiis in Patriarchali Gradenſi palatio preſentibus diſcreto viro Domino Presb. Jacobo Provinciali Canonico & Archipresbytero Torcellano, Marco Diacono S. Canciani de Venetiis Caſtellane Dioceſis & aliis teſtibus. Comparuerunt coram Ven. Viro D. Petro de Bugella Rectore Eccleſiæ S. Marie de moxo Vercellenſis Dioceſis Vicario Generali Reverendiſs. in Chriſto Patris D. D. Andreæ miſeratione divina Sancte Gradenſis Eccleſie Patriarchæ Veneciarum Dalmatieque Primatis diſcretus vir Ser Dianus q. Diani de Lendenaria nunc habitator Venetiarum procurator & procuratorio nomine Nobilis Viri D. Phylippi filii q. D. Johannis Salomonis de Venetiis contrate S. Marie Formoſe, nec non ſapiens & diſcretus Vir D. Johannes de Manteghellis de Bononia, ac habitator Venetiarum contrate S. Moyſis ſindicus & procurator ſindicario & procuratorio nomine religioſe & honeſte D. Sororis Margharitæ Trivixano Dei gratia Abbatiſſæ Monialium conventus & capituli Monaſterii Sanctorum Andreæ Apoſtoli & Marthæ Virginis de Venetiis predicte Caſtellane Dioceſis & primo ad faciendum fidem mandatorum ſuorum duo inſtrumenta publica videlicet, Ser Dianus predictus inſtrumentum procurationis ipſius, & dictus D. Johannes inſtrumentum ſindicatus & procurationis ejuſdem. Item ſimul ambo inſtrumentum compromiſſi cujuſdam facti in D. Patriarcham, ejuſque Vicarium ſupradictos per dictum D. Phylippum ex parte una, & Dom. Johannem predictum ſyndicatus & procuratorio nomine predicto ex altera produxerunt dicens aſſerens D. Johannes predictus D. Abbatiſſam & Moniales predictas pro compromiſſo hujuſmodi faciendo a Rev. in Chriſto Patre D. Nicholao Dei gratia Epiſcopo Caſtellano obtinuiſſe licentiam, & de ipſa licentia conſtare per publicum inſtrumentum coram dicto D. Vicario etiam per eumdem D. Joannem productum, cujus inſtrumenti & aliorum omnium predictorum tenores ſeriatim in hiis formis ſecuntur. In Chriſti nomine Amen. Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo trecenteſimo trigeſimo octavo Indictione ſexta die Sabbati octavo Auguſti Venetiis in Patriarchali Gradenſi Palatio. Preſentibus D. Johanne de Manteghellis de Bononia, nunc habitatore Venetiarum, Nicholeto Diacono S. Silveſtri, Guidone clerico ejuſdem eccleſiæ, & nuncio Patriarchalis Curie Gradenſis, & aliis teſtibus. Nobilis Vir D. Phylippus Salamon Civis Venetiarum fecit, conſtituit, & ordinavit ſ. Dianum q. Diani de Lendenara preſentem & mandatum ſponte ſuſcipientem ſuum verum legiptimum procuratorem, & nuncium ſpecialem in cauſa & queſtione, quam ha-

habet & habiturus eſt cum religioſa & honeſta D. Sorore Margarita Trivixana Abbatiſſa, Monialibus, Conventu, & capitulo Monaſterii Sanctorum Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Venetiis Caſtellane Dioceſis, ſeu cum quacunque alia perſona legiptime interveniente pro ipſis & earum nomine ad agendum, defendendum, libellum dandum, & recipiendum, litem conteſtandum, de calumpnia & veritate dicenda, jurandum & quodlibet aliud genus giuramenti preſtandum, querelandum, poſitionibus reſpondendum, teſtes inſtrumenta, & jura ſua quecumque producendum & adverſe partis teſtes jurare & publicari videndum & reprobandum, crimina & defectus opponendum, ſuſpectos & confidentes dandum, judices & notarios eligendum, & recuſandum, denunciandum & proteſtandum, ſententias audiendum, appellandum, Apoſtolos petendum, & appellationes proſequendum, procuratorem unum & plures loco ſui ſubſtituendum, & revocandum & generaliter ad omnia alia & ſingula faciendum, & exercendum que in dicta cauſa fuerint utilia, & opportuna, & que ipſe conſtituens facere poſſet, ſi perſonaliter deeſſet, etiam ſi alia forent, que mandatum exigerent ſpeciale, dans & concedens dicto procuratori, & ſubſtituendis ab ipſo plenum liberum & generale mandatum cum libera adminiſtratione. Promittens mihi Notario, ut publice perſone recipienti & ſtipulanti, vice & nomine predicte D. Abbatiſſe Monialium & Conventus Monaſterii predicti ratum, gratum, & firmum perpetuo habiturum quidquid per jamdictum procuratorem, & ſubſtituendos ab ipſo in dicta cauſa factum fuerit, ſive geſtum & de judicio ſiſti, & judicio ſolvendo in omnibus clauſulis opportunis ſub ypotecha & obligatione omnium ſuorum bonorum, & ego Petrus q. Auliverii de Canizano Civis Terviſinus Imperiali auctoritate Notarius publicus omnibus predictis interfui & rogatus ſcripſi. In Chriſti nomine Amen Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo trigeſimo nono Indictione ſeptima die penultimo Septembris Ven. D. Soror Margarita Triviſana Dei gratia Abbatiſſa Monaſterii SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Venetiis Caſtellane Dioceſis ac infraſcripte D. Sorores & Monache dicti Monaſterii S. Marthe, videlicet Margarita, Franciſca de cha Serafino, Agnes Mallinto, Chaterina Balbi, Nicholeta da cha Mezo, Margarita Baleſtrera, Thomaxina de Soave, Maria Bredani, Zaneta Bredâni, Lucia Prioreſſa, Pax Marina q. D. Philippi, Cicilia de Sancto Caſſiano, Caterina de cha Bora, Sidiana da cha Agati, Maria da cha Bono, Agnes de cha Blanco, Agnes Petrarcha, Maffea da cha Zuliano, Cicilia da cha Saparino, Agnes da cha Balbi, Maria da cha Adalenda, que omnes conſtituunt & faciunt totum capitulum & conventum dicti Monaſterii congregate de mandato dicte D. Abbatiſſe ad ſonum campanelle in capitulo dicti Monaſterii, ut eſt moris in dicto Monaſterio primo diligenti & matura deliberatione prehabita ad omnia & ſingula infraſcripta conſtituenda & ordinanda ipſarum nemine diſcrepantè fecerunt & conſtituerunt ſuos ſindicos & procuratores actores & nuncios ſpeciales D. Johannem de Manteghellis a Bononia juris peritum, & ſ. Caninum Barberium de contrata S. Thome Venetiarum, licet abſentes & quemlibet eorum in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod unus inceperit, alius poſſit proſequi & finire, ad compromittendum earum nomine & cujuslibet ipſarum & nomine capituli conventus & Monaſterii predictorum in Ven. in Chriſto patrem D. Andream Dei gratia Patriarcham Gradenſem, & in Rev. Virum D. Petrum de Bugello Rectorem Eccleſie S. Marie de Moxo Vercellenſis Dioceſis dicti D. Patriarche in ſpiritualibus temporalibus Vicarium generalem, & quamlibet eorum inſolidum tanquam in eorum arbitros arbitratores & amicabiles compoſitores de omnibus queſtionibus & controverſiis vertentibus jamdiu agitatis ſuper

jure

Digitized by Google

jure patronatus ipſius Monaſterii & eccleſie Sanctorum Andree & Marthe inter nobilem virum D. Philippum filium q. nobilis Viri D. Johannis Salomonis contrate S. Marie Formoſe de Venetiis, aſſerentem ſe patronum dictorum Eccleſie Monaſterii & conventus, & prefatas D. Abbatiſſam & moniales earum & predictorum Eccleſie monaſterii & conventus nomine... D. Philippum eſſe patronum negantes, & de omnibus & ſingulis contingentibus dictam cauſam connexis & dependentibus ab eadem, & ſuper quibuscumque expenſis factis ab ipſis Dominabus occaſione dicte litis & queſtionis & ad faciendum hujusmodi compromiſſum in predictos D. Patriarcham & ejus Vicarium vel alterum earum ſuper premiſſis & quolibet eorumdem ita quod ipſi D. Patriarcha & Vicarius ejus vel alius eorum de plane ſummarie ſine ſtrepitu & figura judicii juris ordine ſervato vel non ſervato preſentibus partibus vel abſentibus diebus feriatis & non feriatis poſſint vel poſſit prout eis vel ei placuerit dictam litem & lites & connexa & dependentia ab eisdem inter partes predictas vel earum quamlibet audire examinare terminare & diffinire prout ipſis D. Patriarche & Vicario vel alteri ipſorum videbitur expedire, tam de jure quam de facto, & ad ratificandum & approbandum & ad vallandum compromiſſum quod per ipſos procuratores & Syndicos vel eorum alterum fieri contingerit, tam pecuniaria quam alia quavis pena & aliis quibuscunque promiſſionibus & obligationibus, & ad promittendum & conveniendum quod ipſe D. Abbatiſſa Moniales & conventus predicti & earum quelibet in ſolidum, vel dicti procuratores & Syndici vel alter eorum earum nomine acceptabunt & expreſſe ratificabunt & ratum habebunt arbitrium compoſitionem & ordinationem, & quidquid ſuper premiſſis & quolibet premiſſorum dicti D. Patriarcha & Vicarius ſeu alter eorum duxerint faciendum & ordinandum, & quod in omnibus premiſſis & initis parebunt cum effectu & ad obligandum predictum Monaſterium & conventum & ipſas Dominas & quamlibet earum principaliter & in ſolidum & omnia & ſingula earum bona preſentia & futura pro premiſſis omnibus & ſingulis obſervandis & ad jurandum in earum animas & ipſarum cujuslibet, que omnia & ſingula, que per predictos D. Patriarcham & Vicarium vel alterum eorum ordinata, arbitrata & pronunciata fuerint ſuper premiſſis vel aliquo premiſſorum perpetuo rata & firma habebunt & in nullo contrafacient vel venient, & quod ea ratificabunt, emologabunt, & expreſſe perpetuo obſervabunt, dantes eisdem Sindicis & procuratoribus & eorum cuilibet poteſtatem habendi negotium & cauſam coram dictis D. Patriarcha & Vicario vel eorum altero agendi, deffendendi, libellos dandi & recipiendi & replicandi, de calumpnia & veritate dicenda, & alterius cujuslibet generis juramentum in earum animas & cujuslibet ipſarum preſtandi inſtrumenta teſtes probaciones & jura quecunque producendi nec non ſententiam laudum & arbitrium audiendi & generaliter omnia & ſingula faciendi, que in premiſſis & quelibet premiſſorum fuerit opportuna, & que ipſe Domine earum & predictorum conventus & Monaſterii nomine facere poſſent etiam ſi mandatum exigerent ſpeciale. Promittentes mihi Notario recipienti & ſtipulanti vice & nomine omnium quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum ratum, gratum & firmum perpetuo habiture quidquid predictos earum ſindicos & procuratores vel eorum alterum actum promiſſum approbatum vel ratificatum fuerit in premiſſis vel aliquo premiſſorum ſub ypotecha obligacione omnium bonorum ſuorum ac capituli conventus & Monaſterii predictorum & volentes dictos earum ſindicos & procuratores & ipſorum quemlibet relevare ab omni onere ſatisdandi & judicatum ſolvendi cum omnibus clauſulis opportunis fidejuſſores pro eis & eorum quolibet extiterunt ſub ypotecha & obligacione predictis. Actum

Digitized by Google

Venetiis in Monaſterio & capitulo ſupradictis preſentibus Ven. Viro Domino Petro de Bugella Rectore eccleſie S. Marie de Moxo Vercellenſis Dioceſis Vicario predicto, Jacobo de Bononia domicello dicti D. Vicarii & Luca filio Daynexii Notar. & aliis teſtibus ad predicta vocatis ſpecialiter & rogatis. Ego Lanzalotus Petrocini de Ferraria judex ordinarius & publicus imperiali auctoritate Notarius predictis omnibus & ſingulis interfui ac rogatus a dictis Dominabus & qualibet earum ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo conſueto roboravi.

In Chriſti nomine Amen. Anno a nativitate ejusdem milleſimo trecenteſimo trigeſimo nono Indictione ſeptima die ſecundo menſis Octubris. Ut omnis materia queſtionum ſummarie amicabiliter & de plano inter partes celeriter valeat terminari: Nobilis Vir D. Phylippus filius q. Nobilis Viri D. Johannis Salomonis contrate S. Marie Formoſe de Venetiis Caſtellane Dioceſis ex una parte propterea aliquem ſuum procuratorem ..... & D. Johannes de Monteghellis de Bononia juris peritus Sindicus & procurator ſyndicario & procuratorio nomine Dominarum Margarite Trivixane Dei gratia Abbatiſſe monialium capituli & conventus Monaſterii Sanctorum Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Venetiis Caſtellane Dioceſis, prout de ſyndicatu & procuratione ipſius D. Johannis conſtat per publicum inſtrumentum ſcriptum manu mei Lanzaloti Notarii infraſcripti die penultimo menſis Septembris proxime preterito ex altera parte ſe compromiſerunt in Ven. in Chriſto Patrem D. Andream miſeratione divina Patriarcham Gradenſem & in Rev. Virum D. Petrum de Bugella Rectorem Eccleſie S. Marie de Moxo Vercellenſis Dioceſis dicti D. Patriarche in ſpiritualibus & temporalibus Vicarium generalem de omnibus queſtionibus litibus & controverſiis, quas inter ſe habuerunt & habent, & ſpecialiter ſuper queſtione & cauſa, que inter dictas partes fuit diutius agitata occaſione jurispatronatus honoris & preheminentie & honeſti aſſenſus preſtandi electionibus, que per tempora fierent de qualibet Abbatiſſa in dicto Monaſterio per dictum Dom. Phylippum & ſucceſſores ſuos & de omnibus ab eadem queſtione dependentibus & connexis ac ſuper omnibus expenſis factis in dicta lite per predictas partes quas D. Patriarcham ejus Vicarium & eorum quemlibet eligerunt in eorum arbitros arbitratores, laudatores & amicabiles compoſitores ita tamen, quod ipſi arbitri vel alter de eorum de plano ſine ſtrepitu & figura judicii ipſis partibus preſentibus & abſentibus vocatis & non vocatis diebus feriatis & non feriatis prout eis vel alteri ipſorum videbitur convenire & quod predictam queſtionem & dependentia ab eadem poſſint vel poſſit audire, examinare & diffinire, arbitrando, laudando, ordinando & componendo vel alio quocunque modo favendo tam de jure quam de facto ſervata vel non ſervata forma hujus compromiſſi & eidem forme etiam addendo vel minuendo prout ipſis Dominis arbitris vel eorum alteri placuerit & videbitur expedire. Promittentes mihi notario infraſcripto ſtipulanti vice & nomine omnium quorum intereſt vel intereſſe poterit tam dictus D. Phylippus ſuo & heredum ſuorum nomine quam ipſe D. Johannes nominibus ſupradictis ac etiam adinvicem convenerunt ſtipulantes quod acceptabunt & emologabunt ratum & firmum perpetuo habebunt quidquid per predictos arbitros vel alterum eorum arbitratum pronuntiatum & ordinatum fuerit ſuper premiſſa queſtione & expenſis & dependentibus ab eisdem tam de jure quam de facto perpetuis temporibus, que quidem facere & obſervare promiſerunt ſub pena quingentarum librarum denariorum Venetorum parvorum per partes ad invicem ſtipulata ſolempniter & premiſſa ſub obligatione omnium bonorum partium principalium predictarum & cujuslibet ipſarum, que quidem pena tociens committatur ſit commiſſa & exigi poſſit & de-

Digitized by Google

beat cum effectu per partem obſervantem a parte non obſervante quociens per aliquam partium predictarum fuerit contraventum vel aliqualiter contrafactum in aliquo eorum, que per predictos arbitros vel eorum alterum arbitrata, ordinata & pronunciata fuerint ſeu dicta ita quod pars inobediens parti obedienti dare & ſolvere predictam pecuniam ſeu penam & ad illam ſolvendam teneatur, & per quemcumque judicem poſſit compelli abſque peticione vel dacione libelli & exceptione aliqua non obſtante qua pena commiſſa exacta & ſoluta ſemel & pluries aut non ſoluta vel non exacta predicta omnia & ſingula per predictos arbitros vel alterum eorum arbitrata, laudata, emologata, ordinata, pronunciata tam de jure quam de facto in omni ſua ſemper inviolabiliter permaneant firmitate. Actum Venetiis in Patriarchali Gradenſi palatio preſentibus Ven. Viro D. Franciſco de Burſolis decretorum doctore canonico S. Marci de Venetiis, D. Nicholeto filio D. Benici Dalfini, Franciſco Quintaſoja, Auguſtino filio D. Bennicha Ghezo omnibus de Venetiis Caſtellanæ Dioceſis Proldiano de Lendenara nunc Venetiis commorante, Guidone Diacono Eccleſie S. Silveſtri dicti loci de Venetiis, & aliis teſtibus ad predicta vocatis ſpecialiter & rogatis.

Ego Lanzalotus Petrocini de Ferraria Judex ordinarius & publicus Imperiali auctoritate notarius predictis omnibus & ſingulis interſui ac rogatus ſcripſi & in hanc publicam formam redegi, ſignoque meo & nomine roboravi.

IN Chriſti nomine Amen. Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo trecenteſimo trigeſimo nono Indictione ſeptima die vigeſimo primo menſis Septembris Venetiis in Epiſcopali palatio Caſtellano in Anticamera infraſcripti Rev. Patris Preſentibus Ven. Viro D. Franciſco de Burſalis decretorum doctore prepoſito Ravennate, D. Gerardo de Baldachino de Tarviſio Presb. Bartholomeo S. Bartholomei de Rivoalto, Vinancio Subdiacono S. Felicis teſtibus rogatis & aliis. Cum nobilis vir Dom. Phylippus Salamono contrate S. Marie Formoſe de Venetiis aſſerens ſe patronum Monaſterii & loci S. Marthe de Venetiis moverit & ſecerit queſtionem D. Abbatiſſe & monialibus dicti Monaſterii capituli & conventus in curia caſtellana demum per viam appellationis in curia Gradenſi & ſuper queſtione ipſa jurispatronatus dependentibus & incidentibus ſit inter dictas partes diucius altercatum non ſine magno diſpendio partium predictarum volentium in preſenti, habito ſaniori conſilio, litibus ſupraſcriptis & aliis habitis inter partes per viam compromiſſi finem imponere, & intendat nunc ipſe D. Phylippus & ipſa D. Abbatiſſa cum monialibus ſuo capitulo & conventu ſeſe compromittere in Reverendiſs. Patrem & D. D. Andream Dei gratia Patriarcham Gradenſem, ſeu in Ven. Virum D. Petrum de Bugella ejus Vicarium ſuper queſtione ſeu queſtionibus ſupradictis, prout ad notitiam Rev. Patris & D.D. Nicholay Dei gratia Epiſcopi Caſtellani fide digna relatione pervenit humili ſupplicatione expoſita continente, quatenus ipſe dignarent compromittendi in predictos ſuper predictorum alterum licentiam impartiri, qui D. Epiſcopus cupiens pacem inter ſubditos concordiam ſaniorem, quod dicte partes ſuper predictis & aliis quibuscumque compromittere poſſint in dictum D. Patriarcham ſeu ejus Vicarium de jure tantum ſeu de jure & de facto in compromiſſo tantum, & terminos aſſignare ſub pena & penis arbitrium & laudum ferendum promittere, attendere & obſervare ſeſe obligare ad invicem & bona ſua & alia facere, que in talibus requiruntur, prout & ſicut eis placuerit dictis partibus ſimul & diviſim licentiam conceſſit per preſens publicum inſtrumentum. Ego Bonaventura de Frabaldis Imperiali auctoritate Notarius publicus, & Curie Caſtellane ſcriba ſupraſcriptis omnibus & ſingulis interſui rogatus ac de

Digitized by Google

mandato dicti D. Epiſcopi ſcripſi. Quibus inſtrumentis ſic productis per ſ. Dianum & D. Johannem predictos & per dictum D. Vicarium viſis & lectis ſ. Dianus & D. Johannes predicti nominibus quibus ſupra ab eodem Dom. Vicario petierunt inſtanter quod vigore compromiſſi predicti & auctoritate ipſius facti ut premittitur de licentia D. Epiſcopi Caſtellani predicti ad cognitionem deciſionem & determinationem predicte queſtionis & cauſe inter partes ſupraſcriptas vertentis & diutius ventilate ac omnium emergentium tangentium & dependentium ab eadem procederet, qui D. Vicarius hiis premiſſis dictorum ſ. Diani & D. Johannis annuens voluntati eisdem nominibus quibus ſupra terminum ad diem Sabati proximam aſſignavit ad inducendum & producendum omnia jura ſua & quidquid oſtendere & producere voluerint ad probationem jurium partium predictarum & ad allegandum interim coram eo & tunc partibus ad comparendum & procedendum coram eo in dicta cauſa qui ſ. Dianus procuratorio nomine predicto ad probationem ſui juris & partis ſue incontinenti produxit libellum ſeu petitionem ſuam & unum publicum inſtrumentum coram dicto D. Vicario & arbitro ſupradicto quorum libelli ſeu petitionis & inſtrumenti tenores in hiis formis ſecuntur Coram vobis Ven. Viro D. Petro de Bugella Rectore Eccleſie S. Marie de Moxo Vercellenſis Dioceſis Vicario Generali in ſpiritualibus, & temporalibus Rev. Patris D. Andree Sancte Gradenſis Eccleſie Patriarche Venetiarum Dalmacieque Primatis ac arbitro & arbitratore & amicabili compoſitore partium initarum dico & proprio ego Dianus de Lendenaria procurator & procuratorio nomine nobilis Viri D. Phylippi filii q. Nobilis viri D. Joannis Salamonis contrate S. Marie Formoſe de Venetiis Patroni Monaſterii SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Venetiis Caſtellane Dioceſis contra & adverſus religioſam D. D. Sororem Margaritam Abbatiſſam dicti Monaſterii Sorores Capitulum & conventum ejusdem ſeu ſ. Johannem de Monteghellis de Bononia Syndicum & procuratorem preditarum Dominarum Abbatiſſe monialium conventus & capituli Monaſterii predictorum qui dictus Dom. Phylippus tanquam verus patronus dicti Monaſterii fuit in poſſeſſione quaſi pacifica dicti jurispatronatus & recipiendi pro recognitione ipſius juris a dictis Abbatiſſa & Sororibus ac capitulo annuatim in feſto S. Marthe pro ſe & ſuis ſucceſſoribus unam roſam ſiricam quam ut tenebantur eidem D. Phylippo annis quam pluribus preſtiterunt ſed pro ea eo in tali poſſeſſione & quaſi exiſtente dicta Abbatiſſa & Sorores dicti juris poſſeſſione vel quaſi ſpoliarunt eundem ſubtrahendo & etiam denegando per ſeptenium vel circa ſeu quantum probabitur dictam roſam preſtare eumque tanquam patronum ſuum in poſſeſſione juris patronatus & receptionis antedicte recipere & admittere temeritate propria & abſque cauſa legiptima que preſtatio roſe annuatim cum honeſti conſenſus requiſitione fienda tempore electionis cujuslibet Abbatiſſe dicti Monaſterii & in ſignum honoris & juris preſentandi in dicto Monaſterio conceſſa fuit & ſpecialiter reſervata. Quare peto quo ſupra nomine me & dictum D. Phylippum pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus reſtitui & reintegrari in dicta ſua poſſeſſione vel quaſi ipſasque Abbatiſſam & ſorores & capitulum & quemlibet pro ea & eis legiptime in judicio intervenientem remediis juris cogi & condempnari ad reintegrationem predictam preſtationemque ſubtractarum preſtationum & jurium tam pro tempore preterito quam futuro de quibus omnibus ſupradictis juſtitiam poſtulo cum expenſis litis factis quas... libras tres groſſorum dampnis & intereſſe & de faciendis expenſis proteſtor Salvo mihi jure addendi minuendi corrigendi interpretandi declarandi & novam petitionem ſi opus fuerit faciendi.

IN Nomine Domini Amen. Anno ejusdem a Nativitate ipſius milleſimo tre-

Digitized by Google

trecenteſimo decimo octavo Indictione prima die penultima menſis Octubris tempore D. Joannis Pape XXII. in ſacriſtia majoris Eccleſie Caſtellane preſentibus Rev. Viris D. Accurſio de Maſſa prepoſito Piſtorienſi Vicario, Melgio de Prato Archidiacono Caſtellano Camerario infraſcripti D. Epiſcopi, Alexander Mauroceno, Angelo Delphino Canonicis Caſtellanis & aliis teſtibus de hiis rogatis Ven. Pater D. Jacobus Dei gratia Epiſcopus Caſtellanus in capitulo Caſtellano ad hoc per eum ſpecialiter convocato & in ipſa ſacriſtia majoris eccleſie ſpecialiter congregato expoſuit dicto capitulo ſingula actitata geſta & habita coram eo ſupra negotio & circa negotium electionis facte per D. Jacobinam fundatricem Monaſterii Sanctorum Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Venetiis de religioſa D. D. Margarita Trivixana moniali Monaſterii S. Laurentii de Aymanis in Abbatiſſam dicti Monaſterii Sanctorum Andree & Marthe nuper auctoritate ipſius D. Epiſcopi inſtituti dudum ſibi in juditio preſentate ac roborari petite confirmatione ordinarie poteſtatis & ſuper ipſius Monaſterii inſtitutione conſenſu ſuper vero confirmatione dicte Abbatiſſe conſilium dicti capituli antequam ad actum confirmationis vel infirmationis dicte electionis per eum proceſſum exiſteret ſolicite requiſivit qui capitulum auditis & intellectis, que per dictum Dominum Epiſcopum proponebantur, quod ab eo de inſtitutione dicti Monaſterii factum fuerat approbantes unanimiter conſuluerunt electionem predictam fore per dictum D. Epiſcopum confirmandam ipſe autem Dominus Epiſcopus eodem conſilio benigne audito dixit quod ſupra ipſo conſilio plenius deliberabit ac electionem ipſam ſecundum quod de jure fuerit confirmare vel infirmare curabit. Eadem die in capella Epiſcopalis palatii Caſtellani preſentibus Rever. & prudentibus viris D. Accurſio de Maſſa prepoſito Piſtorienſi, Melgio de Prato Archidiacono, Alexander Mauroceno, Angelo Delphyno, Conſtantino Lauredano, Bertucio Quirino, & Nicholao Fabro Canonicis Caſtellanis, Rolandino de Beluixio de Bononia decretorum doctore, Presb. Felice Mazagallo de Clugia manſionario Caſtellano, Rodulfo Gucii de Prato, Nallo de Chamerino, Ugolino de Petrorio Domicellis infraſcriptis Domini Epiſcopi & aliis teſtibus de hiis rogatis. Supraſcriptus Ven. Pater Dominus Jacobus Dei gratia Caſtellanus Epiſcopus provide conſiderans & diligenter attendens quod non eſt quibuslibet quantumlibet piis locis cum fundatorum ipſorum jacturis vel injuriis conſulendum ne forte & fundatorum hujuſmodi minuatur devotio, & ceteri a ſimilibus retrahantur propter quod juſte decreverunt canonice ſanctiones, ac Epiſcopus Eccleſiam a diſpoſitione patroni auferre valeat vel mutare. Idcirco ante confirmationem, & inſtitutionem alicujus Abbatiſſe in Monaſterio Monialium Sanctorum Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Venetiis nuper per honeſtam matronam Dominam Jacobinam dictam Scorpion cum conſenſu & auctoritate ipſius Domini Epiſcopi & Eccleſie Caſtellane fundatis, de dicte fundatricis ibidem preſentis beneplacito & expreſſa voluntate inſtituit, ut dictum Monaſterium & Abbatiſſa ejuſdem, que pro tempore fuerit annuatim in feſto S. Marthe det & tradat dare & tradere teneatur in ſignum honoris nobili Viro Domino Phylippo Salamoni ibidem ſimiliter preſenti & recipienti & ejus heredibus & ſucceſſoribus in perpetuum, in quos dicta Domina Jacobina ibidem preſens poſt mortem ſuam dumtaxat jamdudum jus patronatus in dicto Monaſterio ſibi competens tranſtuliſſe ſe mera ſui liberalitate aſſeruit unam roſam ſiricam & hoc in recompenſatione juris preſentandi quod idem D. Phylippus per ejuſdem loci, cujus jurispatronatus tranſlationi & donationi idem Dominus Epiſcopus expreſſe conſentit collegiacionem ammittit, honeſto tamen ipſius patroni & ſuorum ſucceſſorum aſſenſu ſuper electionibus Abbatiſſarum, que ibi fient pro tempore cum ipſe electiones jam celebrate

te fuerint nichilominus requirendo. Et Ego Phylippus Stangni de Montemartano clericus Spoletan. Dioceſis publicus Imperiali auctoritate Notarius & dicti Domini Epiſcopi ſueque Curie ſcriba ſupraſcriptis conſilii & conſenſus requiſitioni & preſtationi cenſus inſtitutioni auctoritatis interpoſitioni & aliis omnibus prout ſupra legitur geſtis & habitis interſui & ea omnia ſcripſi & publicavi rogatus & illico ſubſequenter dictus D. Johannes quo ſupra nomine ad probationem ſui juris & partis ſue produxit in publica forma quamdam ſententiam latam per Ven. Virum D. Accurſium Prepoſitum Piſtorienſem olim Vicarium D. Epiſcopi Caſtellani inter partes predictas cujus ſententie tenor ſequitur & eſt talis.

IN Chriſti Nomine Amen Rev. & Sapiens Vir D. Accurſius prepoſitus Piſtorienſis Ven. Patris & D. D. Angeli Dei & Apoſtolica gratia Epiſcopi Caſtellani Vicarius Generalis infraſcriptam & in ſcriptis ſententiam protulit in hec verba. Cum coram nobis Accurſio prepoſito Piſtorienſi Ven. Patris & D. D. Angeli Dei & Apoſtolica gratia Epiſcopi Caſtellani Vicario Generali comparuiſſet D. Phylippus Salamon contrate S. Marie Formoſe de Venetiis Caſtellane Dioceſis & expoſuiſſet cum querella, que Domina... Abbatiſſa moniales & Conventus Monaſterii Sanctorum Andree & Marthe Virginis de Venetiis Dioceſis Caſtellane ipſum non tractabant tanquam patronum dicti Monaſterii ut debebant ad ipſius D. Phylippi inſtantiam ipſi Domine Abbatiſſe monialibus & conventui miſſimus noſtras litteras infraſcripti tenoris. Accurſius prepoſitus Piſtorienſis Ven. Patris D. D. Angeli Dei & Apoſtolica gratia Epiſcopi Caſtellani Vicarius Generalis religioſe Domine D... Abbatiſſe Monialibus & Conventui Monaſterii SS. Andree & Marthe Virginis de Venetiis Caſtellane Dioceſis ſalutem in Domino pro primo ſecundo & tertio termino perhemptorie ſub excommunicationis pena mandamus quatenus D. Phylippum Salamono contrate S. Marie Formoſe de Venetiis Caſtellane Dioceſis aſſerentem ſe dicti Monaſterii patronum tanquam patronum dicti Monaſterii habeatis, reputetis & tractetis & veſtrum ſecundum tenorem ſuorum inſtrumentorum & ſi de precepto ſenſeritis vos gravatas die luna proxima hora cauſarum ante tertiam in Epiſcopali Palatio Caſtellano coram nobis compareatis oſtenſure & allegature ſufficientes rationes quare ad predicta non teneamini alioquin contra vos procedemus prout juſtitia ſuaderet has autem litteras regiſtratas & roboratas vobis mandavimus preſentari de quarum preſentatione nuncio latori earum dabimus plenam fidem.

Datum in Epiſcopali palatio Caſtellano die ſexto menſis Martii XIIII. Indictione. Infra quem terminum comparuit Dominus Bartholameus Faletro de Venetiis Caſtellane Dioceſis ſindicus & ſindicato nomine dicte Domine Abbatiſſe Monialium & conventus SS. Andree & Marthe Virginis petens ſindicario nomine predicto copiam inſtrumentorum dicti Domini Phylippi quorum vigore dicit ſe patronum eſſe dicti Monaſterii productis itaque per dictum D. Phylippum quibusdam inſtrumentis & ſcripturis reſponſionibus & oppoſitionibus contra ipſa inſtrumenta per adverſam partem productis & habitis hinc inde replicationibus, duplicationibus & triplicationibus deinde per Catelanum de Bononia procuratorem & procuratorio nomine dicti Domini Phylippi Salamone productis quibusdam articulis & nonnullis teſtibus ſuper ipſis juratis & examinatis inſuper per dictum Dominum Bartholameum dicto nomine ad ſui juris probationem etiam productis quibusdam articulis, & ſuper ipſis aliquibus teſtibus juratis, examinatis & atteſtationibus teſtium utriusque partis publicatis ac de voluntate partium commiſſo conſilio ſuper diffinitiva ipſius cauſe Vener. in Chriſto Patris Dei gratia Epiſcopo Mutinenſi ipſoque conſilio recepto & in preſentia partium publicato tenoris infraſcripti.

IN

IN Chriſti nomine Amen. In cauſa patronatus, que vertitur coram Ven. Viro Domino Accurſio prepoſito Piſtorienſi Ven. in Chriſto Patris Domini Angeli Dei gratia Caſtellani Epiſcopi generali Vicario inter Dominum Phylippum Salamonem de contrata S. Marie Formoſe de Venetiis agentem, ſeu Catelanum ſuum procuratorem ex parte una, & Abbatiſſam & moniales & conventum Monaſterii SS. Andree & Marthe Virginis deffendentes ſeu Dominum Bartholomeum Faletro ſindicum & procuratorem ipſarum ex altera, ſuper eo quod dictus Dominus Phylippus aſſerens ſe patronum predicti Monaſterii petebat a predictis Abbatiſſa & monialibus & conventum quod eum tanquam patronum ſuum & dicti Monaſterii haberent, reputarent & tractarent ſecundum tenorem ſuorum inſtrumentorum predicto Dom. Bartholomeo ſindico & ſindicario nomine Monaſterii ſupradicti ex adverſo negante dictum Dominum Phylippum fuiſſe & eſſe patronum dicti Monaſterii in poſſeſſione vel quaſi juriſpatronatus conſilium noſtri Guidonis Dei gratia Epiſcopi Mutinenſis aſſumpti per Vicarium ſupraſcriptum ad conſulendum in cauſa predicta ſuper toto proceſſu & diffinitiva ſententia viſis inſtrumentis poſitionibus reſponſionibus & ceteris probationibus productis in cauſa ac omnibus actitatis allegationibus partium ſepius recenſitis eſt tale quod Abbatiſſa Moniales & conventus predicti Monaſterii ſeu earum ſindicus abſolvi debeat ad impeticione dicti Domini Phylippi & eidem Domino Phylippo ſeu ejus procuratori ſuper petitis ſcilentium perpetuum debeat imponi cum per producta non conſtet dictum Dominum Phylippum ſimpliciter Monaſterii predicti fuiſſe & eſſe patronum. Reſervato tamen eidem D. Phylippo jure petendi ab Abbatiſſa monialibus & conventu dicti Monaſterii annuatim unam roſam ſiricam & requiſitionem ſui conſenſus ſuper electionibus Abbatiſſarum quas ibidem contingent eligi cum electiones jam fuerint celebrate, que ipſi Domino Phylippo de conſenſu fundatricis in ſignum honoris & recompenſationem juris preſentandi, quod amiſerat per loci Dioceſanum fuerant conſtituta ad que abſolutione predicta non obſtante poſſit dictus Dominus Phylippus agere ſi voluerit & dicta fundatrix ſit mortua ſic ſentimus pronunciandum conſulimus. In cujus conſilii teſtimonium huic pagine noſtrum fecimus apponi ſigillum. Datum Bononie Quarto menſis Auguſti. Deinde ſtatuto termino dictis partibus ad hodiernam diem & horam ad hanc noſtram deliberacionem & diffinitivam ſententiam audiendam & ipſis preſentibus & ſuper predictis omnibus & ſingulis habito conſilio ſapientum ſequentes formam conſilii ſupradicti ſedentes pro tribunali. Chriſti nomine invocato Dominam... Abbatiſſam Moniales & conventum Monaſterii SS. Andree & Marthe Virginis de Venetiis Caſtellane Dioceſis ad impetitione dicti Domini Phylippi Salamonis ſententialiter in hiis ſcriptis abſolvimus perpetuum ſcilentium ſuper petitis eidem D. Phylippo ſeu dicto ejus procuratori imponentes. Reſervato tamen eidem D. Phylippo jure petendi ab Abbatiſſa Monialibus & conventu dicti Monaſterii annuatim unam roſam ſiricam & requiſitionem ſui conſenſus ſuper electionibus Abbatiſſarum quas ibidem contingent eligi ad que abſolutione predicta non obſtante poſſit dictus D. Phylippus agere ſi voluerit & dicta fundatrix dicti Monaſterii ſit mortua Victum Victori in expenſis legiptimis condempnantes. Lecta lata data & pronunciata fuit ſupraſcripta ſententia per dictum D. Vicarium in Epiſcopali palatio Caſtellano in loco ubi jus redditur die ſexto decimo menſis Auguſti ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo primo quartedecime Indict. preſentibus Rev. Viris D. Rolandino de Beluiſiis de Bononia decretorum doctore, Armano de Agazotis de Ferraria juris utriusque perito, D. Paulo S. Fantini juris perito, Diano Notario q. Diani de Lendenaria procuratore in dicta curia Caſtellana & aliis multis teſtibus rogatis.

Ego

Digitized by Google

Ego Bonaventura filius D. Tadei de Frabaldis civis Pad. Imperiali auctoritate notarius publicus Curie Caſtellane Scriba predictis omnibus & ſingulis interſui & rogatus ſcribere ſcripſi & in publicam formam redegi. Die Sabbati nona dicti menſis Octobris in dicto Patriarchali Palatio. Conſtitutis in judicio coram dicto D. Petro Vicario & arbitro ſupradicto ſ. Diano procuratore & procuratorio nomine predicto, & dicto Domino Johanne quo ſupra nomine Dominus Vicarius & arbiter ſupradictus eisdem terminum perhemptorie ſtatuit ad diem martis proximam ad comparendum coram eo in dicto palatio poſt nonas & ante veſperas ad audiendum ſententiam laudum arbitrium & deffinitionem ſuam in cauſa & queſtione predictis.

IN Chriſti nomine Amen. Nos Petrus de Bugella Rector Eccleſie S. Marie de Moxo Vercellenſis Dioceſis Vicarius Generalis Reverendiſs. in Chriſto Patris & D. D. Andree miſeratione Divina Sancte Gradenſis Eccleſie Patriarche Dalmatieque Primatis arbiter & arbitrator & amicabilis compoſitor communiter & concorditer per dictum D. Phylippum Salamonem ex parte una agentem, & Dominum Johannem de Manteghellis de Bononia ſindicum & procuratorem ſindicario & procuratorio nomine religioſe & honeſte D. D. Margarite Dei gratia Abbatiſſe Monialium conventus & capituli Monaſterii SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis de Veneciis Caſtellane Dioceſis ex altera deffendentem, electus in cauſa & queſtione predicta inter ipſas partes vertente & diutius tam in Caſtellana quam in Gradenſi Curia ventilata. Viſis ſupraſcripta peticione ſeu libello pro parte dicti D. Phylippi per dictum ſ. Dianum ejus procuratorem & procuratorio nomine pro eodem coram nobis producta ac compromiſſo inſtrumentis juribus ſupraſcriptis hinc inde coram nobis per eodem partes productis & omnibus, que dicte partes dicere proponere oſtendere & allegare voluerint & ſuper ipſis omnibus & ſingulis deliberatione prehabita diligenti divino nomine ac Beate Virginis glorioſe & SS. Andree Apoſtoli & Marthe Virginis quorum negotium agitur invocato, dicto D. Phylippo & D. Johanne ſindico & procuratore ſindicario & procuratorio nomine predicto in noſtra preſentia ad audiendam hanc noſtram ſententiam diffinitionem laudum & arbitrium conſtitutis pro bono pacis & concordie ex vigore compromiſſi predicti auctoritate ipſius ac omni modo & forma ac jure quibus melius poſſumus. Sedentes pro tribunali in hiis ſcriptis ordinamus laudamus arbitramur precipimus & ſententialiter diffinimus pronunciamus & declaramus quod dictum Monaſterium ſeu Abbatiſſa Moniales capitulum & conventus ipſius Monaſterii SS. Andree & Marthe dicta ſua ſententia lata per dictum D. Accurſium pro parte dictarum Dominarum capituli & conventus ſui Monaſterii remanente in ſuo robore & firmitate contra quam nichil poſſit ulterius excipi vel opponi ſeu agi directe vel indirecte per aliqua dicta vel dicenda per dictum D. Phylippum & ſucceſſores ſuos teneantur & debeant eidem D. Phylippo & ſuis heredibus & ſucceſſoribus in perpetuum omni anno dare & tradere unam roſam ſiricam in feſto S. Marthe & petere honeſtum conſenſum ipſius D. Phylippi heredum & ſucceſſorum ſuorum quando dictum Monaſterium vacare contigerit, quod electioni celebrate ſuum preſtet conſenſum & in omnibus & per omnia & ſingula in dicto inſtrumento D. Phylippi contenta ſervare teneantur & debeant cum dicta D. Jacobina fundatrix a qua idem D. Phylippus juspatronatus recepit in dicto Monaſterio ſit viam univerſe carnis ingreſſa abſolventes pro bono pacis & concordie dictas partes a peticione exactione ſolutione & condempnacione expenſarum hinc inde factarum tam in Caſtellana Curia quam in Gradenſi ac etiam in premiſſis queſtionibus coram nobis. Que omnia & ſingula laudamus arbitramur, & per ſen-

ten-

tentiam diffinimus atque inviolabiliter precipimus fieri & obſervari ſub pena in dicto compromiſſo appoſita in ſingulis capitulis laudi & compromiſſi & in quolibet premiſſorum ſi contrafactum fuerit committenda & pena ſoluta vel non ſoluta nichilominus omnia & ſingula ſupraſcripta per nos pronuntiata & arbitrata rata & firma & inconcuſſa remaneant ſalvo & reſervato nobis arbitrio & poteſtate declarandi interpretandi & corrigendi predicta & quodlibet predictorum ubicumque & quandocumque nobis juſtum fuerit expedire & ſuper predictis & quolibet predictorum iterum ſemel & pluries pronuntiandi. Quam ſententiam laudum arbitrium & omnia & ſingula in eis contenta predicti Dominus Phylippus & Dominus Johannes de Manteghellis Sindicario & procuratorio nomine predictarum Dominarum Abbatiſſe Monialium Capituli Conventus & Monaſterii predictorum voluntarie & ex certa ſcientia ſtatim expreſſe emologarunt approbarunt ratificaverunt laudaverunt confirmaverunt. Promittentes ſub omnium obligacione bonorum dicti Domini Phylippi & Monaſterii ſupradicti & poena in compromiſſo appoſita predicta omnia & ſingula arbitrata & pronunptiata perpetuis temporibus attendere & obſervare nec contrafacere vel venire.

Lecta lata data & promulgata fuit ſupraſcripta ſententia diffinitio declaratio laudum & arbitrium per Ven. Virum D. Petrum Vicarium arbitrum arbitratorem & amicabilem compoſitorem predictum in hiis ſcriptis pro Tribunali ſedentem Venetiis in Patriarchali Gradenſi Pallatio preſentibus dicto Domino Phylippo Salamone & Domino Johanne de Manteghellis de Bononia Sindico & Procuratore Sindicario & Procuratorio nomine predictarum Dominarum Abbatiſſe monialium Conventus & Capituli Monaſterii Sancte Marthe predicti illico ſponte & ex certa ſcientia dictam ſententiam diffinitionem declarationem laudum & arbitrium ut premiſſum eſt laudantibus & emologantibus ratificantibus & approbantibus ac preſentibus Ven. Viris Dominis Franciſco de Burſolis, Johanne Buniolo decretorum Doctoribus ac Canonicis S. Marci de Venetiis Caſtellane Dioceſis, D. Jacobo Deto Plebano Eccleſie S. Lucie dicti loci de Venetiis, D. Franciſco Quintafoja de Venetiis, Domino Paulo S. Fantini juriſperito habitatore Venetiarum, & aliis teſtibus ad predicta rogatis.

Sub anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo nono Indictione Septima ſupradictis die duodecimo Menſis Octobris.

Ego Lanzalotus Petrocini de Ferraria judex ordinarius & publicus Imperiali auctoritate Notarius predictis compoſitioni productionibus terminorum aſſignationibus promulgationi diffinitioni, declarationi, emologacioni ratificationi approbationi & omnibus & ſingulis ſupraſcriptis coram ipſo arbitro & per ipſum dictis factis & geſtis interſui & de mandato ipſius ac a partibus ſupraſcriptis rogatus ſcripſi & in hanc publicam formam redegi ſignoque meo & nomine roboravi.

Digitized by Google

Viſitatores Apoſtolici ſtatuta ordinant pro bono regimine Monaſterii S. Marthæ Venetiarum.

I 1397. 6. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Marthæ de Venetiis.

CArolus Dei & Apoſtolice Sedis gratia Abbas S. Georgii Majoris & Johannes eadem gratia (a) Prior S. Salvatoris per Priorem ſoliti gubernari Monaſteriorum de Venetiis S. Benedicti & S. Auguſtini Ordinum Caſtell. Dioceſis. Viſitatores correctores & reformatores Monaſteriorum Prioratuum & piorum locorum tam virorum quam mulierum Religioſorum Ordinum quorumcumque exemptorum & non exemptorum in Caſtellana Clugienſi & Torcellana Civitatibus & Dioceſibus conſiſtentium & perſonarum Eccleſiaſticarum in eis degentium à Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati. Religioſis in Chriſto Domine .... Abbatiſſe Monialibus & conventui Monaſterii S. Marte de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis ſalutem in Domino & mandatis noſtris ymo verius Apoſtolicis firmiter obedire. Cum nos una cum nobilibus viris Dominis Nicolao Fuſcolo q. Domini Andree & Laurentio Contareno q. Domini Andree Venetiarum civibus per Sereniſſimum Principem Dominum Antonium Ducem & communitatem Venetiarum ad hoc Apoſtolica auctoritate ellectis & adſumptis ad vos & veſtrum Monaſterium nuper viſitationis gratia eadem auctoritate perſonaliter accedentes per viſitationem eandem invenerimus aliqua & aliquam que etiam oculata fide didicimus que correptione & reformatione egere putamus. Eapropter quia virginitatis privilegium maximum & obedientiam etiam ſuo ſuperiori ſervare non modicum bonum exiſtat ac proprietatis voluntaria abdicatio multum eſt accepta omnium creatori. Ideo vos Dominam Abbatiſſam & omnes moniales ipſius Monaſterii tam preſentes quam futuras auctoritate Apoſtolica qua fungimur in hac parte tenore preſentium requirimus ac vobis in virtute ſancte obedientie diſtricte precipiendo mandamus, quatenus hec tria principaliter & alia ſtatuta ſalubria regule veſtre etiam quoad jejunia & ſilentium ſtudeatis efficaciter obſervare, & Divinum Officium Diurnum pariter & Nocturnum Beate Marie & mortuorum in Eccleſia horis competentibus prout tempus exigit decantare, ac moroſe & punctatim dicere procuretis. Item vobis & generalibus veſtrum hortamur in Domino & vobis Apoſtolica auctoritate diſtricte precipiendo mandamus, quatenus conſtitutiones ordinationes reformationes & ſtatuta tam per concilia Patriarchalia Gradenſ. quam per quoſcumque alios viſitatores auctoritate Apoſtolica editas, ſalva ſemper Apoſtolice Sedis ſi qua habetis indulta, circa egreſſum extra Monaſterium veſtrum & ejuſdem Monaſterii clauſuram & alia concernentia ipſius Monaſterii clauſuram obſervare curetis, ſi penas in ipſis contentas cupitis evitare. Item quia reperimus ipſum Monaſterium ſatis bene monialium numero decoratum vos hortamur in Domino, ut circa conſervationem & ampliationem hujuſmodi numeri, ut cultus divini nominis augeatur, inſiſtere procuretis. Vobis nichilominus in virtute ſancte obedientie & ſub excommunicationis pena tenore preſentium mandamus, quatenus nulla de cetero in monialem recipiatis Monaſterii prelibati

(a) De Johanne Priore S. Salvatoris egimus Tom. II. hujus operis pag. 273.

libati precedente aut interveniente aliqua pactione aut pravitate prohibita ſimonie, inhibendo nihilominus quod non niſi tot in ipſo Monaſterio moniales recipiantur, quot valeant de ipſius Monaſterii redditibus commode ſubſtentari. Item vobis preſentium tenore mandamus, quatenus ſingulis annis deputentur due ipſius Monaſterii ſolicite & Deum timentes moniales, que curam ſolicitam habeant monialium infirmarum, quibus infirmis de bonis ipſius Monaſterii, ſi prefate infirme non habeant aliunde, volumus ſubveniri. Item vobis preſentium tenore inhibemus, quod domos aquas terras manſos aut poſſeſſiones aliquas dicti Monaſterii de cetero non niſi de quinquennio in quinquennium affictare valeatis: Alioquin affictationes ultra dictum terminum fienda ſint nullius efficacie roboris vel momenti. Item vobis & cuilibet veſtrum in virtute ſancte obedientie mandamus quatenus de cetero non per vos aut aliquam veſtrum ſeu converſam aliam mulierem ſed per clericum aut alium ydoneum Sacerdoti vobis celebranti ſerviatur in miſſa. Demum quia per viſitationem eamdem & etiam oculata fide precipimus dictum veſtrum Monaſterium egere complectione & reparatione; Vos hortamur in Domino ut circa ipſius complectionem & reparationem inſiſtatis, & alias taliter in premiſſis vos habeatis, ut de vera obedientia futuris viſitationis temporibus valeatis merito in Domino commendari. Et ſi predictis mandatis & monicionibus noſtris non parueritis cum effectu, vos ad id faciendum per alia juris remedia compellemus. Per premiſſa autem non intendimus ſic noſtre jurisdictionis atque auctoritatis potentiam terminare, quin ſi expedire viderimus poſſimus addere minuere mutare & etiam declarare, prout experientia judicaverit opportunum. In quorum omnium teſtimonium preſentes litteras fieri fecimus & noſtrorum ſigillorum juſſimus appenſionibus roborari.

Data Venetiis Caſtellane Dioceſis. Anno a Nativitate Domini milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo Indictione quinta die Sexto Menſis Marcii Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Bonifacii Divina providentia Pape Noni Anno Octavo.

Innocentius VII. remiſſiones peccatorum indulget viſitantibus, certis ſtatutis diebus, Eccleſiam S. Marthæ, eique eleemoſynas erogantibus.

K. 1406. 4. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Marthæ de Venetiis.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Univerſis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi à ſuis fidelibus digne & laudabiliter ſerviatur, de abundantia ſue pietatis, que mentes ſupplicum excedit & vota, bene ſervientibus ſibi multo majora retribuat, quam valeant promereri, nichilominus tamen deſiderantes Domino reddere populum acceptabilem & bonorum operum ſectatorem fideles ipſas ad complacendum ei, quaſi quibusdam allectivis muneribus indulgentiis videlicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia Monaſterii S. Marthe de Venetiis Ordinis S. Benedicti Caſtellane Dioceſis congruis ho-

noribus frequentetur, & etiam conſervetur, & ut Chriſtifideles eo libentius cauſa devotionis confluant ad eamdem Eccleſiam, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratie uberius conſpexerint ſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus & confeſſis qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphanie, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac Pentecoſtes, nec non Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Aſſumptionis Beate Marie Virginis, ac Nativitatis Beati Johannis Baptiſte, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum predictorum ac Dedicationis ipſius Eccleſie feſtivitatibus, & celebritate Omnium Sanctorum, nec non per ipſarum Nativitatis, Epiphanie, Reſurrectionis, Aſcenſionis, & Corporis Domini, ac Nativitatis & Aſſumptionis B. M. V. & Nativitatis B. Joannis, ac Apoſtolorum Petri & Pauli predictorum feſtivitatum Octavas, & per ſex dies predictam feſtivitatem Pentecoſtes immediate ſequentes, eandem Eccleſiam devote viſitaverint annuatim, & ad ejus conſervationem manus porrexerint adjutrices, ſingulis videlicet feſtivitatum & celebritatis quinque annos, & totidem Quadragenas, Octavarum vero & ſex dierum predictarum diebus, quibus Eccleſiam ipſam viſitaverint, & adjutrices manus porrexerint, ut prefertur, Centum dies de injunctis eis penitentiis miſericorditer relaxamus, preſentibus poſt decennium minime valituris. Volumus autem, quod ſi alias viſitantibus dictam Eccleſiam, vel ad ejus fabricam ſeu hujuſmodi conſervationem manus porrigentibus adjutrices, aut alias inibi pias elemoſinas errogantibus, ſeu alias aliqua alia indulgentia imperpetuum vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit, hujuſmodi preſentes littere nullius exiſtant roboris vel momenti.

Datum Viterbii IIII. Nonas Marcii Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Jo: de Berlandia.

Conſilium Majus concedit Monialibus S. Marthæ, ut poſſint dilatare certo ſpatio Monaſterium ſuum in Paludibus.

L 1446. Julii.

Ex Archivo S. Marthæ Venetiarum.

MCCCCXLVI. Die Julii. In Majori Conſilio.

CUm ſicut expoſuerunt viri nobiles ſ. Victor & ſ. Marcus Duodo Procuratores Monaſterii & Conventus Sancte Marthe de Venetiis ad preſens elevantur muri Eccleſie nove dicti Monaſterii qui jam multis annis habuerunt principium & inter Eccleſiam veterem parvam, que minatur ruinam, que eſt intra muros novos Eccleſie magne, erat Cimiterium ubi ſepelliebantur defuncti tam Scole Sancte Marte, quam aliorum qui ibi ſepelliri volebant; & quoniam mortui qui in futurum ſepelliri vellent juxta eorum Ordinem ad Eccleſiam Sancte Marthe non poſſent habere locum pro ſepultura eorum, quia in Eccleſia que conſtruitur non poſſet habilis dari locus, & exinde ſupplicaverint, ut concedere dignaremur, quod poſſint admunire ſive at-

terrare

Digitized by Google

terrare & atterrari facere ſuper palludibus a latere dextero ante portam dicti Monaſterii, & proſequi extra quod Auſtrum paſſus quindecim, & verſus porticum paſſus quindecim, & ultra verſus murum ſui ortuli uſque in terram paſſus quindecim, ut habeant locum commodum & clauſtrum pro cimiterio, auditoque ſuperinde conſilio & reſponſione judicum noſtrorum publicorum, fiat gratia ipſis ſupplicantibus ſicut petitur & conſulunt judices predicti.

Bernardinus de Ambroſiis
Ducal. Notar. ex autent. tranſcripſit.

Antonius Saracho Vicarius Generalis Venetiarum Sede vacante declarat Monaſterium S. Marthæ liberum eſſe a ſubjectione Eccleſiæ Parochialis S. Nicolai de Mendiculis.

M 1467. 8. Julii.

Ex Archivo S. Marthæ de Venetiis.

IN Chriſti nomine Amen. Nos Antonius Saracho decretorum Doctor Eccleſiæ Patriarchalis Venetiarum Archidiaconus nec non ſede ipſa vacante Ven. Capituli ejuſdem Vicarius Generalis expedire volentes, ac terminare cauſam quandam coram nobis agitatam & nuper vertentem inter Vener. Virum Dominum Plebanum & Capitulum Eccleſiæ Sancti Nicolai de Mendicolis Venetiarum Dioceſis ſive Presb. Johannem titulatum Presbyterum in eadem Eccleſia, & doctorem egregium Dominum Jacobum de Perleonibus advocatum ambos ſyndicos & Procuratores predicti capituli ex una agentes & petentes; & Ven. & religioſas Dominas Abbatiſſam & Moniales Monaſterii Sancte Marte ejuſdem Dioceſis ſive virum nobilem Dominum Antonium Georgio, ac doctorem egregium Dominum Antonium de Sicilia predicti Monaſterii ſyndicos & procuratores ex alia reſpondentes ac ſe tuentes. Viſa igitur in primis peticione pro parte dictorum Domini Plebani & Capituli Sancti Nicolai coram nobis judicialiter producta, cujus tenor talis eſt. Coram vobis Ven. & eximio decretorum doctore Domino Antonio Saracho Archidiacono Patriarchalis Eccleſiæ Venetiarum, nec non Ven. Capituli ejuſdem Sede vacante Vicario Generali comparet & ſe preſentat Dominus Presb. Johannes de Maxeriis tamquam Procurator & Syndicus Domini Plebani & Capituli Eccleſie Sancti Nicolai de Mendigolis Venetiarum, & dicit narrat & exponit contra & adverſus Vener. & Religioſam Dominam Abbatiſſam & Moniales ſive Conventum Dominarum Monialium & Monaſterii Sancte Marthe de Venetiis de Parochia predicte Eccleſie ſive quamcumque aliam perſonam coram nobis pro eis legitime comparentem, quod cum ipſe Domine Abbatiſſa & Moniales ac dictum Monaſterium fuerint & ſint à tanto tempore citra, ut non ſit hominum memoria in contrarium, de Parochia predicte Eccleſie, & ei debuerint & debeant omnia jura parochialia & ab ipſa Eccleſia ſive ejus rectore aut Plebano debeant habere & recipere omnia Eccleſiaſtica Sacramenta, prout tenentur illa recipere ceteri Parochiani a ſua Parochiali Eccleſia, nihilominus predicte Domine Abbatiſſa & Moniales predicta

Digitized by Google

dicta Sacramenta a dicta ſua Parochiali Eccleſia Sancti Nicolai recipere & habere minime curant, ymmo potius recuſant prout etiam recuſarunt, quamvis ſuper hoc fuerint ſepius monite per rectorem ſive Plebanum predicte Eccleſie Sancti Nicolai, illa potius ab alio Sacerdote cui hoc de jure minime conceſſum eſt talia ſacramenta illis miniſtrare, accipientes in magnum prejudicium predicte Parochialis Eccleſie ac ſui rectoris & Capituli, & non parvum detrimentum animarum ſuarum cum id faciant contra formam juris & ſacrorum canonum. Quare cum predicta omnia & ſingula vera fuerint & ſint, prout probabitur, petit dictus procurator, nomine quo ſupra, per nos antedictum Rever. Dominum Vicarium & noſtrum officium quod ipſe implorat quatenus ſit opus, & non aliter, nec alio modo debere pronuntiari declarari & determinari diffinitive predictum Monaſterium, ac dictas Dominas Abbatiſſam & Moniales ejuſdem fuiſſe & eſſe de Parochia predicte Eccleſie Sancti Nicolai, & ei fuiſſe & eſſe ſubjectas ratione Eccleſiaſticorum Sacramentorum percipiendorum, aliorumque jurium Parochialium, & propterea illas cogendas & quas etiam per vos cogi debere ac compelli petit cenſuris Eccleſiaſticis ac aliis remediis opportunis ad accipiendum omnia Eccleſiaſtica ſacramenta a predicta Eccleſia, ſive ejus rectore aut Plebano & ei preſtandum omnia Parochialia jura, ad que ipſe & tenentur tamquam Parochialis Eccleſie de jure vel conſuetudine inhibendo etiam & mandando ſub penis & cenſuris debitis & conſuetis Capellano ſive Sacerdoti pro tempore exiſtenti ad ſervitia predictarum Dominarum Abbatiſſe & Monialium, ut deinceps non audeat ejuſmodi Sacramenta quoquo modo miniſtrare, ſuper quibus omnibus & ſingulis predictus Procurator petit ſibi jus & juſtitiam miniſtrari nomine quo ſupra, non tantum modo predicto, verum etiam omni alio, quo magis & melius de jure fieri poteſt & debet, non tamen ſe aſtringens ad aliquam ſuperfluam probationem &c. Et ſalvo jure addendi & corrigendi &c. Et omnibus aliis ſuis juribus ſalvis. Viſa deinde reſponſione pro parte earumdem Dominarum Abbatiſſe & Monialium etiam hujus tenoris. Coram vobis eximio decretorum Doctore Domino Antonio Saracho Archidiacono Eccleſie Patriarchalis Venetiarum nec non Ven. Capituli ejusdem Eccleſie Sede vacante Vicario Generali digniſſimo comparet & ſe preſentat ſpectabilis vir Dominus Antonius Georgio q. Domini . . . tamquam Syndicus & Procurator Vener. & Religioſarum Dominarum Abbatiſſe Monialium & Conventus Sancte Marthe loci de Venetiis cauſa & occaſione cujusdam Peticionis contra eum dictis nominibus producte per Dominum Presb. Johannem de Maxeriis aſſertum Procuratorem Domini Plebani & Capituli S. Nicolai de Mendigolis per quam poſt multa per eumdem non vera & narrata petere videtur per nos Rev. Dominum Vicarium terminari & declarari debere predictum locum & Monaſterium Sancte Marthe dictarum Dominarum Abbatiſſe & Monialium eſſe ſub Parochia Eccleſie Capituli Sancti Nicolai de Mendigolis, ipſaſque Dominas Abbatiſſam & Moniales teneri & obligatas eſſe petere & recipere Eccleſiaſtica ſacramenta & alia neceſſaria à dicto Domino Plebano & Capitulo S. Nicolai & non ab aliis inhibendo cuilibet Sacerdoti quatenus de cetero nullatenus ſe impediat circa preſtationem Sacramentorum ipſis Dominabus abſque licentia ipſorum Plebani & Capituli Sancti Nicolai &c. Ut in dicta petitione continetur, & dicit excipit & opponit, quod dicta petitio fuit & eſt dubia, generalis, & non concludens ac producta per perſonam, cui nullum jus competit agendi maxime eo modo quo agere videtur, & ſi & in quantum predicta non obſtarent, que vere obſtant, negat narrata prout narrantur vera eſſe & petita

fieri

fieri debere, cum veritas fuerit & ſit absque eo quod dictum Monaſterium & Conventus Sanſte Marthe fuerit neque ſit ſub Parrochia S. Nicolai de Mendigolis, prout aſſeri videtur. Item dicit & excipit quod ſi & in quantum aliqui de dicto Capitulo Sancti Nicolai aliquotiens preſtiterint ſeu exercuerint aliqua Eccleſiaſtica ſacramenta in dicto Conventu Sancte Marthe hoc non proceſſit occaſione alicujus Parochialis juris, quod haberet vel habuiſſet dictum Capitulum Sancti Nicolai in dicto Monaſterio & Conventu Sancte Marthe, ſed ex alia cauſa ut ſuis loco & tempore liquidabitur, ſi opus fuerit; ex quibus omnibus petit idem Dominus Antonius Syndicus & Procurator, ut ſupra dicto nomine, abſolvi a petitione dicti Capituli Sancti Nicolai & predicti ejus Syndici ipſumque Capitulum in expenſis jam factis & fiendis, de quibus proteſtatur condemnari, & predicta dicit omnibus meliori modo &c. Salvis aliis ſuis juribus &c. Viſis inſtrumentis procurationis & Syndicatus in perſonis ſupradictorum procuratorum. Viſis depoſitionibus quorumdam teſtium ex offitio & pro informatione mentis noſtre receptorum & examinatorum eo tunc, quando ad locum differentie nos perſonaliter contulimus. Viſis deinde certis capitulis cum proteſtatione quadam pro parte dictorum Plebani & Capituli Sancti Nicolai productis & dictis & depoſitionibus quamplurimorum teſtium ſuper illis per nos examinatorum cum juramento, viſa publicatione proceſſus deinde facta pro parte Plebani & Capituli predictorum, viſo termino petito pro parte Dominarum Abbatiſſe & Monialium predictarum ad producendum & probandum de juribus ſuis; Viſa etiam quadam ſententia arbitraria in dicto termino producta pro parte dictarum Dominarum Abbatiſſe & Monialium in publica forma redacta ſub ſigno & nomine Nicolai de Rippa filii q. Domini Jacobi de Rippa de Venetiis Imperiali auctoritate Notarii & Gradenſis curie ſcribe ſub MCCCXXVIII. Indictione XI. die Jovis XXIIII. intrante menſe Martii Venetiis in Patriarchali Palatio &c. Viſa ceſſione litis immediate facta per Syndicum & Procuratorem Plebani & Capituli predictorum poſt productionem & intimationem dicte ſententie; Viſa requiſitione facta pro parte Dominarum Abbatiſſe & Monialium facta petentium per ſententiam noſtram abſolvi ab impetitione partis adverſe ipſoſque adverſarios liti cedentes in expenſis condemnari &c. ut in ea latius continetur ad quam relatio habeatur. Viſa alia publicatione totius proceſſus & concluſione in cauſa de conſenſu & voluntate ipſarum ambarum partium per nos decretis; Viſis denique omnibus & ſingulis premiſſis & aliis que ſuperinde videnda & conſideranda fuerunt, habito ſuper hoc diligenti conſilio & matura deliberatione, Syndicis & procuratoribus ipſarum ambarum partium per nos monitis pro hac die & hora ad hanc noſtram ſententiam audiendam, Chriſti & ejus matris nominibus pro ſuffragio humiliter imploratis, ſedentes pro tribunali ad noſtrum ſolitum bancum juris hora cauſarum conſueta ſolum Deum pre oculis habentes, à quo cuncta recta procedunt juditia, in his ſcriptis dicimus pronuntiamus & declaramus Dominam Abbatiſſam & moniales Monaſterii S. Marthe antedictas ab impetitione Plebani & Capituli Sancti Nicolai predictorum abſolvendas eſſe & abſolvi debere, & ita easdem abſolvimus tenore preſentium, & abſolutas fuiſſe & eſſe declaramus eiſdem Plebano & Capitulo Sancti Nicolai ſuper premiſſis perpetuum ſilentium imponentes. Inſuper ad tollendas omnes rixas & lites ſuperinde de cetero oriundas, ne ſucceſſores clerici dicte Eccleſie S. Nicolai hujus noſtre terminationis ignari fiant volumus & mandamus, quod Capitulum prefate Eccleſie S. Nicolai hanc noſtram terminationem ſive ſententiam regiſtrari faciant in aliquo libro publico in ſacrario ejuſdem Eccleſie tenendo ad perpetuam rei memoriam,

quod

Digitized by Google

quod ſi facere neglexerint, aut illa regiſtrata ullo unquam tempore litem ſeu controverſiam ſuper premiſſis movere preſumpſerint, ex nunc prout ex tunc, & e converſo, ipſos litis promotores & eis conſentientes in pena librarum quingentarum in predicta ſententia arbitraria contentam & ſpecificatam ipſo facto incidiſſe declaramus exigendam per dictas moniales & conventum Sancte Marthe absque ulla excuſatione dicti capituli Eccleſie Sancti Nicolai. Et quia pars dicti capituli S. Nicolai recognovit bonam fidem, & illico viſa ſententia ceſſit liti, abſolvimus ipſum capitulum a medietate expenſarum, ita quod utraque pars ſolvat mercedem advocato ſuo, & partem notario cauſe, quarum taxationem nobis impoſterum reſervamus. Et hoc dicimus & pronunciamus hoc & omni alio meliori modo via jure & forma, quibus magis & melius de jure poſſumus & debemus.

Lata data & pronunciata fuit ſupraſcripta ſententia per antedictum Dominum Vicarium ſedentem, ut ſupra, preſentibus Domino Benedicto Omnibono Plebano Sancti Pauli & Presb. Bartholomeo Plebano Sancti Martialis ac Presb. Georgio de Sibinicho Sancti Nicolai de Mendigolis teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis die mercurii octavo Julii milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo Indictione xv.

Ego Jacobus Venetus Egregii viri qu. Domini Antonii Publ. Imperiali auctoritate Not. ac Patriarchalis Curie Venet. Cancell. ſupraſcriptam ſententiam ex ſuo originali libro ſententiarum ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ideo publicavi.

Monia-

Digitized by Google

Moniales de Obſervantia Ordinis S. Auguſtini deductæ ad reformandum Monaſterium Sanctæ Marthæ Ordin. Sancti Benedicti ſupplicant Clementi VII. ut continuare poſſint ſub regula Sancti Auguſtini.

N

Ex Archivo S. Marthæ Venetiarum.

CUM alias bon. mem. Dominus Antonius Contarenus olim Reverendiſſimus Patriarcha Venetiarum nonnulla Monaſteria Monialium, in quibus regularis vite obſervantia defeciſſe videbatur, tam in civitate ſua Venetiarum, quam infra diſtrictu ejusdem ſita reformare, & ad regularem vivendi normam reducere deſideraret, de conſenſu Illuſtriſſimi Dominii, tempore fel. rec. Leonis Pape X. diverſa reſcripta atque indulta cum facultate & poteſtate ampliſſima ad hujusmodi reformationem faciendam a Sede Apoſtolica impetravit, quibus inter multa alia prefato Reverendiſſimo Patriarche conceſſa continebatur; quod ſi quando pro reformatione alicujus Monaſterii Moniales de obſervantia ejusdem ordinis inveniri non poſſent, tunc ex aliis Monaſteriis alicujus ordinis ſuſcipi & in Monaſterium reformandum introduci libere poſſent.... in Monaſteriis hujusmodi ſeparatis prius conventualibus monialibus ab iis, que poſſent regularis obſervantie, ſingulis Abbatiſſis conventualibus Monaſteriorum predictorum ſingulas moniales regularis obſervantie, in coadjutrices deputare, ipſeque coadjutrices omnia & ſingula ad officium Abbatiſſe quomodolibet ſpectantia, quoad moniales regularis obſervantie in eisdem Monaſteriis introductas, & introducendas exercerent, ac quod eisdem coadjutricibus ſedem in choro aſſignare, & vocem in capitulo, nec non quandocumque aliqua ex modernis abbatiſſis conventualibus deceſſerit, aut ceſſerit, in Abbatiſſam Monaſterii hujusmodi unam ex monialibus regularis obſervantie, preficere, ac quod moniales pro dicta reformatione introductas habitum, qui inibi geritur, geſtari facere, & quod ſi eidem videretur illam ad ordinem ejusdem Monaſterii transferre, aliaque ſtatuere, libere & licite valeret expreſſe concedebatur, ita tamen quod per hujusmodi ingreſſum monialium regularis obſervantie in monaſteria conventualium ſuppreſſi & extincti non forent, nec eſſe cenſerentur.

Cumque prefatus D. Patriarcha commiſſarius & executor apoſtolicus hujusmodi litterarum ac facultatum vigore ad reformationem nonnullorum monaſteriorum proceſſiſſet, transferrendo etiam aliquod eorum de ordine ad ordinem & in nonnullis etiam habitum monialium juxta reformationis indigentia expreſſe mutaverit, pluraque alia fecerit, ſicut in publicis documentis ipſius latius continetur, & cum inter alia monaſterium quoque S. Marthe Venetiarum ordinis S. Benedicti reformatione non parum indigere comperiſſet ac demum reformare ſtatuiſſet, functus prius erga conventuales moniales ejusdem clementiſſimi patris offitio exhortando eas ad meliorem vitam, & admonendo tandem cum neque in Monaſterio prefato S. Marthe, neque alibi ejusdem ordinis Moniales ad reformationem illius faciendam, idoneas inveniſſet, ſeparatis atque in unam partem Monaſterii redactis monialibus conventualibus predictis una tantum excepta, que ſe reformationem hujusmodi cupere ac ſuperiorum ſuorum mandatis obedire velle reſpondit, auctoritate apoſtolica ſibi conceſſa quinque moniales de Ven. Monaſterio S. Joſeph Venetiarum Ordinis Sancti Auguſtini de obſervantia in monaſte-

ſterium predicte S. Marthe pro ipſius reformationem introduxit, illasque ſic introductas poſt nonnullos dies ſolemniter viſitavit ac unam ex monialibus ipſis regularibus magis idoneam in Abbatiſſe conventualium coadiutricem, recepto prius ab ea fidelitatis juramento elegit & deputavit, dando eidem facultatem & regimen dicti Monaſterii S. Marthe quo ad Moniales regularis obſervantie tradens etiam in manibus ejuſdem ſic electe & deputate claves dicti monaſterii, ac librum regule & conſtitutionum ejuſdem, ſtallumque ac Sedem in choro & vocem in capitulo aſſignavit, & dedit pluraque alia ad hoc pertinentia, fecit juxta facultatem litterarum apoſtolicarum deſuper conceſſarum, prout in actis cancellarie prefati D. Patriarche latius continetur. Poſtque ſucceſſive omnes & ſingule moniales regularis obſervantie predicte ipſi coadiutrici per D. Patriarcham tunc electe & deputate, reverentiam & obedientiam debitam preſtiterunt ipſasque omnes & ſingulas moniales, ut ſupra introductas, predictus D. Patriarcha in ſuo habitu priori ac regula S. Auguſtini, ejusque obſervantia libere dereliquit, in qua tam ipſe introducte quam alie moniales poſt reformationem hujusmodi ad religionem ab eis recepte ſimiliter libere perſeveraverunt & perſeverant usque ad hanc diem ipſo D. Antonio Patriarcha dum viveret hoc ſciente & permittente, & poſt ipſius mortem Reverendiſs. D. Patriarcha moderno ſimiliter tolerante.

Verum mortua nuper Abbatiſſa Conventualium predicti Monaſterii S. Marthe cum Reverendiſs. D. Patriarcha modernus ſive ejus Vicarius ſecundum litterarum Apoſtolicarum tenores, unam ex gremio monialium de obſervantia in Abbatiſſam ejusdem eligere ac deputare decreviſſet, prout jam elegit ac deputavit, orta eſt dubitatio circa delationem habitus & obſervantiam regule earumdem maxime propter nonnulla verba in litteris apoſtolicis contenta, quibus inter cetera Reverendiſs. D. Antonio Patriarche conceditur, ut Moniales pro reformatione Monaſterii introductas habitum, qui inibi geritur geſtari facere, & ſi ei viſum fuerit, illas ad ordinem ejusdem Monaſterii transferre ac ſtatuere quod divina officia ſolemniter & devote & juxta morem regularis obſervantie inibi celebretur libere & licite valeat, & propterea Abbatiſſa, & moniales predicte a Reverendiſs. D. Patriarcha moderno ſive ejus Vicario, ut habitum dicti Monaſterii S. Marthe, quod eſt ordinis S. Benedicti, ad preſens ſuſcipere & geſtare debeant requiſite, non parum mirari atque inter ſe dolere ceperunt, timentes ne habitum & regulam Sancti Auguſtini, ſub qua omnes & ſingule moniales predicte, tot annis, tantisque laboribus usque ad hunc diem Domino ſervierunt, ac profeſſionem fecerunt, cum gravi ſcandalo ac turbatione conſcientiarum ipſarum invite deſerere ac mutare cogerentur.

Quare Abbatiſſa & moniales predicte, attento quod neque mens fel. rec. Leonis in litteris ſuis fuit illas ad regule vel habitus mutationem compellere, neque intentio Reverendiſs. D. Antonii olim Patriarche habitum & regulam predictam mutandi fuiſſe appareat; cui poteſtas hujusmodi transferendi ac mutandi per easdem litteras Apoſtolicas procul dubio ac primitus concedebatur, imo clare conſtat hoc eum nequaquam feciſſe, ſed magis moniales ipſas, quando pro reformatione eas in Monaſterium introduxit, ac poſtea eas viſitavit, ſemper in ſuo habitu ac regula pacifice dimiſiſſe, easque ſic dimiſſas, neque per ſe, neque per alium, ullo unquam tempore quousque vixit, eas coegiſſet invenitur, cum tamen eodem tempore nonnulla alia Monaſteria, que reformare intenderet de uno ordine ad alium ordinem expreſſe tranſtulerit, ac nominatim etiam habitum Monialium mutaverit, quod hic facere penitus omiſit, ad tollendam igitur omnem ambiguitatem & turbationem conſcientiarum ipſarum, ac graviſſimam moleſtiam, quam ob rei difficultatem ac novitatem predicte moniales incurrerent,

Digitized by Google

ſerent, ſi ad hujuſmodi habitus & regule mutationem cogerentur, atque ad obviandum ſcandalis & rerum ſpiritualium detrimentis ac divini cultus diminutioni, que exinde facile ſequi poſſent, maxime cum nullam ex ſororibus ſuis regularis obſervantie ſecum habeant, que eas novam regulam, novaſque ceremonias docere poſſit. Supplicant S. V. ut omnes & ſingulos litterarum Apoſtolicarum ſuper reformatione hujuſmodi conceſſarum tenores, ſingulosque proceſſus, ac omnia geſta & documenta per bon. mem. D. Antonium Contarenum olim Patriarcham Venetiarum Commiſſarium & executorem Apoſtolicum deſuper habitos celebratos & ſcriptos, & in Cancellaria Patriarchatus conſervatos pro ſufficienter & de verbo ad verbum expreſſis habentes, ut ſub habitu & regula S. Auguſtini, ſub qua hactenus vixerunt tam ipſe ad preſens in Monaſterio S. Marthe predicto exiſtentes, quam alie in futurum recipiende, pro tempore religioſe vivere ac perpetuo remanere ſicut hactenus vixerunt, & remanſerunt libere & licite poſſint, perinde ac ſi Monaſterium S. Marthe prefatum de ordine S. Benedicti ad ordinem S. Auguſtini a die ingreſſus ipſarum tranſlatum fuiſſet, expreſſe ac ex nunc ipſum Monaſterium ad prefatum ordinem S. Auguſtini in forma ampliori rem expreſſe transferre ac tranſlatum fore conſtituere, & ordinare dignemini, omni meliori ac validiori modo rem de benignitate Apoſtolica concedere & indulgere.

Et quod neque a moderno Patriarcha, neque a ſucceſſoribus pro tempore exiſtentibus ad aliam regulam vel alium habitum compelli poſſint abſolventes eas a quibuſvis tranſgreſſionibus & cenſuris, quas forſan ob perſeverantiam in ſuo habitu & regula hujuſmodi preteritas incurriſſent. Non obſtantibus ordinationibus & conſtitutionibus Apoſtolicis ac in corpore juris clauſis extendebatur in forma.

Et non obſtantibus litteris circa reformationem hujuſmodi quomodolibet a Sede Apoſtolica quandocunque emanatis, preſertim illis in quibus dicitur & conceditur quod D. Patriarcha Moniales pro reformatione in Monaſterium introductas habitum, qui inibi geritur geſtari facere, & ſi ſibi videatur illas ad ordinem ejuſdem Monaſterii transferre libere poſſit, & non obſtantibus aliquibus actis vel geſtis, ſeu aliquo proceſſu per predictum D. Antonium Patriarcham in reformatione ac poſtea quandocumque circa Monaſterium & moniales predicte habito & celebrato preſertim illo, in quo narratur quod dum idem Patriarcha elegiſſet ac deputaſſet in coadiutricem Abbatiſſe Conventualium Monaſterii S. Marthe predicte Sororem Antoniam Maurocenam in ſignum facultatis ac regiminis Monaſterii ac monialium ſibi conceſſis eidem Sorori Antonie coram ſe reverenter genuflexe & acceptanti tradidit in manibus inter alia librum regule & conſtitutionum Monaſterii prefati, aliiſque in contrarium facientibus quibuſcumque, inhibentibus etiam Moderno Reverendiſs. D. Patriarche &c.

Digitized by Google

D E

MONASTERIO

O L I M

S. MARIÆ MATRIS CHRISTI,

NUNC SANCTÆ CLARÆ.

Acturus in ſuis celeberrimis Annalibus Wadingus de origine Monaſterii S. Claræ Venetiarum paucis verbis rem omnem tranſigit, & illa eadem refert, quæ fuerunt a Franciſco Gonzaga memoriæ prodita. Nimirum hoc Aſceterium Fundatricem agnoſcere Beatam Agnetem Aſſiſienſem S. Claræ ſororem, primam vero Abbatiſſam Auriam ejusdem Sanctæ diſcipulam. Cur nihil præterea addiderit Wadingus, in cauſa, (inquit) incendium fuit, quo Monaſterii, quotquot extabant, documenta perierunt. Hæc ſunt laudatiſſimi Hiſtorici verba Tom. II. pag. 369. *Hoc item anno non ex certa ſcientia, aut gravi aliquo momento extructum, ait Gonzaga, Monaſterium S. Claræ Venetum ſundatri-*

ce

ce B. Agnete Claræ ſorore, & ſorore Auria Claræ diſcipula prima Abbatiſſa. Ampliorem bujus loci notitiam miniſtrare non poſſumus, conflagratis ex infortunio univerſis Conventus ſcripturis.

Sed tantam jacturam aquis potius quam igni maxima ex parte tribuendam eſſe, mihi manifeſto compertum eſt. Locum enim coram inſpexi, & quæ ſupererant pergamenæ a me diligenter excuſſæ fuerunt, nec licuit dubitare autographa Cœnobii documenta provido, & opportuno conſilio flammis furentibus fuiſſe ſubducta, quæ deinde incaute ſepoſita ſunt in humili prope humum cubiculo, ubi prætereuntis proximæ aquæ humor pervadens ſenſim ſenſimque plurimas ex ipſis pergamenis madefecit, quæ ea de cauſa marceſcendo putruerunt, adeo ut litteræ inſcriptæ vel plane evanuerint, vel atramento liqueſcente ſimul in maculas coaluerint, e quibus pauca erui potuerunt. Quantum hinc detrimenti cœperit Monaſterii hujus hiſtoria, conſtat ex ejus cataſticis ante hoc infortunium digeſtis, in quibus extat Index Scripturarum & Pontificiorum Diplomatum, quæ in putreſcentem pulverem redacta ſunt. Quidquid igitur exſcribi potuit, non ſine improbo labore tranſumpſi, ut ex iis, quæ ſuperfuerunt, veritas originis innoteſcat, & ſacri loci decus augeatur.

Primum itaque, quod occurrit ex aſſervatis documentis antiqua Monaſterii exordia & nomen illius mulieris refert, quæ Cœnobio adhuc ædificando præfecta fuerat Prioriſſa. Anno itaque MCCXXXVII. in menſe Martio *Conſtantia Prioriſſa Monaſterii Sanctæ Mariæ Matris Jeſu Chriſti de novo ædificandi de Ordine Sancti Damiani propter præceptum Jacobi Theupoli Ducis Venetiarum*, & per legem Judicum Examinatorum immiſſa fuit in poſſeſſionem de amplo ſpatio terræ *aqua ſuperlabente poſito in confinio Sanctæ Crucis*, quod anno præcedenti in menſe Septembri Joannes Baduarius, & Maria Uxor Philippi Juſtiniani, & Lavinia vidua Joannis Storlato ambæ olim filiæ Petri Baduarii obtulerant dictæ Conſtantiæ, ejuſque ſororibus perpetuo in eodem Monaſterio Domino famulaturis (A). Hæc Monaſterii S. Mariæ Matris Jeſu Chriſti, quod modo mutato titulo S. Claræ nuncupatur, veriſſima ſunt exordia; an vero ædificato Monaſterio Venetias ad regularem vitam in eo inducendam acceſſerit Beata Agnes, ejuſque prima Abbatiſſa conſti-

Digitized by Google

ſtituta fuerit Auria Divæ Claræ diſcipula, quod ex Gonzaga aſſerit Wadinghus, mihi incompertum eſt. Informe fragmentum, quod initium eſſe videtur Chroniculæ, tacita Agnetis fundatione Auriam primam Abbatiſſam aſſert, & Conſtantiam loci inſtitutricem ex familia *Calba* prodiiſſe aſſerit, duaſque filias genuiſſe Mariam, & Gabriellam, quæ primum in Cœnobio S. Marci de Hymanis vitam monaſticam profeſſæ, mox matrem in novi Aſceterii inſtitutione adjuverunt. Cum autem ſcheda multis ſcateat erroribus, atque ab imperito viro videatur ſcripta fuiſſe circa ſæculum XV. ſatius erit eam rejicere, quam oppugnare.

Rejectis itaque tum falſis, tum dubiis rebus, ea potius afferre in lucem expedit, quæ certa documentorum veritate fulciuntur. Non autem, quia Monaſterium legimus *Ordinis Sancti Damiani*, putandum eſt Sanctimoniales regulam S. Petri Damiani, (ut autumarunt aliqui) profeſſas fuiſſe, ſed hoc ad Aſſiſienſe Monaſterium refertur ſub Sancti Damiani Martyris titulo ædificatum, in quo S. Clara Seraphici S. Franciſci hortatu, *pauperum Dominarum* Ordinis exordia diſpoſuit. Rem eruditiſſime diſcutit Abbas Grandius Camaldulenſis in Diſſertat. Camald. in appendice ad Diſſertat. IV. n. III. pag. 125.

„ Secundo inſignis eſt, ut optime Sejanus etiam animadver-
„ tit, hallucinatio eorum, quos Laderchius bona fide ſecutus
„ eſt Lib. I. cap. 14. num. 3. *Vitæ S. Petri Damiani*, tradens S.
„ Claram Virginem Aſſiſiatem, Divi Franciſci ſororem, Re-
„ gulæ S. Petri Damiani nomen dediſſe, quia a Gregorio IX.
„ tum ipſa, tum ejus Sorores *Ordinis S. Damiani* appellantur:
„ enimvero ibi de Ordine Monaſterii *S. Damiani Martyris*
„ prope Aſſiſium extructi ſermo eſt, non de inſtitutionibus *S.*
„ *Petri Damiani*, ut perſpicuum eſt ex Bullis a Wadingo re-
„ latis ad finem Tomi I. & II. Annalium Minorum. Veriſſi-
„ mum eſt tamen, Moniales S. Claræ per duodecim ſaltem an-
„ nos, nempe ab anno 1212. ad 1224. (nonnullas etiam uſ-
„ que ad 1239. ut oſtendit Wadingus loco cit. & confirmat Ja-
„ cobillus T. III. II. Umbriæ) Regulam S. P. Benedicti & Or-
„ dinem Monaſticum profeſſas; nec deſunt qui ad Camaldu-
„ lenſe Inſtitutum illas per id tempus referendas eſſe arbitren-
„ tur, non quidem ob Regulam S. Petri Damiani, cui nomen
„ dederint, ſed ob Conſtitutiones Camaldulenſes, quas illis
obſer-

„ obſervandas præſcripſerat Cardinalis noſter Hugolinus, qui
„ (juxta Jacobillum) ex Abbate Monaſterii S. Sylveſtri de
„ Monte Subaſio a S. P. Romualdo conſtructi, & ſub Ordi-
„ ne Camaldulenſi tunc etiam vigentis, ad Purpuram fuerat
„ evocatus; & certe videntur Clariſſæ ex Camaldulenſium
„ imitatione Incluſionis legem per id tempus ſervaſſe, unde
„ idem Cardinalis Hugolinus, poſtea Gregorius IX. earum
„ Privilegiis, Wadingo teſte in Apologetico de Monachatu
„ S. Franciſci Sect. VI. §. 5. num. 9. hanc clauſulam inſertam
„ voluit: *Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati*
„ *Benedicti Regulam, atque Inſtitutum Monialium* Incluſarum
„ S. Damiani Aſſiſiatis *inſtitutus eſſe dignoſcitur*. Quare ex
„ D. Claræ familia ejuſdem Gregorii IX. Juſſu, B. Pacifica,
„ B. Balbina, ejus nominis inter Damianiſtas prima, ad Cœ-
„ nobium Camaldulenſium S. Mariæ Vallis Gloriæ, (quod
„ ſub Abbatis S. Silveſtri de Monte Subaſio Juriſdictione flo-
„ rebat) reformandum ſunt deſtinatæ, ut Jacobillus oſtendit.

Clariſſimi Authoris aſſertiones optime ex mox afferendis documentis comprobantur, in quibus *Sorores incluſæ Ordinis S. Damiani* a Gregorio IX. appellantur anno ſui Pontificatus XIV. Chriſti videlicet 1241. & *Sorores incluſæ ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Monialium incluſarum S. Damiani Aſſiſinatis* ab Innocentio IV. nuncupantur anno IV. ſui Pontificatus, qui Chriſti eſt annus 1247. ex quibus profecto documentis, quæ adhuc autographa aſſervantur, manifeſto arguitur, non tantum uſque ad annum 1239. ut notat ex Wadingho & aliis Grandius, ſed etiam uſque ad annum 1247. Moniales Clariſſas Regulam S. Benedicti profeſſas fuiſſe.

Loci itaque poſſeſſionem rite iniit Conſtantia anno MCCXXXVII. quem redditibus etiam inſtructum fuiſſe ex anni inſequentis diplomate apparet; Gregorius enim IX. anno MCCXXXVIII. die XXVIII. Junii datis ad Epiſcopum Caſtellanum Apoſtolicis litteris eidem mandavit, ut Monaſterium Sanctæ Mariæ Matris Chriſti, *quod ſuper poſſeſſionibus & aliis bonis ſuis* multipliciter vexabatur, *contra perverſorum audaciam efficaciter præſidio defenſionis* aſſiſteret. (B) Triennio inde elapſo *Abbatiſſæ & Sororibus incluſis libertates omnes, & immunitates pia* ipſis *liberalitate conceſſas authoritate Apoſtolica* confirmavit, ſtatuens inſu-

ſtituta fuerit Auria Divæ Claræ diſcipula, quod ex Gonzaga aſſerit Wadinghus, mihi incompertum eſt. Informe fragmentum, quod initium eſſe videtur Chroniculæ, tacita Agnetis fundatione Auriam primam Abbatiſſam aſſert, & Conſtantiam loci inſtitutricem ex familia *Calba* prodiiſſe aſſerit, duaſque filias genuiſſe Mariam, & Gabriellam, quæ primum in Cœnobio S. Marci de Hymanis vitam monaſticam profeſſæ, mox matrem in novi Aſceterii inſtitutione adjuverunt. Cum autem ſcheda multis ſcateat erroribus, atque ab imperito viro videatur ſcripta fuiſſe circa ſæculum XV. ſatius erit eam rejicere, quam oppugnare.

Rejectis itaque tum falſis, tum dubiis rebus, ea potius afferre in lucem expedit, quæ certa documentorum veritate fulciuntur. Non autem, quia Monaſterium legimus *Ordinis Sancti Damiani*, putandum eſt Sanctimoniales regulam S. Petri Damiani, (ut autumarunt aliqui) profeſſas fuiſſe, ſed hoc ad Aſſiſienſe Monaſterium refertur ſub Sancti Damiani Martyris titulo ædificatum, in quo S. Clara Seraphici S. Franciſci hortatu, *pauperum Dominarum* Ordinis exordia diſpoſuit. Rem eruditiſſime diſcutit Abbas Grandius Camaldulenſis in Diſſertat. Camald. in appendice ad Diſſertat. IV. n. III. pag. 125.

„ Secundo inſignis eſt, ut optime Sejanus etiam animadver-„ tit, hallucinatio eorum, quos Laderchius bona fide ſecutus „ eſt Lib. I. cap. 14. num. 3. *Vitæ S. Petri Damiani*, tradens S. „ Claram Virginem Aſſiſiatem, Divi Franciſci ſororem, Re-„ gulæ S. Petri Damiani nomen dediſſe, quia a Gregorio IX. „ tum ipſa, tum ejus Sorores *Ordinis S. Damiani* appellantur: „ enimvero ibi de Ordine Monaſterii *S. Damiani Martyris* „ prope Aſſiſium extructi ſermo eſt, non de inſtitutionibus *S.* „ *Petri Damiani*, ut perſpicuum eſt ex Bullis a Wadingo re-„ latis ad finem Tomi I. & II. Annalium Minorum. Veriſſi-„ mum eſt tamen, Moniales S. Claræ per duodecim ſaltem an-„ nos, nempe ab anno 1212. ad 1224. (nonnullas etiam uſ-„ que ad 1239. ut oſtendit Wadingus loco cit. & confirmat Ja-„ cobillus T. III. II. Umbriæ) Regulam S. P. Benedicti & Or-„ dinem Monaſticum profeſſas; nec deſunt qui ad Camaldu-„ lenſe Inſtitutum illas per id tempus referendas eſſe arbitren-„ tur, non quidem ob Regulam S. Petri Damiani, cui nomen „ dederint, ſed ob Conſtitutiones Camaldulenſes, quas illis

obſer-

Digitized by Google

„ obſervandas præſcripſerat Cardinalis noſter Hugolinus, qui „ (juxta Jacobillum) ex Abbate Monaſterii S. Sylveſtri de „ Monte Subaſio a S. P. Romualdo conſtructi, & ſub Ordi- „ ne Camaldulenſi tunc etiam vigentis, ad Purpuram fuerat „ evocatus; & certe videntur Clariſſæ ex Camaldulenſium „ imitatione Incluſionis legem per id tempus ſervaſſe, unde „ idem Cardinalis Hugolinus, poſtea Gregorius IX. earum „ Privilegiis, Wadingo teſte in Apologetico de Monachatu „ S. Franciſci Sect. VI. §. 5. num. 9. hanc clauſulam inſertam „ voluit: *Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati* „ *Benedicti Regulam, atque Inſtitutum Monialium* Incluſarum „ S. Damiani Aſſiſiatis *inſtitutus eſſe dignoſcitur*. Quare ex „ D. Claræ familia ejusdem Gregorii IX. Juſſu, B. Pacifica, „ B. Balbina, ejus nominis inter Damianiſtas prima, ad Cœ- „ nobium Camaldulenſium S. Mariæ Vallis Gloriæ, (quod „ ſub Abbatis S. Silveſtri de Monte Subaſio Juriſdictione flo- „ rebat) reformandum ſunt deſtinatæ, ut Jacobillus oſtendit.

Clariſſimi Authoris aſſertiones optime ex mox afferendis documentis comprobantur, in quibus *Sorores incluſæ Ordinis S. Damiani* a Gregorio IX. appellantur anno ſui Pontificatus XIV. Chriſti videlicet 1241. & *Sorores incluſæ ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam, atque inſtitutionem Monialium incluſarum S. Damiani Aſſiſinatis* ab Innocentio IV. nuncupantur anno IV. ſui Pontificatus, qui Chriſti eſt annus 1247. ex quibus profecto documentis, quæ adhuc autographa aſſervantur, manifeſto arguitur, non tantum usque ad annum 1239. ut notat ex Wadingho & aliis Grandius, ſed etiam usque ad annum 1247. Moniales Clariſſas Regulam S. Benedicti profeſſas fuiſſe.

Loci itaque poſſeſſionem rite iniit Conſtantia anno MCCXXXVII. quem redditibus etiam inſtructum fuiſſe ex anni inſequentis diplomate apparet; Gregorius enim IX. anno MCCXXXVIII. die XXVIII. Junii datis ad Epiſcopum Caſtellanum Apoſtolicis litteris eidem mandavit, ut Monaſterium Sanctæ Mariæ Matris Chriſti, *quod ſuper poſſeſſionibus & aliis bonis ſuis* multipliciter vexabatur, *contra perverſorum audaciam efficaciter præſidio defenſionis* aſſiſteret. (B) Triennio inde elapſo *Abbatiſſæ & Sororibus incluſis libertates omnes, & immunitates pia* ipſis *liberalitate conceſſas authoritate Apoſtolica* confirmavit, ſtatuens inſu-

inſuper, ut *per viſitatorem* ſui *Ordinis* viſitarentur, & *ad Sacramenta eccleſiaſtica* eis miniſtranda *aliqui Fratrum* Minorum Ordinis deputarentur; Ita decrevit Pontifex die v. Martii anno MCCXLI. (C) Has *immunitates, & exemptiones* quas enuntiavit Gregorius, late deinde exhibuit Innocentius IV. qui in ſuis Apoſtolicis litteris *Abbatiſſæ Monaſterii S. Mariæ juxta Canalem prope Giratam ejusque Sororibus incluſis*, Romæ datis die XVIII. Maii anno MCCXLVII. ipſas *ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam, atque inſtitutionem Monialium Incluſarum Sancti Damiani Aſſiſinatis* viventes, ſub ſua, & Beati Petri protectione recepit, dumque ipſis plurima indulta ex benignitate elargitur, eas etiam exemptiones, & immunitates confirmavit, a Petro Pino Epiſcopo Caſtellano pridem indultas, qui anno MCCXXXVI. menſe Julio de conſenſu, & voluntate ſui Capituli Monaſterium S. Mariæ Matris Chriſti, in confinio S. Crucis diſpoſitum *ab omni jure Epiſcopali, & cujuslibet conditionis obligatione* liberavit, & exemit; conſecrationem tantummodo Eccleſiæ, & Sororum gratis exhibendas ſibi reſervans, unamque libram ceræ ſtatuens in feſto S. Petri pro cenſu annuatim ſolvendam.

Has igitur Caſtellani Epiſcopi exemptiones cum approbaſſet Innocentius Pontifex, ſtatuit, ut *ad judicium perceptæ a Sede Apoſtolica libertatis unam libram ceræ* ſibi, & ſucceſſoribus *annuatim* ſolvere tenerentur. (D) Aliis deinde aliisque beneficiis Monaſterium hoc cumulavit Alexander Pontifex; tres etenim adhuc ſuperſunt ipſius Pontificis Apoſtolicæ litteræ, quarum una die VIII. Junii anno MCCLV. data Monaſterium Sororum Incluſarum S. Mariæ Matris Chriſti de Venetiis ab onere ſolvendi decimam *de bonis* olim *ad dotem Jacobinæ Monialis* pertinentibus exemptas eſſe decrevit, (E) mox die XV. Februarii anno MCCLVII. ſibi ſuperius enuntiatum cenſum pro XL. annis ſolutum fuiſſe confeſſus eſt, (F) poſtremo datis anno MCCLX. die XXVII. Martii, Thomæ Franco Epiſcopo Caſtellano patentibus litteris eidem mandavit, ut Abbatiſſæ & Conventui S. Mariæ Matris Chriſti, ſi ab ipſis requiſitus fuerit, *de plano & ſine ſtrepitu judicii reſtitui* faceret *bona, a detentoribus* injuſte occupata (G). Eadem ferme ipſi Epiſcopo mandavit Urbanus IV. anno MCCLXII. die XXVII. Martii ampliſſimis verbis hortans, ut in tribulationibus, quibus

bus Moniales affictabantur contra moleſtato earum laudabili magnanimitate conſurgeret, ita ut ab anguſtiis, & preſſuris ſuæ protectionis præſidio reſpirarent (H). Poſt hæc Joannes XX. quinto ſui Pontificatus menſe Viterbii degens Monialibus S. Mariæ Matris Chriſti de Venetiis Ordinis S. Claræ (ſic deinceps nominari cœpit Ordo in allatis diplomatibus ſemper Ordo S. Damiani nuncupatus) conceſſit, *ut poſſeſſiones, & alia bona, quæ liberas perſonas Sororum jam in* Monaſterio profeſſarum *jure ſucceſſionis, vel alio juſto titulo, ſi remanſiſſent, contigiſſent, & ipſæ potuiſſent libere erogare,* poſſent *petere, recipere, ac etiam retinere ſine juris præjudicio alieni*. Datum fuit Diploma die IV. Februarii anno MCCLXXVII. (I) A quo deinceps anno ex iis plurimis, quæ in Cataſtico veteri enuntiantur, Apoſtolicis bullis, unica tantum (cæteris humiditate loci, ut diximus, conſumptis) ſupereſt Martini IV. qua anno MCCLXXXIII. die XV. Februarii Joanni Epiſcopo Patavino ejusque in hoc negotio Collegis mandavit, ut ſententiam in controverſia *inter Prioriſſam & Conventum Sancti Pauli Tarviſini Ordinis Prædicatorum, & Prioriſſam & Conventum S. Mariæ de Cella Venetiarum Ordinis S. Claræ ex una parte, & Guidonem Præceptorem, & Fratres domus militiæ Templi S. Thomaſii Tarviſini* ex altera *ſuper quibusdam terris* vertente a Proſavio Epiſcopo Tarviſino, contra dictos præceptorem, & fratres ordinaria authoritate latam, & a qua ad Sedem Apoſtolicam provocatum fuerat, ipſe Epiſcopus ejusque Collegæ in hujusmodi appellationis cauſa procedentes ipſam aut confirmarent, aut reſcinderent (K). Cum vero Joannes Epiſcopus *gravi infirmitate corporea occupatus* (ex qua poſtea eodem anno obiit) *dictæ cauſæ cognitioni, & deciſioni intereſſe non poſſet, vices ſuas Petro de Clugia Canonico Plebis de Curte* (Eccleſia eſt apud Oppidum Plebis Sacci Paduanæ Diœceſis,) & ejus Capellano, in cauſa prædicta commiſit, cum de ipſius diſcretione, ac legum peritia admodum confideret. Subdelegatio Epiſcopi acta fuit anno ipſo MCCLXXXIII. die IV. Jun. (L) cujus menſis die XXIV. laudatiſſimus Præſul ad laborum præmia evolavit, inter optimos numerandus Paſtores, ut merito aſſerit Ughellus, qui tamen corrigendus eſt in Epiſcopi nomine, dum ipſum, quem Joannem in ſententia nominatum reperio, Joannem Baptiſtam appellat ex æquivoco fortaſſe epigraphes

Digitized by Google

ſepulcralis deceptus, quæ incipit: *Nomine Baptiſta Paduanus Epiſcopus iſte*. Cum autem Præcurſoris nomen ſit Joannes, titulus vero officii Baptiſta, ex ipſa etiam epigraphe colligitur nomen Epiſcopi fuiſſe *Joannes*, ideoque in verſu vocem *Baptiſtæ* poſitam fuiſſe, ut ex conſonantia cum ultimo verbo *iſte* rithmum carmini daret. Sed de his, quæ ad rem noſtram minus ſpectant, hæc obiter dicta ſint: venerabilis enim Epiſcopi nomen, & merita Clar. Vir Abbas Brunaccius erudite illuſtrabit. Bona deinde controverſa Monaſteriis Tarviſino & Veneto adjudicavit Bernardus de Griſopulo Judex Arbiter, amplo judicio lato die xx. Julii anno ipſo MCCCLXXXIII. (M). Iis Sedis Apoſtolicæ privilegiis munitæ, & Divinæ miſerationis ope protectæ Sanctimoniales in auſtera Seraphicæ regulæ obſervantia diu perſeveraverunt, donec frigeſcente antiquæ pietatis fervore, & collabente de die in diem diſciplina, ut ipſas ad veterem morum ſanctimoniam revocaret ſedula Pontificum cura Apoſtolicas manus admovit. Hujuſce reformationis munus non in hoc tantum Monaſterio, ſed & in multis aliis Venetæ Diœceſis Apoſtolica auctoritate exercendum, Antonio Contareno pio æque ac zelanti Patriarchæ Venetiarum demandatum fuerat. Hic pro inſita animi pietate de remedio afferendo ſollicitus, ne laxatæ diſciplinæ damna ad perniciem animarum latius manarent, Sanctimoniales è Sanctæ Crucis Venetiarum, & S. Sepulcri Cœnobiis acceptas ad Monaſterium S. Claræ deduxit; cumque pridem Monaſterium ipſum in duas dividi partes mandaſſet, alteram earum antiquis incolis, quæ Conventuales vocabantur, & ſub Minorum Conventualium regimine non ſatis quidem accurato vixerant, reliquit, alteram vero inductis Monialibus in regulari obſervantia viventibus aſſignavit. Obſervantium cœtui data fuit Abbatiſſa Domitilla Baduaria Sanctæ Crucis, quæ nihil magis arbitrata eſt ſibi ſtudioſius agendum, quam ut eximiæ pietatis puellas in recentem plantationem insereret. Duas itaque primum ex Patritia Gente Molina egregias Virgines Gabrielam, & Serafinam ad Religionis conſortium admiſit, quarum exemplo excitatæ nonnullæ aliæ ibidem Seraphico inſtituto dare nomina certatim expoſtularunt. Eas cum novo cœtui adnumeraſſet Domitilla, quaſi omnia ad perfectam Monaſterii reformationem abunde compleſſet, ad antiquas S. Crucis ædes reverti

voluit;

volait; quod cum & cæteræ quoque ejusdem Monaſterii reformatrices pariter egiſſent, Cœnobii regimen ſupralaudata Gabriela interea ſuſcepit, donec tres ex Aſceterio S. Mariæ Miraculorum egregiæ Virgines Franciſca & Magdalena Sorores è gente Gabriela, & Cecilia ignoti agnominis ad Divæ Claræ clauſtra translatæ fuerunt, ut ſub Fratrum Minorum, quos Obſervantes vocant, cura & obedientia juniores Sanctimoniales ibidem in Regulari diſciplina ſolidarent. Ex iis Franciſca Gabriel ſpectatæ pietatis Virgo in Abbatiſſam conſtituitur, cujus tamen regiminis tempus ad triennii ſpatium arctatum fuit, Conventuales enim perpetuam ſibi Abbatiſſam eligere conſueverant. Circa hæc tempora Angela Boldu Conventualium Abbatiſſa quæ XXXIV. Moniales ſibi adhærentes adhuc numerabat, datis ad Clementem VII. ſupplicibus libellis expoſuit, ſe ſuaſque filias *fervore devotionis accenſas* reformari, & regularem vitam agere ſummopere exoptare. Eapropter Apoſtolicam authoritatem exorabant, ut Patriarchali jurisdictioni ſubjicerentur, eisque Confeſſarius ex Minorum Conventualium Ordine aſſignaretur, qui eccleſiaſtica Sacramenta ipſis, prout hactenus conſuetum fuerat, miniſtraret. Per litteras in forma Brevis die VI. Maii anno MDXXIX. ſignatas aſſenſit Pontifex, mox cum ex Veneti Oratoris relatu accepiſſet doloſas Sanctimonialium ſupplicationes *in præjudicium* tendere *laudabilis reformationis per Antonium Patriarcham factæ*, priores litteras die XXIII. Julii eodem anno revocavit, & penitus irritas eſſe voluit, Venetoque Patriarchæ inhibuit, ne ad illarum executionem quoquo modo procederet (N). Clementi VII. ſucceſſit in Apoſtolica Sede Paulus ejus nominis III. cui cum innotuiſſet, quam laudabili morum mutatione, quantoque religionis & pietatis incremento proceſſiſſet peracta ab Antonio Patriarcha Monialium reformatio, *ut tam laudabile* pium, & *exemplare opus* ad perfectionem deduceretur, Hieronymo Quirino Patriarchæ Venetiarum, atque Hieronymo Barbadico Ducalis Baſilicæ Primicerio *per Apoſtolica ſcripta* anno MDXXXV. die VIII. Julii mandavit, ut quoties *pro parte Andreæ Gritti Ducis, & Dominii Venetiarum* requiſiti fuiſſent, & agerent, & perficerent, quæ Leo Papa X. pridem ſupralaudato Patriarchæ Contareno commiſerat *ulteriorem nempe, & totalem* Monaſteriorum, & Monialium in eis degentium reformationem. In Apoſtolici itaque

que obedientiam decreti, attenta abſentia Patriarchæ, Hieronymus Primicerius a Duce, & Dominio Venetiarum requiſitus die XXVII. Julii ſuperius enuntiati anni multa decrevit, & ſtatuit ad optimum Monialium regimen opportuna (O). Quamvis autem Apoſtolicæ litteræ Monaſteria univerſa complecterentur, quæ in Veneta Diœceſi reformatione indigerent, attamen inter ea cenſuit Pontifex Monaſteria Monialium S. Claræ non comprehendi, utpote in regulari obſervantia ſolide conſtituta, voluitque inſuper, & Apoſtolica authoritate decrevit, quod ſi prædicta Monialium S. Claræ Monaſteria *reformatione indigerent, id per* Miniſtrum Provincialem Ordinis Fratrum Minorum de obſervantia ageretur. Hæc ſtatuit Paulus III. in ſuis Epiſtolis prædicto Miniſtro datis die XXVII. Novembris ejusdem anni MDXXXV. (P). Cum vero *Franciſcus Donato Dux, & Conſilium Xvirorum Venetiarum* per Oratorem in Romana Curia degentem eidem Paulo Pontifici exponi feciſſent, *Monaſteria, & domus Monialium a cura, & ſuperioritate Fratrum ſuorum Ordinum exempta, & per eccleſiaſticas perſonas ſæculares ex conceſſione Apoſtolica ſalubriter directa*, majora de die in diem ſuſcipere religionis incrementa, ex quo ſperandum eſſet, *quod ſi reliqua ejusdem Civitatis Monaſteria Monialium, ac domus ſub cura Fratrum Minorum de Obſervantia degentium a cura, & ſuperioritate eorumdem Fratrum pariter eximerentur, ac curæ & gubernio ſimilium perſonarum eccleſiaſticarum ſæcularium ſubmitterentur, ex hoc profecto Monaſteriorum conſervationi, ac Monialium quieti, & earum ſaluti animarum non parum conſuleretur*. Opportuna Reipublicæ conſilia lubens excepit Pontifex, atque Joanni della Caſa *electo Beneventano* Venetias legationis Apoſtolicæ munus agenti die XXIX. Julii anno MDXLVI. mandavit, ut Monaſteria Ordinis S. Claræ Venetiarum a cura, & gubernio Fratrum Minorum de Obſervantia eximeret, *ac ſub ſua, & pro tempore exiſtentis Apoſtolicæ Sedis Nuntii* cura, gubernio, & adminiſtratione redigeret (Q).

Dum hæc aguntur, Franciſcæ Gabrielæ ſucceſſit in munere Soror ejus Magdalena Gabriela, cujus triennii tempore abſoluto, Abbatiſſa conſtituitur Cecilia olim S. Mariæ Miraculorum profeſſa, quæ decimo ſui regiminis menſe migravit ad Sponſum. Monaſterio itaque iterum præfecta fuit ſupralaudata Magdalena

dalena

Digitized by Google

dalena anno 1548. eique poſtmodum ſuffecta anno 1551. Gabriela Molino, quam ſuperius diximus in reformato hoc Monaſterio omnium primam Seraphicum habitum aſſumpſiſſe. Huic ſucceſſerunt:

Anno 1554 Magdalena Gabriel Abbatiſſa. Iterum 1559.

Anno 1556 Seraphina Molino. Iterum 1562. 1566.

Anno 1565 Gabriela Molino, quæ eodem anno Moniales, quæ ex Conventualium numero ſupererant, in obſervantium cœtum excepit, indeque diviſas prius ædes in unum Obſervantis Monaſterii corpus redegit. Anno deinde inſequenti oneri ceſſit. Coacta tamen fuit anno 1569. Monaſterii regimen iterum aſſumere, quod laudatiſſime adminiſtravit electa etiam anno 1578.

Anno 1573 Franciſca jugi orationis ſtudio, & ſumma vitæ auſteritate clariſſima, cujus virtutem maximo Monaſterii infortunio probare voluit Altiſſimus; nocte enim intempeſta, quæ diem IV. Januarii anni MDLXXIV. præceſſit, ignis fortuito exortus Eccleſiam ex integro, & potiorem Monaſterii partem devoravit. Incendii fama per urbem vulgata Fratres Cœnobii S. Franciſci de Vinea, præcedente Joanne Balbi tunc temporis Vicario, poſtea Archiepiſcopo Corcyrenſe, de ſororum ſuarum periculo anxii ad Monaſterium S. Claræ ſe contulerunt, omnique ſtudio & labore id egerunt, ut flammæ jam in immenſum ſuccreſcentes latius non ſerperent, Moniales vero dolore non minus, quam terrore percitas ad honeſtam domum Monaſterio proximam cymbis vehi curaverunt, in qua biduo commoratæ, donec flammis inter ambuſtas ædes ſubſidentibus, ac deinde penitus extinctis ad eam, quæ ſupererat Monaſterii partem, reverſæ ſunt. Ut autem incendii damna eo, quo fas erat modo, reficerent Sanctimoniales, labores ſuos contulerunt, piorumque opem implorarunt, quorum adjutæ ſubſidiis Eccleſiam primum, mox & Monaſterium opportune renovarunt.

Anno 1575 Iterum electa fuit Abbatiſſa Seraphina Molino, qua Cœnobium regente, cum ſæviſſima peſtis anno 1576. per Urbem graſſaretur, Moniales ita Dei miſeratione protectæ fuerunt, ut toto atrociſſimæ luis tempore, nulla earum ex quocunque morbo decubuerit.

Anno

Digitized by Google

Anno 1581 Hieronyma, quæ ſecundo ſui regiminis anno muneri renuntiavit.

Anno 1583 Seraphica de Ca da Piero. Iterum 1589.

Anno 1586 Clementia a Legge. Iterum 1601.

Anno 1592 Maria Felix a Vetula (dalla Vecchia) cujus regiminis anno ſecundo Clemens VIII. Pontifex Maximus motu proprio *Sanctæ Claræ*, *Sanctæ Crucis*, *Sancti Sepulcri*, *Sanctæ Mariæ Majoris*, *ac Beatæ Mariæ de Miraculis Monialium Monaſteria Civitatis Venetiarum*, *quæ hactenus ſub cura Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia permanſerant*, *ab omni cura*, *& jurisdictione dictorum Fratrum perpetuo* exemit & ſeparavit; *ipſaque Monaſteria*, *ac perſonas*, *& bona curæ & jurisdictioni immediatæ Patriarchæ Venetiarum perpetuo* ſubjecit. Quocirca die XVIII. Febr. anno MDLXXXXIV. dato Diplomate, Epiſcopis Paduano & Brixienſi, atque Apoſtolicæ Sedis apud Venetos Nuntio mandavit, ut Apoſtolicas litteras ſuper hoc confectas ſolemniter publicarent, quæ inviolate perpetuo obſervarentur (R).

Solicitudinem hujuſce Abbatiſſæ pro conſervanda traditione ſacri clavi, qui in Eccleſia colitur, mox afferemus.

Anno 1595 Excelſa de Medicis, quæ renovatam Eccleſiam ad complementum adduxit.

Anno 1598 Candida Bragadeno.

Anno 1604 Cecilia a Vetula, quæ decimo ſuæ dignitatis menſe obiit.

Anno 1604 Ludovica a Legge.

Anno 1608 Perpetua Contareno. Iterum 1620.

Anno 1612 Maria Columba Daſin.

Anno 1615 Maria de Gherardis. Iterum 1623.

Anno 1617 Gliſentia de Gliſentis, cujus ſtudio Eccleſia renovata munus conſecrationis a Joanne Theupulo Patriarcha Venetiarum accepit, ut in epigraphe marmorea Eccleſiæ parieti affixa notatur.

D.O.M.

Digitized by Google

D. O. M.

„ Eccleſiam hanc Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. D. Joannes
„ Theupulus Miſeratione Divina Patriarcha Venetiarum Dalmatiæque Primas anno primo ſui Patriarchatus conſecravit,
„ auxitque quotannis impertiendo devote viſitantibus centum
„ dies de vera Indulgentia. Pontificatus Sanctiſſimi Domini
„ Noſtri D. Pauli Papæ V. anno XVI. Principatus Sereniſs.
„ Antonii Prioli II. annuente admodum Rev. Sorore Gliſentia Gliſenti Abbatiſſa MDCXX. Indictione III. v. Kal. Maii.

Anno 1626 7. Dec. Maria Benedicta de Medicis. Iterum 1642. 25. Januar.

Anno 1629 7. Dec. Fauſtina Capis.

Anno 1632 14. Dec. Margharita Federle.

Anno 1636 1. Jan. Celeſtina Negroni.

Anno 1639 5. Januar. Electa Moretti. Iterum 1648. 13. Januar.

Anno 1645 5. Jan. Gradonica Gradonico.

Anno 1651 18. Jan. Maria Stella Venerio.

Anno 1754 19. Januar. Clementia Paccata. Iterum 1660. 28. Januar.

Anno 1657 22. Jan. Franciſca Coſſalli.

Anno 1663 30. Januar. Eugenia Daſin. Iterum 1672. 5. Februarii.

Anno 1666 5. Febr. Hieronyma Borichio.

Anno 1669 5. Febr. Emilia Palazzi.

Anno 1675 5. Febr. Maria Amabilis Magnavin. Iterum 1684. 13. Febr.

Anno 1678 5. Febr. Blanca Toſetti.

Anno 1681 5. Febr. Perpetua Pezza.

Anno 1687 18. Febr. Paulina Caſtagna.

Anno 1690 21. Febr. Gabriela Bortoluccia. Iterum 1699. 26. Febr.

Anno 1693 23. Feb. Marina Bonamin.

Anno 1696 26. Febr. Urſula Bella. Iterum 1702. 1. Mart.

Anno 1705 3. Martii Antonia Maria Guidotti. Iterum 1711. 5. Martii, 1717. 3. Martii.

Anno

Digitized by Google

Anno 1708 4. Martii Chriſtina Campioni.

Anno 1714 3. Martii Maria Vincentia Aſtori. Iterum 1720. 4. Martii.

Anno 1723 6. Martii Perina Florena.

Anno 1726 7. Martii Maria Catharina Dies. Iterum 1732. 11. Martii.

Anno 1729 7. Martii Maria Bernarda de Carlinis. Iterum 1741. 14. Martii.

Anno 1735 12. Martii Joanna Maria Bogiſava. Confirmatur 1738. 13. Martii.

Anno 1744 14. Martii Maria Celeſtis de Biondinis.

Anno 1747 14. Martii Maria Eliſabeth Celes. Confirmatur 1750. 14. Martii.

Venerabile omnique theſauro pretioſius æternæ ſalutis nōſtræ pignus aſſervatur honorifice in hac Eccleſia, Clavus ſcilicet ferreus, quem ipſum illum fuiſſe, qui Dominicos pedes ſuper Crucis patibulum terebravit, non tam antiqua traditio, & conſtans univerſi populi Venetiarum veneratio, quam crebra, & olim tota Urbe ſpectata prodigia teſtantur. Idipſum olim exhibebant, ut traditur, authentica documenta olim in Archivo aſſervata, quibus & ſacræ Reliquiæ identitas, & Sanctiſs. donatoris Ludovici regis Galliæ hujus nominis IX. liberalitas comprobabantur; verum cum ex deplorabili incendio, quo Monaſterium ex maxima parte flagravit, Archivum, & contenta in eo monumenta pariter periiſſent, ne ex temporum injuria muneris, & largitoris memoria ex integro deleretur, rei ſeriem ad poſterorum agnitionem publico ſcripto commendari voluerunt Sanctimoniales; quod quidem ſimplici ſtylo concinnavit Maria Felix a Vetula, poſtea ipſius Aſceterii Abbatiſſa. Fateor equidem enarrationem hanc fortaſſe apud ſeverioris notæ criticos fabellam olere poſſe, attamen cum rem, quæ paſſim per omnium manus verſatur, diſſimulare non debeam, notas aliquas addere ad rerum circumſtantias illuſtrandas non abs re fore cenſeo.

Jeſus



Digitized by Google







Longitudo Clavi unc. 9. $\frac{2}{4}$.

Digitized by Google

Jeſus Maria.

„ Io Suor Maria Felice della Vecchia faccio memoria de
„ quello, che io ho ſentito dir la verità dalle noſtre Madre
„ vecchie del Monaſterio, del Santiſſimo Chiodo (*a*), cioè,
„ che San Lodovico Re di Francia (*b*) il portò lui in perſona
„ al Monaſterio, quel Santiſſimo Chiodo era in t' una caſſet-
„ tina di rame rivolto, & infaſciato con una faſſetta cremeſi-
„ na, e d'oro (*c*) con un ſtramazzetto di bombaſio fatto di
„ cendado cremeſin, quale coſe dico di haverle viſte cogli
„ miei occhi, e queſta caſſetta era in t' un' altra caſſetta di
„ legno inferrata con molte ſtricche di ferro, e queſta poi in
„ t'una altra di legno ſchietta; ma però ſerata, & imbro-
„ cata beniſſimo.

„ E venne queſto Santo Rè al Monaſterio noſtro de San-
„ ta Chiara quì a Venetia in habito di pellegrino (*d*), &
„ battendo alla roda, dimandò la R. M. Abbadeſſa, qual an-
„ dò, & inſieme con le Madre Rodiere viſte queſto Santo Pel-
„ legrino, il quale diſſe alla Madre Abbadeſſa; vi dò, e con-
„ ſegno queſto trameſſo fino, ch'io torno, habbiatene gran
„ cura, e cuſtodia con altre amorevole parole. Partitoſi il S.
„ Pellegrino dal Monaſterio ſenza dir il nome ſuo, la R. M.
„ portò quello trameſſo, ovver caſſella nel ſuo albergo, qual
„ era a pepian, & meſſe queſta caſſella in t'un coffano delle
„ ſcritture, e dove ſi teniva le milior, e maggior coſe del Mo-
„ naſterio; & fu ſalvata con grandiſſima cuſtodia fino, che
„ veniſſe il ſopradetto Pellegrino a tuorla, il qual laſsò un'
„ anello, (*e*) e diſſe: ſe non vedè l'inſcontro di queſto, non
„ date a niuno queſto trameſſo.

„ Hor paſſati già molti anni, non venne mai neſſuno, (*f*)
„ la coſa era quaſi smenticata. Intravenne, che creſcendo le
„ acque grandemente, cioè le acque ſalſe, venne a inondar el
„ Monaſterio, per eſſer in mezo le acque, come ſi vede, &
„ molto baſſo il luoco, cioè albergo, donde era la caſſella
„ co il Santiſſimo Chiodo, onde che l'acqua venne molto al-
„ ta in quel loco, ma però lontana più de un brazzo dal coffa-
„ no donde era la Reliquia, a tal che l'haveva fatto, come un
„ muro attorno il ſuddetto coffano, oltra che'l coffano era al-
„ to da terra ſenza che neſſuna coſa il tocaſſe, ma per virtù
„ divina.

„ A quelli tempi ſi teneva in Monaſterio delle fantoline,
„ che ſi chiamava Zaghette, cioè putte di cinque, ſie, e ſette anni per Zaghette, & queſte pute cioè Zaghette vedeva molte volte de i lumi, cioè torzi acceſi ſopra queſto loco, & anco le ſentiva gran armonie di Angeli ſopra el ditto luoco, a tal che quelle R. M. ſi diſpoſe di voler veder quello, ch'era nella ſudetta caſſetta; e così deliberate, le chiamò il ſuo Padre Confeſſor, qual era Padre de i Frà Menori, quali Padri governava all'hora il Monaſterio; e venne dentro col ſuo Compagno apparati con lumi, & andò al preditto albergo che ſi chiamava l'albergo di Madonna, inſieme con la R. M. Abbadeſſa, e tutte le Monache, & cavo fori la ſudetta caſſetta, & aperſe, & nell'aprir ſe ſentì un odor molto ſuaviſſimo a tal che tutti reſtò, come fora di ſe per ſtupore, e meraviglia. Et aperta la prima, e ſeconda e terza caſſetta, ſi trovò dentro il ſopranominato Santiſſimo Chiodo con molti danari, cioè ori Franceſi, & altre Reliquie con una ſcrittura, che narrava, come il Rè Lodovico gl'haveva portato di ſua man, quel preſente, qual era il Santo Chiodo vero, che fu paſſati li piedi al Noſtro Signore Miſſier Gieſù Chriſto; & ſe dice, che'l fece di molti miracoli in quei tempi; e de tutto ne era memoria in ſcrittura; ma ſucceſſe un grandiſſimo incendio, che conſumò mezza parte del Monaſterio con gran danno, e ruina, & conſumò tutte le memorie, che ſi haveva di queſto, e di molte altre coſe di utile del Monaſterio, che per eſſer di notte, no ſi poſſe ricuperar: ſolo eſſo Santiſſimo Chiodo (g) con l'anello, & altre Reliquie, che ſon in tel tabernaculo, fu ſcampate per miracolo, perche il Signor fecè terminar il foco donde era le preditte Reliquie col Santiſſimo Chiodo.

Io Suor Eccelſa affermo, ut ſupra.
Io Suor Clementia affermo, ut ſupra.
Io Suor Cecilia affermo, ut ſupra.
Io Suor Felicita affermo, ut ſupra.
Io Suor Daria affermo, ut ſupra.
Io Suor Lodovica affermo, ut ſupra.
Io Suor Serafica affermo, ut ſupra.
Io Suor Rafaella affermo, ut ſupra.

Digitized by Google

(*a*) Nemo eſt, qui ignoret, Clavos Dominicæ Paſſionis a Diva Helena Imperatrice ſimul cum ſalutifero Crucis ligno Hieroſolymis inventos fuiſſe: id unanimi ſententia aſſerunt omnes fere Orientalis, & Occidentalis Eccleſiarum Hiſtorici; *quo autem locorum* poſt celeberrimam univerſoque Chriſtiano Orbi utiliſſimam ſacrorum pignorum inventionem, *Dominici clavi devenerint* ex Divo Ambroſio Mediolan. Archiepiſcopo addiſcimus, qui in Oratione de obitu Theodoſii aſſerit *primum* ex ſacris clavis *in mare Adriaticum ad ſedandas tempeſtates jactum, in quo tam frequentia naufragia erant, ut navium vorago diceretur: duos alios Conſtantino Imperatori oblatos, hunc quidem fræno, illum galeæ inſerendum*. Hæc pari modo tradunt Theodoretus Hiſt. Tripart. lib. II. c. 8. Nicephorus lib. VIII. cap. 29. & alii recentiores; ex quibus tamen duo eruditiſſimi Jeſuitæ Gretſerus & Ferrandus, alter lib. I. de Cruce, alter lib. I. Deſquiſ. Relig. notant primum clavum *non tam demerſum fuiſſe in mare, quam immerſum, vix enim credibile eſt Helenam tanto theſauro, & ſolatio tam ſe, quam alios penitus privare voluiſſe*: ad cujus rei probationem optime facit, quod lib. III. Hiſtoriarum, refert Joannes Zonara, Conſtantinum nempe Imperatorem in capite æneæ ſtatuæ Byzantii erectæ ſuoque nomini dedicatæ clavum incluſiſſe, qui Chriſtum Dominum Cruci affixi. Si ergo iis clavis, quos in fræno galeaque inſeruit, hunc adjungimus in æneo ſimulacro collocatum, manifeſte arguitur, tertium ad ſedandas Adriatici procellas *demerſum* potius, quam *immerſum* fuiſſe. *Clavus, qui fræno inſitus fuit* (ut ex antiqua traditione, referunt Daniel Mallonius & alii) *Mediolani in magnificentiſſima Metropolitana Baſilica inviſitur, & maxima cum veneratione colitur*, alter vero, *qui Conſtantini Cæſaris caſſidem, ſive diademà tenuit* (ut pariter ex traditione acceptum aſſerit Hadrianus Liteus) *Romæ in æde S. Crucis adorandus proponitur*. Tertius itaque *clavus quo Chriſti Servatoris pedes Cruci affixi fuere* (ita Franciſcus Gonzaga Mantuanus

Epiſcopus in II. Par. Originis Seraph. Relig. Prov. S. Antonii Monaſt. VI. S. Claræ Venetiarum) in hujus Conventus *ſacrario religioſe aſſervatur*. Qua autem ratione Clavus hic ad Sancti Regis Ludovici IX. (cui acceptum referunt Moniales) exinde devenerit, diligentius eſt inquirendum. Piiſſimo huic Principi, *qui* (ut cum Bzovio teſtantur Wadingh. Bellarminus, & alii) *fuit inter alia Sanctarum Reliquiarum obſervantiſſimus*, cum innotuiſſet, *Spineam Coronam Domini, & magnam portionem vivificæ Crucis Chriſti una cum aliis pretioſis, & ſanctis Reliquiis* a Balduino Imperatore Conſtantinopolitano, *pro urgenti* in qua verſabatur *neceſſitate, diverſis creditoribus, & diverſis temporibus pignori obligatas fuiſſe*, eas *magna pecuniæ quantitate redemit*, atque *Pariſios*, de ipſius Imperatoris beneplacito, transferri fecit. Hæc unanimi ſententia Bzovius, Paulus Æmilius Veronenſis de rebus Geſtis Franc. lib. VII. & alii; quamvis inter ea ſacra pignora Clavum Domini nominatim non recenſeant. Imperiale tamen Baldovini Diploma, quod a Dubrevil. affertur in Theatro Antiquit. Pariſienſ. lib. I. pag. 103. cum propriis nominibus venerandas Reliquias exprimat, *Clavum* Domini ſingillatim notat tertio loco: *ſacroſanctam Spineam Coronam Domini, & Sanctam Crucem & Clavum*. Neque vero objiciat mihi quiſpiam Clavum Dominicum a Sancto Rege *magna* pecuniæ quantitate redemptum, adhuc Pariſiis in celebri D. Dionifii Sacello aſſervari; clavus enim, qui ad *Divi Dioniſii inter ſacra Cimelia cuſtoditur*, ille eſt, quem, (ut teſtatur Jo. Ferrandus lib. ſuperius citato) *Carolus Calvus Imperator in Regia illa Baſilica depoſitum, a ſuis Francis, & a ſubſequuturis Regibus voluit coli*. Carolus autem Calvus per tria & amplius ſæcula Sanctiſſimi Regis Ludovici ortum præceſſit.

(*b*) Sanctum Regem Ludovicum, quem ſuperius diximus *Sanctarum Reliquiarum* obſervantiſſimum, quamvis præcipuo ardore ipſas exquireret, tamen de amplificando Dei, & Sanctorum cultu ſollicitus eximia liberalitate nonnullas ipſarum ſacris ſeu Monaſteriis ſeu Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiis dono dediſſe manifeſtum eſt; ab ipſo enim venerabilem Dominicæ Coronæ ſpinam ſe accepiſſe fatentur Canonici Anicienſes, cujus quidem donationis Diploma a Ferrando affertur locis ſupracitatis. Sed & Eccleſia Toletana pretioſas de venerandis ipſius Sancti Regis ſanctuariis particulas ſe poſſidere gloriatur, ab ipſo datis epiſtolis anno Domini 1248. dono miſſas, ut videre eſt apud Bzovium in Annal. Tom. XIII. ad annum 1248. n. XI. Addit loco citato Ferrandus: *Vizaliacenſes merito gloriantur portionem Veſtis purpureæ, in qua illuſus fuit Servator noſter, a D. Ludovico Francorum Rege longe pientiſſimo ad ſe anno 1267. fuiſſe transmiſſam, & in ſingulare Regiæ beneficentiæ amorisque pignus dono datam.* Aliam Sancti Regis donationem affert Franciſcus Barbaranus Ordinis Capuccinorum alumnus in Hiſtoria Eccleſiaſtica Vicentina lib. 2. c. 44. quo loco ſcribit Ludovicum IX. Galliarum Regem anno 1239. portionem Ligni Dominicæ Crucis, & Sacroſanctæ Coronæ ipſius Spinam unam B. Bartholomeo Epiſcopo Vicentino dono miſiſſe his epiſtolis ad eum (ut fertur) datis:

Ludovicus Dei gratia Francorum Rex dilecto ſibi in Chriſto Bartholomæo eadem gratia Epiſcopo Vicentino ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

„ Ad inſtantem petitionem veſtram de pretioſo Ligno Dominicæ Crucis, & Sacroſanctæ Coronæ ipſius Spinam unam vobis in ſignum dilectionis conferimus, dilectionem veſtram rogantes attente, quatenus eam debito conſervetis, & conſervare faciatis honore, & pro nobis orare velitis, & orationes faciatis fieri ſpeciales.

„ Dat. Pariſiis anno Domini 1259. die Jovis poſt feſtum S. Nicolai Hyemalis: in cujus rei perpetuum teſtimonium præſentes literas noſtro ſigillo præcepimus communiri.

Si autem Sancti Regis munere hæ, quas enuntiavimus, Eccleſiæ ſacris Reliquiis ditatæ fuerunt, haud mirum vi-

videri poteſt, ſi Venetis, cum quibus præclara fœdera inierat Ludovicus, & Serafico Ordini, quem præcipuo proſequebatur affectu, Clavum illum donaverit, quod in ipſa Urbe primum ſimul cum cæteris ſacris Reliquiis pignori obligatum fuerat.

(c) Antiquiſſimi moris in Eccleſia fuit ſacras Reliquias, & Sanctorum lipſana velis ſericis obvolvere; ut notant S. Hieronymus, aliique eccleſiaſtici Scriptores; ita & in Eccleſia Angelorum Florentiæ aſſervatur Clavus Holoſerico purpureo villoſo honorifice involutus.

(d) Plurima Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ exempla exhibent Sanctorum Regum, qui religionis cauſa ſacras peregrinationes ad illuſtriora Sanctuaria, ſeu ad Sanctorum ſepulcra ſuſceperunt. Hanc Ludovici IX. humilem peregrinationem ab antiquis Scriptoribus alto ſilentio prætermiſſam teſtantur præ cæteris Bzovius in Annal. Wadingh. & Bellarminus, qui lib. III. de Officio Principis Chriſtiani hæc ſcribit: " Decrevit quandoque pius Rex ſeptennio peregrinari, & loca ſancta inviſere. Venit igitur Peruſium ad S. Ægidium Franciſcanum inſtar pauperis peregrini, & ignoti una cum ſociis ſuis.

(e) Regium annulum olim inter furentis incendii flammas mirabiliter illæſum aſſervant adhuc honorifice Sanctimoniales, cujus exempla per calcographi opus varie inciſa in adverſa tabula ſimul cum pretioſi clavi figura exhibemus.

(f) Anno 1270. ut teſtantur cum Wadingh. cæteri Eccleſiaſtici Scriptores *ad octavo Kal. Septembris Sanctus Rex a profluvio, vel, ut alii volunt, communi exercitus lue rebus humanis valedixit.*

(g) Ut ut de Sancti Regis peregrinatione, deque ipſius Venetias appulſu res ſe habeat, hoc tamen certum eſt ab immemorabili tempore S. Clavum in Eccleſia S. Claræ fuiſſe cultum; neque propterea de ipſius veritate ambigendum eſt, quia multi aſſervantur in Chriſtiani Orbis Eccleſiis Dominicæ Paſſionis Clavi: etenim (ut prudentiſſime animadvertit Juſtus Fontaninus Ar-

chie-

Digitized by Google

chiepiſcopus Ancyranus in ſua erudita Diſſertatione de Corona Ferrea Langobardorum cap. XIII. nu. V.) quamvis vigintiquinque numerentur Clavi, quos variis in locis pia Fidelium veneratio colit, quos inter Venetiis in Patriarchali, Ducali, & Clariſſarum Eccleſiis aſſervati memorantur, attamen Romani Pontifices, qui hanc clavorum multitudinem non ignorabant, fidelium animos ab eorum obſequiis, & cultu avertere nunquam voluerunt; in promptu enim ſunt rationes, quæ tot clavorum numerum, & venerationem illis exhibitam vindicant: alios enim clavos eſſe, qui Domini corpus in Cruce ſuſtinuerunt, alios ad connectendas diverſas Crucis partes adhibitos, alios ex verorum particulis efformatos, quibus forſitan addi poſſunt ii, quibus prodigioſam Chriſti imaginem Beryti in Syria veteri perciti odio confoderunt Judæi. Quod autem ex veri clavi particulis aliqui clavi efformati ſint, conſonat traditioni, quæ in Florentina Angelorum Eccleſia viget: de qua hæc affert Fortunius in Hiſtoriis Camald. Part. II. lib. IV. cap. IX. " Clavus unus ex duodecim clavis, " qui Conſtantini Magni Imperatoris juſſu formati " ſunt, ut morem gereret S. Helenæ matri, ex uno " videlicet ex tribus veris, quibus Chriſtus affixus " fuit Cruci, & cum tanto ferro immixto ex quan" to potuerunt confici duodecim clavi pro reveren" tia duodecim Apoſtolorum. Qui quidem clavus " fuit Neapoleonis Urſini Cardinalis, & nunc qua" ſi ab incude novus veniſſe videtur. Aſſervatur ho" loſerico purpureo villoſo honorifice involutus, in" tra unam ex eburneis capſulis, ſcripta habens, " quæ dicta ſunt.

Con-

Conſtantia Prioriſſa Monaſterii de novo ædificandi S. Mariæ Matris Chriſti Ordinis Sancti Damiani, inveſtitur per legem Curiæ Examinatorum de terra aqua ſuperlabente poſita in confinio Sanctæ Crucis.

A 1237. Martii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

IN Nomine Domini Dei & Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti Anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo menſis Martii Indictione decima Rivoalti. Teſtificor Ego Petrus de Sacco Miniſterialis Curiæ Palatii, quod die duodecima exeunte ſupraſcripto menſe propter preceptum D. Jacobi Theupulo Incliti Venetiarum Ducis, & per legem Judicum Examinatorum inveſtivi ſine proprio ad nomen Conſtantiæ Prioriſſæ Monaſterii Sanctæ Mariæ Matris Jeſu Chriſti de novo ædificandi de ordine S. Damiani & omnium Sororum perpetuis temporibus in eodem Monaſterio immorantibus nomine ipſius Monaſterii videlicet totam terram aqua ſuperlabente poſitam in confinio Sanctæ Crucis, quæ firmat uno ſuo capite in canale becullo & alio ſuo capite firmat in comenzura per quam itur ad butiniam uno ſuo latere firmat in canale de Girata & alio ſuo latere firmat in palude propter unam offercionis & ſecuritatis cartam factam anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo ſexto menſis Septembris Indictione decima Rivoalti quam Joannes Badovarius de confinio S. Jacobi de Luprio & Maria uxor Phylippi Juſtiniani de confinio S. Pantaleonis, & Lavinea relicta Joannis Storlato de confinio S. Thomæ ambo filiæ quondam Petri Badovarii de dicto confinio S. Pantaleonis Fecerunt ſupradictæ Conſtantiæ Prioriſſæ Monaſterii Sanctæ Mariæ Matris Jeſu Chriſti de novo ædificando de ordine Sancti Damiani, omnibus Sororibus perpetuis temporibus in eodem Monaſterio commorantibus nomine ipſius Monaſterii, per quam eis dederunt, donaverunt atque tranſactaverunt nomine dicti Monaſterii totam ſupraſcriptam & prædeſignatam terram aqua ſuperlabente & cetera, ut in ea legitur. Ad hæc teſtificamur nos Daniel & Stephanus Foſcari ambo Fratres de confinio Sanctæ Crucis. Quod nos ad curiam fuimus quando ſupraſcriptus Dominus noſter Dux per legem Judicum Examinatorum ſupraſcriptam inveſticionem ſine proprio poni precepit & cum eodem miniſteriali ibi fuimus, quando ipſe de mandato & commiſſione ſupraſcripti Domini noſtri Ducis & per legem Judicum Examinatorum poſuit ſupraſcriptam inveſticionem ſine proprio ad nomen ſupraſcriptæ Conſtantiæ Prioriſſæ & Sororum ipſius Monaſterii ſuper tota ſupraſcripta & prædeſignata terra aqua ſuperlabente propter ſupraſcriptam offercionis, & ſecuritatis cartam. Hæc per teſtimonium dicimus. Signo ſupraſcripti Petri Miniſterialis &c.

Ego Daniel Fuſcari m. m. ſs.
Ego Stephanus Fuſcari m. m. ſs.
Ego Stephanus Betani Judex Examinatorum m. m. ſs.

Ego Donatus S. Mariæ Matris Domini Presbyter & Notarius complevi & roboravi.

Gre-

Digitized by Google

Gregorius IX. mandat Epiſcopo Caſtellano, ut perturbatores Monaſterii S. Mariæ Matris Chriſti ab injuſtiis moleſtiis coerceat.

B .1238. 28. Junii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri .. Epiſcopo Caſtellano Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut accepimus Monaſterium S. Mariæ Matris Chriſti de Venetiis Ordinis S. Damiani a nonnullis qui a ſe divinum timorem ... vidente .... ſuper poſſeſſionibus & aliis bonis ſuis multiplici .... volentes & dilectarum in Chriſto filiarum ... Abbatiſſe ac Sororum incluſarum ejuſdem eo ſollici ... providere quieti quo propter imbecillitatem ipſarum & obſervantiam regularem minus habent potentiam reſiſtendi, & moleſtantium malitiis obviare fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus eidem monaſterio contra perverſorum audaciam efficaciter preſidio defenſionis aſſiſtens non permittas eas ſuper premiſſis vel aliquibus indebite moleſtari moleſtatores hujusmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Datum Laterani IIII. Kal. Julii Pontificatus noſtri anno duodecimo.

Gregorius IX. Sororibus S. Mariæ Matris Chriſti de Venetiis confirmat ſuas exemptiones, ſtatuitque ut eas in ſpiritualibus regat aliquis ex ordine Fratrum Minorum.

C 1241. 5. Martii.

Ex Autographo in Monaſt. S. Claræ Venet.

GRegorius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Chriſto filiabus ... Abbatiſſe & Sororibus incluſis Monaſterii Sanctæ Mariæ Matris Chriſti de Venetiis ordinis Sancti Damiani Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Religionis veſtre meretur honeſtas ut vos ſpeciali diligentes in Domino caritate Apoſtolice Sedis gratia proſequamur. Ipſe nobis propoſita ut divinis obſequiis tanto diligentius intendatis quanto propenſiori favore vos ſenſeritis confoveri. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati benignum impertientes aſſenſum libertates omnes & immunitates pia vobis liberalitate conceſſas auctoritate vobis Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus eadem auctoritate nichilominus ſtatuentes, ut per viſitatorem ordinis veſtri ſecundum ejusdem viſitemini inſtituta. & ad celebrandum vobis divina officia & exhibendum ſacramenta eccleſiaſtica vobis aliqui Fratrum Minorum Ordinis deputentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani III. Nonas Martii Pontificatus noſtri anno XIV.

Digitized by Google

Innocentius IV. ſub protectione Romanæ Sedis recipit Monaſterium S. Mariæ Matris Jeſu Chriſti Ordinis S. Damiani ſub regula S. Benedicti, & exemptionem Petri Pini Epiſcopi Caſtellani confirmat.

D 1247. 18. Maii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ Monaſterii Sanctæ Mariæ juxta Canalem prope Giratam, ejusque Sororibus incluſis, tam preſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eas a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacre religionis enervet. Eapropter dilecte in Domino filiæ veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium Eccleſiæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ juxta canalem prope Giratam Caſtellanæ Dioceſis, in quo divino mancipate eſtis obſequio ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum & beati Benedicti regulam atque inſtitutionem Monialium incluſarum Sancti Damiani Aſiſinatis in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principium, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma vobis, & eis, que vobis ſucceſſerint & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefatum Monaſterium ſitum eſt cum omnibus pertinentiis ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas e ſeculo fugientes ad converſionem recipere, ac eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Pro conſecrationibus vero altarium vel eccleſiæ veſtre ſive pro oleo ſancto vel quolibet eccleſiaſtico Sacramento nullus a vobis ſub optentu conſuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, ſed hec omnia gratis vobis Epiſcopus dioceſanus impendat. Alioquin liceat vobis hec auctoritate noſtra recipere a quocunque malueritis catholico antiſtite gratiam & communionem Sedis Apoſtolicæ obtinente. Quod ſi ſedes Dioceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia eccleſiaſtica Sacramenta a vicinis Epiſcopis accipere libere & absque contradictione poſſitis, ſic tamen ut ex hoc impoſterum proprio Epiſcopo nullum prejuditium generetur. Quia vero interdum proprii Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habeatem, de quo plenam notitiam habeatis per vos tranſire contigerit ab eo benedictiones Monialium, vaſorum, & veſtium, & conſecrationes altarium recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis clauſis janu is, excommunicatis interdictis excluſis, non pulſatis campanis, divina officia celebrare. Obeunte vero ſe nunc ejuſdem loci abbatiſſa vel earum aliqua, que tibi ſucceſſerit nulla ibi quelibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia

pre-

preponatur, niſi quam Sorores communi conſenſu vel Sororum major pars conſilii ſanioris ſecundum Deum & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Porro ſi Epiſcopi vel alii Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrum vel perſonas regulares inibi Domino famulantes ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tanquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati veſtre paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates, quas Venerabilis Frater noſter Petrus Epiſcopus (a) Caſtellanus de Capituli ſui aſſenſu Monaſterio veſtro indulſiſſe dinoſcitur, ſicut in ejuſdem Epiſcopi litteris plenius continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti privilegio communimus. Tenorem autem litterarum ipſarum de verbo ad verbum preſenti privilegio inſeri fecimus, qui talis eſt. Petrus divina miſeratione Epiſcopus Caſtellanus dilectis in Chriſto filiabus & Sororibus congregatis ad honorem Dei Omnipotentis & beatæ Mariæ matris Jeſu Chriſti commorantibus in confinio S. Crucis ſalutem & benedictionem. Cum Monaſterium in honore beatæ & glorioſæ ſemperque Virginis Marie Matris Jeſu Chriſti juxta canalem prope Giratam in Dioceſi Caſtellana conſtrui feceritis, ut ibidem devote domino famulantes pro nobis & aliis peccatoribus orare poſſitis a nobis humiliter poſtulaſtis, ut monaſterium & perſonas ibidem domino ſervientes intuitu pietatis & pro redemptione peccatorum veſtrorum a jure epiſcopali, ſeu alterius conditionis gravamine eximere deberemus. Eapropter veſtræ piæ, ac humili peticioni pio concurrentes aſſenſu preſatum monaſterium & perſonas illic nunc & in futurum commorantes cum omnibus bonis ſuis conſenſu & voluntate Capituli noſtri ab omni jure Epiſcopali, & cujuslibet conditionis obligacione tam in temporalibus quam in ſpiritualibus pleno jure liberamus & eximimus, nichil aliud nobis & Eccleſiæ Caſtellanæ in eisdem reſervantes, niſi conſecrationem Eccleſiæ & altariorum & conſecrationes ac benedictiones Abbatiſſe & Sororum ejuſdem loci cum fuerimus requiſiti, ſi tamen nos & ſucceſſores noſtri gratis & ſine pravitate aliqua voluerimus benedicere & conſecrare. Reſervamus etiam nobis unam libram cere in feſto beati Petri vel octo diebus ante vel octo poſt pro cenſu nobis annis ſingulis perſolvendam. Supradictis omnibus conſenſit Capitulum Caſtellanum ibidem preſentialiter conſtitutum videlicet Johannes Archipresbyter, Jacobus Primicerius, Thomas Presbyter, Johannes Longo, Bartholamæus Canonici Caſtellani. Ad perpetuum autem robur & majorem cautelam prefatus Dominus Epiſcopus, & Capitulum Caſtellanum hanc exemptionem ſigillis propriis munierunt.

Datum die ultimo exeunte menſe Julio Venetiis in palatio Epiſcopali. Preſentibus Stephano Faletro, Michaele Marig. Canonicis S. Marci, Daniele Fuſcaro, Quirino Vendilino, & aliis. Ego Antolinus Paganus Presb. Plebanus S. Samuelis & Notarius huic exemptioni interfui & juſſu dicti Domini Epiſcopi & Capituli memorati ſcripſi complevi & roboravi. Anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimoſexto menſe Julii Indictione Nona Rivoalti. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium te-

(a) Petrus Pinus Epiſcopus Caſtellanus, quem Ughellus Ital. Sac. Tom. v. aſſignavit ad annum 1255. verum ejus adnotator appoſuit ad annum 1235. quod quidem comprobatur ex hoc diplomate, in quo enunciatur Epiſcopus Caſtellanus ad ann. 1236.

Digitized by Google

mere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, Salva Sedis Apoſtolicæ auctoritate. Ad judicium autem percepte a Sede Apoſtolica libertatis unam libram cere perſolvetis nobis noſtriſque ſucceſſoribus annuatim. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino juditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

✠ Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſs.

✠ Ego Oto Portuenſis & S. Rufinæ Epiſcopus ſs.

✠ Ego Petrus Albanenſis Epiſcopus ſs.

✠ Ego Petrus tit. Sancti Marcelli Presb. Card. ſs.

✠ Ego Willelmus Baſilicæ Duodecim Apoſtolorum Presb. Card. ſs.

✠ Ego Fr. Joannes tit. Sancti Laurentii in Lucin. Presb. Card. ſs.

✠ Ego Fr. Hug. tit. S. Sabinæ Presb. Card. ſs.

✠ Ego Octavianus S. Mariæ in via lata Diacon. Card. ſs.

✠ Ego Joannes S. Nicolai in Carcere Tullian. Diacon. Card. ſs.

Datum Lugduni per manum Magiſtri Martini S. R. E. Vicecancell. xv. Kal. Junii Indict. v. Incarnationis Dominicæ anno MCCXLVII. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ IIII. anno Quarto.

Ale-

Alexander IV. Monialibus incluſis S. Mariæ Matris Chriſti de Venetiis indulget, ut de bonis Jacobinæ, olim ejuſdem Monaſterii Monialis, nulli ſolvere decimas teneantur.

E 1255. 8. Julii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilectis in Chriſto Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Sororum incluſarum Sanctæ Mariæ Matris Chriſti de Venetiis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Religionis veſtre meretur honeſtas ut vos ſpeciali diligentes in Domino charitate vobis quantum cum Deo poſſumus favorem & gratiam impendamus. Hinc eſt quod veſtris ſupplicationibus inclinati ut de bonis ad dotem Jacobine Monialis Monaſterii Veſtri dum fuit in ſeculo pertinentibus devolutis ad eumdem Monaſterium ex ingreſſu ipſius ad illud & Profeſſione ab ea facta ibidem quorum proventus ſummam viginti quinque librarum Imperialium ſicut aſſeritis vix excedunt nulli decimas ſolvere teneamini auctoritate vobis preſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Anagnie VII. Idus Junii Pontificatus noſtri Anno Primo.

Alexander IV. fatetur ſe recepiſſe pro XL. Annis a Conventu S. Marie Matris Chriſti de Venetiis cenſum Eccleſiæ Romanæ debitum ſingulis annis.

F 1257. 15. Februarii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Sancte Marie Matris Chriſti de Venetiis Caſtellane Dioceſis Ordinis S. Damiani Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ne de ſolutione cenſus unius libre cere in quo annis ſingulis Eccleſiæ Romanæ tenemini poſſit in poſterum dubitari cenſum ipſum pro quadraginta annis nobis fatemur eſſe ſolutum preſentes vobis litteras in teſtimonium concedentes.

Datum Laterani XV. Kal. Martii Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Thomæ

Thomæ Franco Epiſcopo Caſtellano præſentantur litteræ Alexandri IV. Papæ, quibus ipſi Epiſcopo mandatur, ut Monaſterio S. Mariæ Matris Chriſti de Venetiis reſtituere faciat ſua bona injuſtè ab aliquibus detenta.

G 1260. 27. Martii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo Indictione tertia die Sabbati quinto exeunte Martio Venetiis in brolio Domini Epiſcopi Caſtellani poſt Eccleſiam Epiſcopatus Caſtelli Preſentibus Dominis Leonardo primicerio Caſtellano Damiano Canonico Antonio Plebano S. . . . . . . Plebano S. Jacobi de Lubrio & aliis. Frater.... Monaſterii Sancte Marie Matris Chriſti de cella Servorum Minorum de Venetiis nomine & loco ipſius Monaſterii & pro ipſo Monaſterio ac nomine loco & vice Domine Philippe Abbatiſſe Sororum Minorum ipſius Monaſterii & pro ipſis Sororibus repreſentavit litteras Domini Pape ſigillo ſuo plumbeo pendenti Domino Thomæ Dei gratia Epiſcopo Caſtellano qui Dominus Epiſcopus ipſas litteras accepit, diligenter legit teſtibus ſupradictis Tenor quarum litterarum talis eſt. Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri . . Epiſcopo Caſtellano Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ex parte dilectarum in Chriſto Filiarum Abbatiſſe & Conventus Monaſterii Sancte Marie Matris Chriſti de Venetiis Caſtellane Diœceſis Ordinis S. Damiani ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum ſepe contingat detineri poſſeſſiones & alia bona que devolvi debent ex perſonis Sororum ejusdem loci racione ſucceſſionis vel dotis ſive legati aut elemoſinæ ſeu ex aliis juſtis cauſis ad Monaſterium memoratum ac grave ſit eis ad nos pro ſingulis querelis habere recurſum & coram diverſis judicibus experiri ipſis ſuper hoc dignaremur miſericorditer procedere. Quocirca Fraternitati tue per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus quotiens à dictis Abtiſſa & Conventu fueris requiſitus veritate cognita eis de plano ac ſine ſtrepitu juditii reſtitui facias bona ipſa a detentoribus eorumdem contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita ...... Teſtes autem qui fuerint nominati ſi ſe gratia odio vel timore ſubſtraxerint appellatione ceſſante compellas veritati teſtimonium perhibere.

Datum Anagnie XII. Kal. Februar. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Ego quoque Claretus de Alberino ſacri Palatii Notarius interfui rogatus.

Urba-

Urbanus IV. Epiſcopo Caſtellano mandat, ut moleſtatores Monaſterii S. Mariæ Matris Chriſti de Venetiis ab injuriis deſiſtere Apoſtolica auctoritate compellat.

H 1262. 27. Martii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

URbanus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri . . Epiſcopo Caſtellano & dilectis filiis Abbatibus Prioribus Decanis Archidiaconis Prepoſitis Plebanis & aliis Eccleſiarum Prelatis per Caſtellanam Civitatem & Dioceſim conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Non abſque dolore cordis & plurima turbatione didicimus quod ita in plerisque partibus Eccleſiaſticis cenſum diſſolvitur & canonice ſententie ſeveritas enervatur ut viri Religioſi ex hiis maxime qui preter Sedis Apoſtolice privilegia majora dona . . . . licet paſſim a malefactoribus ſuis injurias ſuſtineant & rapinas dum vix invenitur qui congrue . . . . & pro ſovendo . . . . . ſe murum offenſionis opponat. Specialiter autem dilecte in Chriſto filie Abbatiſſa & Conventus Monialium incluſarum Monaſterii Sancte Marie Matris Chriſti de Venetiis Caſtellane Dioceſis Ordinis S. Damiani ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis . . . de . . . . . tibus injuriis ſuam de ipſo co . . . . deſ. . . . . . ſtitie conquerentes Univerſitatem veſtram literis petierunt Apoſtolicis excitari ut ita vid. . . . . eis in tribulationibus ſuis contra malefactores earum . . . . . debeatis magnanimitate conſurgere quod ab anguſtiis quas ſuſtinent & preſſuris veſtre . . . . . preſidio reſpirare Ideo univerſitati veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus atque precipimus quatenus illos qui poſſeſſiones res ſeu domos predictarum Sororum irreverenter in . . . . . . aut ei . . . . . . decreverint que predictis Sororibus ex teſtamento decedentium relinquantur ſui in ipſas Sorores vel ipſarum . . . . . . quam . . . . Sedis &c.

Datum Viterbii VI. Kalendas Aprilis Pontificatus noſtri Anno Primo.

Joannes XX. Monialibus S. Mariæ Matris Chriſti de Venetiis indulget, ut bona mobilia & immobilia ad Sorores dicti Monaſterii jure ſucceſſionis ſpectantia licite retinere valeant.

I 1277. 4. Februarii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

JOhannes Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe & Conventui Monaſterii Sancte Marie Matris Chriſti de Venetiis Ordinis S. Clare Caſtellane Dioceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Devotionis veſtre precibus inclinati preſentium vobis auctoritate concedimus ut poſſeſſiones & alia bona mobilia & immobilia que liberas perſonas Sororum veſtrarum mundi relicta vanitate ad Monaſterium veſtrum convolantium, & Profeſſionem facientium in eodem jure ſucceſſionis vel alio juſto titulo ſi remanſiſſent in ſeculo contigiſſent & ipſe potuiſſent libere aliis erogare feudalibus

dalibus dumtaxat exceptis valeatis petere recipere ac etiam retinere ſine juris prejuditio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Viterbii II. Nonas Februarii Pontificatus noſtri Anno Primo.

Martinus IV. cauſam appellationis Fratrum Militiæ Templi adverſus Monaſteria S. Pauli de Tarviſio, atque S. Mariæ de Cella de Venetiis remittit Joanni Epiſcopo Paduano, ejusque collegis deputatis Apoſtolicis.

K 1283. 15. Februarii.

Ex Archivo S. Claræ Venetiarum.

MArtinus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Venerabili Fratri.. Epiſcopo.. & dilectis filiis.. Archipresbytero & Johanni de Abbatibus Canonico Paduano ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sua nobis.. Preceptor & Fratres domus milicie templi Sancti Thomaſii Terviſini petitione monſtrarunt, quod cum.. Prioriſſa & Conventus S. Pauli Terviſini ſecundum inſtituta Fratrum Predicatorum viventes ac... Prioriſſa & Conventus Sancte Mariæ de Cella Venetiarum Ordinis Sancte Clare Monaſteriorum Caſtellane Dioceſis ſuper quibusdam terris poſſeſſionibus, & rebus aliis in Terviſina Dioceſi conſiſtentibus quas eidem Prioriſſa & Conventus ad ſe ac eadem Monaſteria communiter pertinere mendaciter aſſerebant eos coram Venerabili Fratre noſtro.. Epiſcopo Terviſino auctoritate ordinaria traxiſſent in cauſam idem Epiſcopus in hujusmodi cauſa procedens contra dictos preceptorem & Fratres diffinitivam ſententiam promulgavit iniquam à qua ipſi ad Sedem Apoſtolicam appellarunt. Quocirca diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus legitime in appellationis cauſa procedentes ſententiam ipſam confirmare vel infirmare appellatione remota curetis ſicut de jure fuerit faciendum. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe tu Frater Epiſcope cum eorum altero ea nichilominus exequaris.

Data apud Urbemveterem xv. Kalendas Martii. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Joannes

Digitized by Google

Joannes Epiſcopus Paduanus, cauſam vertentem inter Monaſteria S. Pauli de Tarviſio, & S. Mariæ de Cella de Venetiis ex una, & Fratres Militiæ Templi ex altera parte, judicio dirimendam remittit Petro de Clugia Canonico Plebis de Curte Paduan. Dioc.

L 1283. 4. Junii.

Ex Archivo S. Claræ Venetiarum.

ANno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo tertio Indictione undecima Die veneris quarto intrante Junio Padue ſuper epiſcopali palatio. Preſentibus Dom. Nicolao Clerico dicto Piceto Zambono de titulo Not. Presb. Antonio de titulo & aliis. Vener. Pater Dominus Joannes Dei gratia Epiſcopus Paduanus judex a Sede Apoſtolica delegatus una cum diſcretis viris Dominis Bovatino Archipresbytero & Johanne de Abbate Canonico Paduano in appellationis cauſa, que vertitur inter fratrem Guidonem de ordine militie Templi Preceptorem & adminiſtratorem S. Thomaſii de Terviſio ex parte una & religioſas mulieres Dominam Cunizam (a) Prioriſſam & Conventum S. Pauli de Terviſio & Dominam Mariam Abbatiſſam & Conventum S. Marie de cella Venet. ordinis S. Clare Monaſterii Caſtellane Dioceſis ex altera. Confidens de diſcretione ac legalitate Sapientis Viri Domini Petri de Clugia Canonici Plebis de Curte Paduane Dioceſis & ejus capellani eidem Domino Petro in cauſa predicta commiſit totaliter vices ſuas cum dicte cauſe cognitioni & deciſioni intereſſe non poſſit gravi infirmitate corporea occupatus.

Ego Jacobinus qu. Bolviſini Paſqualis Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus interſui & publice ſcripſi.

(a) Cuniza idem nomen eſt ac Cunegunda.

Bernardus de Griſopulo, Judex Arbiter adjudicat Monaſteriis S. Pauli Tarviſini, & S. Mariæ Matris Chriſti Venetiarum quædam bona legata a Palma Patharena, contra Presb. Guidonem Præceptorem S. Thomæ de Templo de Tarviſio.

M 1283. 20. Julii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

IN nomine Jeſu Chriſti. Anno ejusdem Nativitatis milleſimo ducenteſimo octuageſimo tertio Indictione XI. die Lunæ duodecimo exeunte Julio. Preſentibus Domino Rivabene, qui fuit de Mantua, Domino Jacobo Cervelera ejusdem loci, Guereto filio Magiſtri Henrici de Cigana, Jacobo Sartore, qui dicitur bulpus, Gerardo Sartore, & aliis. Preſentibus infraſcriptis ambabus partibus & infraſcriptis ſententiam finaliter confirmantibus. Cum Ecle-

Digitized by Google

cleſie bonorum & hereditatis q. Domine Palme uxoris q. Domini Manfredini de tacione, & matris q. Domini Thodomarii de tactione & ejus filiorum dudum eſſet queſtio acriter ventilata inter manſionem & domus Templi Sancti Thomaxi de Templo de Tarviſio, ſeu Presbyterum Guidonem ejusdem domus preceptorem ex una parte, & Monaſterium & Conventus S. Pauli de Tarviſio & Sancte Marie Matris Chriſti de Venetiis ſeu eorum ſyndicus ex altera, tandem Dominus Frater Johannes de Caſtro Arguaro domus militie Templi de campanea ſindicario & procuratorio nomine viri religioſi Domini Fratris Guillelmi de Nonis domorum militie templi in Lombardia, Tuſcia, Sardenia, & in marchia Tarviſina, & in marchia Anchonitana generalis Magiſter, & Dominus Presb. Guido predictus ex una parte, ſicut de ſyndicatu ipſius Domini Fr. Johannis mihi infraſcripti Notar. plene conſtitit ſcripto & roborato manu magiſtri . . . de . . . Civis Cremonenſis a D. Fredrico Romanorum Imperatore Notarii, & Fr. Beneventutus ſyndicus exiſtens ſyndicario nomine Monaſterii & Conventuum Sancte Marie Matris Domini Noſtri Jeſu Chriſti de Venetiis ordinis S. Clare, ſicut de ſyndicatu ipſius patet ſcripto & roborato per me & per Johannem de Ronchellis ſacri palatii Notarium, & S. Pauli de Tarviſio, ſicut de ſyndicatu ipſius patet ſcripto & roborato per me Zambonum de Cariola Notarium infraſcriptum ex altera parte. Tandem pacem evangelizantium interventu communiter, & concorditer aſſumpſerunt & elegerunt Virum providum & diſcretum Dominum Bernardum de Griſopulo in arbitrum & arbitratorem, & amicabilem compoſitorem ad terminandum finiendum omnes queſtiones, controverſias, & querellas ortas & que poſſent oriri inter partes predictas eccleſie dictorum bonorum, & hereditatis q. dicte Domine Palme & filiorum ejus, de quibus videtur jus ceſſum predicto Presbytero Guidoni per Jacobum Patharenum filium q. Domini Henrici Pathareni fratris ipſius Domine Palme ſecundum quod in inſtrumento compromiſſi ſcripto & roborato manu mei Zamboni de Cariola plenius continetur. Qui dominus Bernardus de Griſopulo talem ſententiam ſive laudum ſeu definitionem amicabiliter protulit inter ipſas partes ſic dicens: In Chriſti nomine. Ego Bernardus de Griſopulo arbiter arbitrator & amicabilis compoſitor aſſumptus & electus per Fr. Joannem & Presb. Guidonem preceptorem domus, & manſionis S. Thomaxi de Templo de Tarviſio & ipſam manſionem ex una parte, & Fr. Beneventum ſyndicario nomine Monaſteriorum & Conventuum S. Pauli de Tarviſio & S. Marie Matris Chriſti de Venetiis ex altera, ad diffiniendum & amicabiliter terminandum queſtionem, controverſias, & querellas, que vertuntur ſeu verti poſſunt inter partes predictas Eccleſie bonorum & hereditatis q. Domine Palme uxoris q. Domini Manfredi de tactione & matris q. Domini Thodomarii de tactione & ejus filiorum in quibus bonis & hereditate & in teſtamento & dote q. dicte Domine Palme dictus Presb. Guido dicit & aſſerit Jacobum Patharenum filium q. D. Henrici fratris dicte Domine Palme ceſſiſſe ſibi & dicte manſioni jura & acta, ut conſtat per publicum inſtrumentum, ex forma & vigore compromiſſi initi & firmati in me per partes predictas pro bono pacis & concordie, Chriſti nomine invocato dico, diffinio & pronuncio, ac precipio amicabiliter componendo, quod dictus D. Fr. Johannes & dictus Presb. Guido ſuo nomine & vice & nomine dicte domus ſeu manſionis Sancti Thomaxi expreſſim renunciat omni liti mote vel movende contra dicta Monaſteria & Conventus S. Pauli de Tarviſio & S. Marie Matris Chriſti de Venetiis & ſyndicos earumdem Eccleſie bonorum & hereditatis q. dicte Domine Palme & filiorum ejus tam ex dote ipſius, quam ex ejus teſtamento & ſucceſſione & filiorum ſuorum ſeu quacunque alia Eccleſie ratione vel eccleſie predictorum. Et quod dictus Fr. Johan-

han-

Digitized by Google

hannes, & dictus Presb. Guido, ut dictum eſt, faciant dicto Fratri Benevenuto ſyndicario nomine Monaſteriorum & Conventuum predictorum finem remiſſionem & pactum de amplius non petendo in perpetuum a dictis Monaſteriis & conventibus aliquid ſub Eccleſie bonorum & hereditatis q. dicte Domine Palme & filiorum ejus ſive pro teſtamento predictorum, & ſucceſſionibus dicte Domine Palme, & eorum filiorum, ſive pro dote ejuſdem Domine Palme, ſive qualibet alia racione vel cauſa ex perſonis dicte D. Palme & filiorum. Et quod dictus Presb. Guido & dictus Fr. Johannes reſtituant dicto Fr. Benevenuto ſyndicario nomine predictorum Monaſteriorum & Conventuum Teſtamentum ipſius Domin. Palme & alia inſtrumenta, que tangunt perſonam dicte Domine Palme & filiorum ejus, & remittant & renuncient in manibus dicti ſyndici recipienti pro dictis Monaſteriis & Conventibus omnia jura, que ipſe ſuo nomine & nomine dicte domus & manſionis haberet in predictis, & eidem ſyndico, ut dictum eſt, dent & tradant inſtrumentum ceſſionis juris & acti in ipſum Presb. Guidonem & dictam domum S. Thomaxi factum per Jacobum Patharenum eccleſiæ dictorum bonorum & hereditatis dicte Domine Palme & filiorum cum omnibus ſuis juribus, & hoc faciat dictus Presb. Guido & dictus Fr. Johannes nullo medio interjecto & ex nunc dico & pronuncio & caſſo & irrito omnem proceſſum & litem motam vel movendam contra dicta Monaſteria & Conventus per dictum Presbyterum eccleſiæ predictorum. Item dico & pronuncio & condempno ac precipio amicabiliter componendo, quod dicta Monaſteria & Conventus S. Pauli de Tarviſio & S. Marie Matris Chriſti de cella de Venetiis & dictus Fr. Benevenutus ſyndicario nomine pro eiſdem dent & ſolvant dicto Presbytero Guidoni & dicto Domino Fr. Johanni ducentas libras denariorum parvorum eiſdem dandis ſolvendis, & exhibendis uſque ad quadraginta dies proxime venturos. Et hec omnia dico & precipio debere partibus inviolabiliter obſervari ſub pena in compromiſſo appoſita in ſingulis capitulis, ſi contrafactum fuerit committenda. Reſervato mihi quod poſſim dilucidare & interpretari, & declarare ſemel & pluries & quociens opus fuerit, ſi qua foret ambiguitas vel obſcuritas in predictis. Actum eſt hoc in palacio communis Tarviſii Preſentibus partibus. & dictam ſententiam confirmantibus.

Ego Zambonus de Cariola Imperialis aulæ Notar. Interfui, & rogatus a partibus duo inſtrumenta unius ejuſdemque tenoris de hoc facto unum pro parte ſcripſi, complevi, & roboravi.

Clemens VIII. petitionem Monialium Sanctæ Claræ, Confeſſorem ſibi ex Ordine Fratrum Minorum Conventualium eligendum poſtulantium, Patriarchæ Venetiarum remittit, ut ad illius executionem procedat; mox ad preces Dominii Venetiarum revocat factam commiſſionem.

N 1529. 7. Aprilis Conceſſum.

23. Julii Revocatum.

Ex Archivo S. Franciſci a Vinea Venetiarum.

A Tergo. Venerabili Fratri Patriarchæ Venetiarum.

Intus vero in margine ſuperiori.

VEnerabilis Fr. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Mittimus fraternitati tuæ ſupplicationem præſentibus introcluſam manu Dilecti filii noſtri. P. Cardinalis S. Euſtachii (*a*) in preſentia noſtra ſignatam, volumusque & tibi committimus, ac mandamus, ut vocatis vocandis ad illius executionem procedas juxta ejus continentiam & ſignaturam.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die VI. Maii MDXXIX. Pontificatus noſtri anno Sexto.

E. SCUTARIUS.

Lact. CACCIATOR.

Tenor ſuppl. Beatiſſime Pater. Cum dudum Bon. Mem. Antonius Contareno, tunc Patriarcha Venetiarum, auctoritate Apoſtolica ad reformationem Abbatiſſæ & Monialium Monaſterii S. Claræ Venetiarum ſub regula S. Franciſci intendens, dictum Monaſterium, & bona in duas partes diviſerit, & una tunc in dicto Monaſterio degentibus Conventualibus nuncupatis reformari nolentibus, ſeu reformationem non acceptantibus, & nonnullis aliis Monialibus ejusdem Ordinis de obſervantia nuncupatis inter ipſas reformatas introduct. aſſignata fuerit, & inter alia tunc Apoſtolica auctoritate decretum fuerit, quod tamdiu facultas reformatoria hujusmodi duraret, illaque Patriarcha prædictus uti licite poſſit, donec ipſæ Moniales Conventuales viverent, ſeu ad perpetuam clauſuram obſervantiæ ſe corrigerent, & redigerentur. Cum autem Pater Sancte Devotæ S. V. oratrices Angela Boldu Abbatiſſa XXXIIII. aliæ Moniales vel circa Conventuales hujusmodi fervore devotionis accenſæ non minus quam aliæ Reformatæ reformari, & regulari obſervantia vitam ducere deſiderent & proponant. Supplicant humiliter S. V. quatenus ipſas in ſuo laudabili propoſito hujusmodi confirmandi moderno dicti Antonii Contareni ſucceſſori (*b*) Venetiarum Patriarchæ committere & mandare, ut ipſæ oratrices ad reformationem & regularem vitam hujusmodi & clauſuram una cum aliis monialibus Reformatis, & introductis etiam cum uni-

(*a*) Paulus Æmilius de Cæſis Romanus S. R. E. titulo S. Euſtachii Presbyter Cardinalis de quo Ciacon. Tom. III.

(*b*) Venetam Patriarchalem Eccleſiam adminiſtrabat Hieronymus Quirinus ex Ordine Prædicatorum.

Digitized by Google

univerſis bonis ſuis recipiat & admittat, recipique & admitti etiam ſub majoris excommunicationis ſententia & per alias cenſuras & penas eccleſiaſticas mandet, & faciat, & attento quod juxta determinationem Capituli generalis dicti ordinis, tunc in Urbe in Eccleſia Sanctæ Mariæ de ara cœli celebrati, & felic. rec. Leonis Papæ X. confirmati, & poſtea etiam in alio Capitulo generali Lugdunenſi inter eoſdem fratres innovato regimini Fratrum de obſervantia nuncupatorum ſubeſſe non poſſunt, nec debent; curæ regimini, viſitationi, & correctioni ejuſdem pro tempore exiſtentis Patriarchæ ſubjicere, & quod eisdem Monialibus unum Confeſſorem ex ordine Fratrum Minorum Conventualium, qui illis divina ac alia ſacramenta, prout hactenus conſuetum fuit, miniſtret, ſtatuere ac irritum & inane decernere dignemini de gratia ſpeciali, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conventionibus, & ordinationibus Monaſterii prædicti, juramento etiam roboratis, cæteriſque contrariis quibuscunque. Cum clauſulis opportunis & conſuetis.

Conceſſum ut petitur in preſentia Domini noſtri Papæ P. Car. S. Euſtachii. Et per breve S. Veſtræ etiam ſi videbitur hac ſupplicatione introcluſa cum derogatione conſtitutionis Bon. de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres, & quod premiſſorum omnium & ſingulorum, aliorumque circa ea neceſſariorum major & verior ſpecificatio fieri poſſit, & quod committatur eidem Patriarchæ, quod faciat in premiſſis, prout ſibi videbitur. Conceſſum P. Car. S. Euſtachii.

Datum Romæ apud S. Petrum ſeptimo Idus Aprilis Anno Sexto.

Clemens PP. VII.

Univerſis & ſingulis preſentes litteras inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licet nuper per alias noſtras in forma brevis litteras ſub die VI. Maii Pontificatus noſtri anno VI. Quibus ſupplicatio manu dilecti filii noſtri Pauli S. Euſtachii Diaconi Cardinalis in preſentia noſtra ſignata introcluſa erat Venerabili Fratri Patriarchæ Venetiarum commiſerimus, & mandaverimus, ut vocatis vocandis ad executionem dictæ ſupplicationis juxta illius continentiam & tenorem procederet, ac circa in eis contenta faceret, prout ſibi videretur, prout in litteris, & ſupplicatione prædictis plenius continetur. Quia tamen dilecti filii Dux, & Dominium Venetorum per oratorem ſuum nobis exponi fecerunt, quod prefatus Patriarcha litterarum & ſupplicationis hujusmodi vigore nil facere poſſet, quod non eſſet in prejudicium laudabilis reformationis Monaſterii Monialium Sanctæ Claræ Venetiarum ſub regula S. Franciſci per bo. me. Antonium Patriarcham Venetiarum Apoſtolica auctoritate factæ, ac contra litteras per fe. re. Leonem Papæ X. prædeceſſorem noſtrum ſuper eadem reformatione editas. Quare pro parte Ducis & Dominii hujusmodi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut litteras dicti Patriarche per nos directas revocare, & penitus caſſare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſupplicatione prædicta diligenter examinata hujusmodi ſupplicationibus inclinati litteras noſtras prædictas per preſentes auctoritate Apoſtolica revocamus, & penitus caſſamus, ac eidem Patriarchæ in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ mandamus, ne ad illarum executionem quoquo modo procedere preſumat, decernentes irritum & inane quicquid ſuper litteris per dictum Patriarcham, & quoscunque alios quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus litteris noſtris prædictis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quæ in dicta ſupplicatione volumus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die xxiii. Julii MDXXIX. Pontific. noſtri Anno ſexto.

Hieronymus Barbadicus Primicerius Sancti Marci ex mandato Pauli III. exequitur continuationem reformationis in Monaſteriis Venetis Sanctimonialium, ita requiſitus a Duce & Dominio Venetiarum.

O

1535. 7. Julii.

1535. 27. Julii.

Ex Apographo in Archivo S. Franciſci de Vinea Venetiarum.

HIeronymus Barbadicus Primicerius Eccleſiæ S. Marci Venetiarum Commiſſarius & executor ad infraſcripta, una cum Reverendiſs. Domino Patriarcha Venetiarum noſtro in hac parte Collega, cum clauſula illa, vel eorum alteri ab Apoſtolica Sede per litteras Apoſtolicas Sanctiſs. in Chriſto Patris Domini Noſtri D. Pauli Divina Providentia Papæ Tertii in forma brevis annulo Piſcatoris ſignatas ſubſequentis tenoris. a tergo brevis. Ven. Fr. Patriarchæ Venetiarum, & dilecto filio Primicerio Eccleſiæ S. Marci Venetiarum, vel eorum alteri. Intus in margine ſuperiori. Paulus PP. III. deinde Vener. Fr. & Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Meditatio cordis noſtri circa hoc potiſſimum dirigitur, ut per noſtræ proviſionis auxilium Monaſteria, & alia religioſa loca, ac in eis divinis beneplacitis mancipate perſone ad debite reformationis normam in ſpiritualibus, & temporalibus reducantur. Exponi ſiquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Nobilis Vir Andreas Gritti Dux, & Dominium Venet. quod dudum fel. rec. Leoni Pape X. predeceſſori noſtro pro parte q. Leonardi Lauredani, dum viveret, Ducis Venetiarum, tunc in humanis agentis, & ipſorum Dominii inter alia expoſito, quod licet tunc Patriarcha Venetiarum circa reformationem Monaſteriorum Monialium Conventualium SS. Zachariæ, & Blaſii Cataldi, & S. Margaritæ de Torcello, etiam valde laboraſſet, & dictus Leo predeceſſor diverſas etiam in forma brevis litteras deſuper conceſſiſſet, nihilominus Moniales ipſe vel earum alique novos modos ad ingrediendum reformationem hujusmodi invenire conabantur, ac quod in dicto Monaſterio S. Margaritæ aliquando vigebat aeris intemperies & .... &c. prefactus predeceſſor cupiens in Monaſteriis predictis divinum cultum & regularem obſervantiam perpetuo vigere, ac omnem ab eiſdem monialibus occaſionem auferri Leonardi Ducis & Dominii prædictorum in hac parte ſupplicationibus inclinatus, ex certa ejus ſcientia eidem Patriarchæ, ut ſingulis Abbatiſſis Conventualibus &c. & infra, & quandocunque Moniales Conventuales alicujus Monaſterii ad numerum quatuor reductæ forent, inde Moniales Conventuales ad alia Monaſteria transferre, ita tamen quod eis quandiu viverent de bonis Monaſteriorum, unde amoverentur, neceſſaria quecunque miniſtrari deberent, ac Abbatiſſas, & Prioriſſas, ac alias moniales quaſcunque, & aliorum quoruncunque Monaſteriorum

rum

rum Venetiarum, ſuis exigentibus de meritis, Abbatiſſatus, ac Prioriſſatus, aliisque ſuis dignitatibus privare &c. per ſuas in forma brevis litteras conceſſit, ac omnia & ſingula, quæ dictus tunc Patriarcha circa præmiſſa quomodolibet hactenus fecerat approbavit, & confirmavit, omneſque & ſingulos tam juris &c. decrevit, prout in eiſdem litteris plenius contineri dicitur, & quamvis idem tunc Patriarcha litterarum prædictarum vigore quamplura neceſſaria, & opportuna circa reformationem Monialium Monaſteriorum prædictorum ad Omnipotentis Dei gloriam & divinus cultus ac regularis obſervantia in ipſis Monaſteriis perpetuo vigere ſolerti ſtudio ſumma cum prudentia & ipſorum Ducis & Dominii ſpecialiter conſolatione & exata diligentia laudabiliter ſtatuerit, ordinaverit & diſpoſuerit, tamen idem Patriarcha antequam omnia perfecta forent, ſicut Domino placuit, de medio ſublatus extitit; Quare antedictus Dux & Dominium prefati nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut ne tam laudabile, pium, & exemplare ceptum opus imperfectum remaneret, & ipſi Dux & Dominium eorum pio voto defraudentur, ac ipſe moniales fragilitate ſexus ad vetita cum Dei offenſa, & animarum ſuarum perditione, ac populi ſcandalo tempore procedente proſiliant, ſuper his opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur religionis honeſtatem, & regularis obſervantiæ conſervationem, & perſonarum religioni deditas ſalubrem dilectionem ſinceris affectibus exoptantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per preſentes committimus & mandamus, quatenus vos vel unus ex vobis abſente altero veſtrum per vos vel alium ſeu alios dum & quando ac quotiens pro parte dicti Andreæ, & pro tempore exiſtentis Ducis Venetiarum, & prefatorum Dominii deſuper fueritis requiſiti, ad ulteriorem & totalem dictarum litterarum ac omnium & ſingulorum in eis contentorum quam preſentibus pro expreſſis haberi volumus executionem procedere ac omnia, &c. Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die VII. Julii 1535. Pontificatus noſtri anno primo Blogius. Nobis exhibitas & preſentatas per D. Presb. Jacobum Faſolo Plebanum Eccleſiæ S. Jacobi de Luprio Venetiarum tanquam procuratorem & nominibus procurat. Sereniſs. D. D. Andreæ Gritti Dei gratia Ducis & Illuſtriſſimi Dominii Venet. prout de ſuo procuratorio hic mandato legitimam fecit fidem publico inſtrumento manu Sp. D. Jacobi a Vidua Notarii & Ducalis Secretarii Venet. ſub appenſione ſolitæ bullæ plumbeæ dicti Sereniſſimi D. Ducis ſpecialiter deputatus. Venerabilibus in Chriſto Abbatiſſis & Prioriſſis ac aliis quibuſcunque Monialibus quorumcunque Monaſteriorum Civitatis Venetiarum, nec non Confeſſoribus quorumcunque earum Monaſteriorum, ac omnibus aliis & ſingulis quibus preſens tangit negotium, & preſentes noſtre devenerint etiam intimate & inſinuate fuerint ſalutem in Domino, & noſtris imo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis cum plenarie conſideraverimus meditationem cordis Sereniſſimi D. noſtri potiſſimum in hoc dirigi, & per ſue proviſionis auxilium monaſteria, ac in eis divinis beneplacitis mancipatæ perſone bene reformentur, & in ſpiritualibus ac temporalibus reductæ conſerventur, & Sereniſs. & Illuſtr. D. Dominus Andreas Gritti Dux & Dominium Venetiarum prefati ſummopere exoptantes augumentum regularis obſervantiæ & ſalubre regimen Monaſteriorum predictorum procuratorem ſuum antedictum nos requiri fecerit, ut ad ulteriora nobis per Sereniſs. D.N. in commiſſis executionem procederemus, ut ex tenore præinſertarum nobis committitur & mandatur. Attenta abſentia Reverendiſſimi D. Patriarchæ Venet. predicti ab eadem Civitate, ideo deſiderantes pium votum Illuſtriſſimi & Sereniſſimi D. Domini Andreæ Gritti Ducis & Dominii Venetiarum predictorum adimplere, & ut Monaſteriorum prædictorum moniales religionis honeſtatem ac regularem

obſer-

Digitized by Google

obſervantiam conſervent, tenore preſentium, & auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, facimus, ſtatuimus, & ordinamus, quod divina officia ſolemniter, & devote ac juxta Monialium regularis obſervantiæ regularia inſtituta celebrentur, & laici eisdem Monaſteriis nullatenus converſentur, ex igitur juſtis & legitimis cauſis & rationibus per dictum Sereniſſimum & Illuſtriſſimum D. D. Ducem & Dominium adductis ſimili auctoritate & tenore ſtatuimus, & decernimus, quod Confeſſores Monialium &c.

In quorum fidem preſentes fieri juſſimus & noſtri ſigilli quo in ſimilibus utimur appenſione communiri, & per Notarium infraſcriptum Curiæ Patriarchalis Cancellariæ ſubſcribi. Dat. Venet. in edibus reſidentiæ noſtræ in Contrata S. Euphemiæ a Judaica die vigeſimo ſeptimo menſis Julii milleſimo quingenteſimo trigeſimo quinto.

Paulus III. decernit, ut Moniales Ordinis S. Claræ Venetiarum viſitentur, & reformentur a Miniſtro Provinciæ S. Antonii Ordinis Minorum Obſervantium.

P 1535. 27. Novembris.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

PAulus Papa III. Dilecte fili ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper Dilectus filius Miniſter generalis Ordinis Fratrum Minorum de obſervantia nuncupatorum, quod licet Monaſteria Monialium, & Sororum Ordinis Sanctæ Claræ tam primæ, quam ſecundæ, aut tertiæ regularum de obſervantia nuncupatarum, Miniſtris Provinciarum, in quibus Monaſteria ipſa conſiſtunt dicti ordinis Fratrum Minorum pleno jure ſubſint; ipſique Miniſtri Provinciales per ſe, vel alium ſeu alios Monaſteria hujusmodi & illorum perſonas temporibus debitis viſitent & reforment. Et quæ circa viſitationis, & reformationis hujusmodi officium facienda occurerunt, diligenter faciant, & exequantur. Nihilominus cum nos nuper Ven. Fratri Noſtro Patriarchæ, & Dilecto filio Primicerio Venetiarum per alias noſtras in forma brevis litteras commiſerimus, & mandaverimus, ut ad ulteriorem & talem executionem certarum aliarum etiam in forma Brevis litterarum dudum per fel. rec. Leonem Papam X. predeceſſorem noſtrum ſuper reformatione nonnullorum tunc expreſſorum Monaſteriorum Monialium Civitatis Venetiarum, & forſan partium illi circumvicinarum, inter quæ ſupradicta Monaſteria de obſervantia non comprehenduntur, reformatione tunc indigentium emanatarum procedere, & nonnulla alia tunc expreſſa facere procurent: A nonnullis aſſeritur Abbatiſſas, & Moniales, ſeu Sorores Monaſteriorum dicti ordinis S. Claræ, Provinciæ Sancti Antonii, juxta morem ejusdem ordinis fratrum minorum ſub eisdem litteris noſtris comprehendi, in maximam earumdem Abbatiſſarum & Monialium ſeu Sororum animarum trepidationem. Quare idem Miniſter generalis cupiens ex ſui generalis miniſterii officii debito prefatarum Abbatiſſarum, & Monialium ſeu ſororum quieti & tranquillitati conſulere, Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in premiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingulos fideles & preſertim perſonas religioſo jugo aſtrictas ad debitam reformationis normam, attamen

quod

quod per hoc eis trepidandi materia non tribuatur reduci ſinceris deſideramus affectibus hujusmodi ſupplicationibus inclinati, volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod ſi ita ſit, & Monaſteria de obſervantia prædicta & eorum perſonæ reformatione indigeant, id per vos ut conſuevit fiat. Diſtrictius inhibentes eisdem Patriarchæ, & Primicerio ne litterarum noſtrarum prædictarum vigore, contra Abbatiſſas, & Moniales; ſeu Sorores de obſervantia hujusmodi quicquam attemptare ſeu innovare preſumant, ac decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper hiis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXVII. Novembris MDXXXV. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Fabius Vigil.

A Tergo | Dilecto filio Miniſtro Provincialis ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum Provinciæ S. Antonii juxta morem ejusdem Ordinis.

Paulus III. Legato ſuo Venetias degenti mandat, ut Monaſteria Monialium etiam Ordinis S. Claræ eximat a jurisdictione Superiorum Regularium.

Q. 1546. 29. Julii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

PAulus Papa III. Dilecte fili Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum ſicut Dilecti filii Nob. Vir Franciſcus Donato Dux & Conſilium X. Virorum Venetiarum nuper nobis exponi fecerunt, omnium fere quorumcunque ordinum, & mendicantium Monaſteria, & domus Monialium Vene .... a cura & ſuperioritate Fratrum ſuorum ordinum exempta ſint, & per Eccleſiaſticas perſonas ſeculares ſalubriter ex conceſſione Apoſtolica regantur & gubernentur; Ex quo, ut experientia docuit, Monaſteria ipſa non modica ſuſceperunt & ſuſcipiunt incrementa, ac religio in eis in dies ſuccreſcit ad Dei laudem & monialium in illis altiſſimo famulantium ac aliorum Chriſtifidelium ſpiritualem conſolationem ac religionis augmentum; & ſi reliqua ejusdem Civitatis Monaſteria Monialium ac domus ſub cura Fratrum Minorum de Obſervantia degentium a cura & ſuperioritate eorumdem Fratrum pariter eximerentur, ac cure & gubernio ſimilium perſonarum eccleſiaſticarum ſecularium ſubmitterentur, ex hoc profecto conſervationi & manutentioni dictorum Monaſteriorum ac domorum, illorumque Abbatiſſarum ac Prioriſſarum, nec non Monialium quieti & earum ſaluti animarum non parum conſuleretur. Nos igitur, qui ordinum, & religioſorum locorum quorumlibet felicem ſucceſſum, & in melius directionem ac illorum perſonarum, quarum orationibus utique in domino reficimur, ſalubrem profectum noſtris precipue temporibus ſinceris optamus affectibus, eorumdem Ducis & Conſilii in hac parte ſupplicationibus inclinati; Tibi per preſentes committimus ac mandamus, quatenus adhibitis tecum dile-

Digitized by Google

dilectis filiis reformatoribus Monaſteriorum monialium dicte Civitatis, de quorum rectitudine, providentia & experientia plurimum in Domino confidimus, ſi id ex premiſſis aut aliis rationabilibus cauſis expedire videbitur, reliqua monialium etiam Sancte Clare, aut alterius cujuscunque ordinis ſub cura dictorum Fratrum Minorum de obſervantia degentia Monaſteria hujusmodi a cura & ſuperioritate eorumdem Fratrum, penitus & omnino eximes, ac ſub tua & pro tempore exiſtentis in dicta Civitate Noſtri & Apoſtolice Sedis Nuntii cura gubernio, & adminiſtratione redigas, prout nos ex tunc, prout ex nunc & e contra eximimus & redigimus reſpective. Nos enim tibi Moniales hujusmodi a dictis earum ſuperioribus eximendi, & liberandi, ac tuæ & pro tempore exiſtentis nuntii predicti curæ & adminiſtrationi ſubmittendi, illasque regendi & gubernandi, ſeu regi & gubernari faciendi ac omnia & ſingula alia in premiſſis, & circa ea neceſſaria ſeu quomodolibet opportuna faciendi & exequendi, necnon contradictores quoslibet & rebelles per cenſuras & penas eccleſiaſticas auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendi per easdem preſentes facultatem concedimus, non obſtantibus fel. rec. Bonifacii PP. VIII. predeceſſoris noſtri de una & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres ac aliis quibusvis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non Monaſteriorum & ordinum predictorum juramento confirmatione Apoſtolica vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, ac privilegiis & indultis Apoſtolicis Monaſteriis & ordinibus ipſis ſub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clauſulis & decretis conceſſis approbatis & innovatis, quibus omnibus illorum tenorem preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris. Die xxix. Julii MDXLVI. Pontificatus noſtri anno XII.

A Tergo | Dilecto Filio Joanni El. Beneven. Venetiis Nuntio noſtro. (a)

(a) De Joanne de la Caſa Electo Archiepiſcopo Beneventano conſule quæ diximus Oper. hujus Tom. I. pag. 88.

Clemens VIII. decernit, ut Veneta Monaſteria Ord. Minorum, quæ ſub jurisdictione erant Superiorum Regularium, ſubjiciantur Veneto Patriarchæ.

R 1594. 18. Februarii.

Ex Autographo in Monaſterio S. Claræ Venetiarum.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam Paſtoralis noſtri muneris ratio poſtulat, ut ad ea provide intendamus, per quæ Sanctimonialium curæ, ac proſpero regimini opportune proſpectum iri conſpicimus. Proinde ex rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris ac etiam de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ad examinanda Prælatorum, & Regularium negotia a nobis prepoſitorum conſilio, S. Claræ, Sanctæ Cru-

Crucis, Sancti Sepulchri, Sanctæ Mariæ Majoris, ac Beatæ Mariæ de Miraculis Monialium Monaſteria Civitatis Venetiarum, quæ hactenus ſub cura fratrum Minorum S. Franciſci de obſervantia permanſerunt, ab omni cura, gubernio, viſitatione, correctione, juriſdictione, & ſuperioritate dictorum Fratrum, & quorumvis illorum ſuperiorum, etiam Miniſtri Generalis, auctoritate Apoſtolica tenore preſentium perpetuo eximimus, liberamus, tollimus, & ſeparamus, ipſaque Monaſteria illorumque Abbatiſſas, ſeu Prioriſſas, & Conventus, ac perſonas, res, & bona univerſa curæ, gubernio, viſitationi, correctioni, juriſdictioni, & ſuperioritati immediate Vener. Fr. Patriarchæ Venetiarum pro tempore exiſtentis perpetuo ſubjicimus, ita ut ex nunc deinceps in perpetuum dictus Patriarcha quandocunque ſibi videbitur per ſe, vel alios idoneos, & probatos viros Eccleſiaſticos ab ipſo eligendos Monaſteria prædicta, & quælibet ipſorum, eorumque Abbatiſſas, Prioriſſasve, & Conventus viſitare, ac tam in capite, quam in membris corrigere, reformare, & moderari, in eorum vitam, mores, inſtituta, ritus, & regularem diſciplinam inquirere, & quæ reformatione, correctione, aut mutatione indigere cognoverit juxta Monaſteriorum, & illorum ordinum regularia inſtituta, canonicaſque ſanctiones reformare, corrigere, aut mutare, aliaſque circa curam, gubernium, regimen, & adminiſtrationem, prout expedire judicaverint, ordinare, & providere libere, & licite valeant, dicti vero fratres circa præmiſſa, aut alias quomodocunque circa ſtatum dictorum Monaſteriorum, aut alicujus eorum ulterius nullatenus ſe ſe ingerere poſſint. Decernentes preſentes litteras etiam ex eo quod predicti fratres, aut alii quicunque intereſſe habentes, ſeu prætendentes vocati, & auditi non fuerint, de ſubreptionis aut obreptionis, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quocunque defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, aut in jus, vel controverſiam revocari minime poſſe, ſed perpetuo validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque per quoſcunque judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum & inane quicquid ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Inhibentes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ & excommunicationis latæ ſententiæ penis dictis fratribus, eorumque ſuperioribus & perſonis quibuſcumque, ne ulterius in monaſteriorum prædictorum, aut aliquorum ex eis cura, regimine, ſuperioritate, juriſdictione, viſitatione, & correctione, aut alias quomodocumque ſe ſe immiſcere, aut quoquomodo ingerere audeant, ſeu præſumant. Præcipienteſque dictis Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, & Conventibus, ut prædictum Patriarcham ea, qua decet reverentia, in eorum, ac Monaſteriorum, nec non honorum, rerum, & perſonarum hujuſmodi ſuperiorem, viſitatorem, correctorem, & moderatorem devote recipientes illius mandatis ex munere per nos illi injuncto ipſis pro tempore faciendis prompte, & efficaciter pareant, & obediant. Quocirca Venerabilibus fratribus Paduan. & Brixien. Epiſcopis, ac dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis apud Venectos Nuncio mandamus, ut ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe vel alios, ubi & quando opus fuerit preſentes litteras ſolemniter publicantes, ac in præmiſſorum executione efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra premiſſa omnia ab eis, ad quos pertinet, inviolate perpetuo obſervari. Contradictores quoſcunque per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris & facti remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendo; Invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

ris. Non obſtantibus præmiſſis ac quibusvis Apoſtolicis, nec non in Provincialibus Synodalibus, ac etiam univerſalibus conciliis editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non Monaſteriorum, & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis tam dictis Monaſteriis, quam etiam fratribus ſupradictis, illorumque ordini ſuperioribus, & perſonis ſub quibuscumque tenoribus & formis ac cum quibusvis clauſulis & decretis in genere vel in ſpecie, aut alias in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes hac vice dumtaxat, & ad effectum preſentium ſpecialiter & latiſſime derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XVIII. Febr. milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto Pontificatus noſtri Anno III.

DE

Digitized by Google

DE
MONASTERIO
S. NICOLAI DE TOLENTINO
CLERICORUM REGULARIUM.

RElígioſa Clericorum Regularium familia, ſi minus debuit Urbi Venetæ exordia ſua, certe ſplendida debuit incrementa. Jam inde ab anno MDXXIV. S. Cajetanus Thiæneus Vicentinus, Joannes Petrus Caraffa Neapolitanus Epiſcopus Theatinus, Bonifacius a Colle Alexandrinus, & Paulus Conſiliarius Romanus quatuor ſimul hujus Ordinis Fundatores a Clemente VII. Pontifice Maximo Bullam die XXIV. Junii datam obtinuerant, qua inchoatum Inſtitutum ad Religionis formam, & dignitatem ſummis cum laudibus merito evehebatur. Propterea emiſſis votis ſolemnibus ad aram majorem Vaticanæ Baſilicæ coram Joanne Baptiſta Pontiano Epiſcopo Saticulano a Pontifice delegato aſſumptam vivendi formam proſpero curſu tenere videbantur, novoſque ſocios mira Sanctitatis fama alle-

ctos

Digitized by Google

ctos adſciſcebant. Sed triennio nondum evoluto, anno nempe Mdxxvii. exercitus Caroli V. Imperatoris, cui præerat Carolus Princeps Borbonius, Romam vi cœpit, & incredibili immanitate omnia ferro, igne, & ſanguine fœde vaſtavit. In tanta rerum perturbatione, in qua nullus humanitati, nedum religioni locus erat, vix dici poteſt, quantum cœperit detrimenti hæc religioſa familia, & Sanctus Cajetanus in primis, qui a militibus crudeliſſime vexatus verbera, tormenta, & carceres conſtanti animo toleravit. Cum igitur religioſi viri ſe obire minime poſſe cognoſcerent conſueta Inſtituti munia, ad propriam, & alienam ſanctificationem communi conſilio Roma abſcedendum cenſuerunt, & prodigiis comitantibus Hoſtiam devenerunt, ancipites adhuc, & dubii Neapolimne an Venetias iter converterent. Sed quod ipſis incertum adhuc, & indeliberatum erat, ſuprema Numinis diſpoſitio ad præclariſſimi Ordinis incrementum, & ad ſpiritualem Venetiarum fructum certo conſilio ſanxerat. Aderat ibi Deo adducente Auguſtinus Amulius Venetæ Claſſis Præfectus, qui juxta hominum conſilia ad illam oram appulerat, ut Dominicum Venerium Oratoris munere Romæ functum Venetias reduceret, ſed juxta miram Dei Providentiam, ut bono patriæ ſuæ, & Religionis recens ortæ conſuleret. Itaque Amulius, & una Venerius Sanctum Cajetanum, & ſocios impellere, & hortari non deſtiterunt, ut nacti opportunitatem transmigrandi Venetias, eam caperent ad præſentium calamitatum levamen; non defuturam ibi laborum ſegetem, & ſpatioſum patere campum ſanctiſſimis ipſorum ſtudiis aptiſſimum; ſi id eis placeret, ultro ſeipſos de ſtatuendo Venetiis domicilio protectores, & interceſſores pollicentur. Optimum viri conſilium cum gratiarum actione amplexi ſunt Patres, & cum ea claſſe portu ſolverunt die xxv. Maii ejuſdem anni Mdxxvii. Proſpera inde navigatione Venetias appulſi die xvi. Junii, (cum jam D. Cajetani nomen Venetiis celebraretur) omni officiorum, & benignitatis genere excepti fuerunt. Acceſſere Amulii & Venerii commendationes, qui Patribus in itinere familiariter uſi ipſorum ſanctimoniam ampliſſimis laudibus extollebant.

Advectis Patribus primum fuit hoſpitium in Xenodochio Incurabilium, a quo in domum transmigrarunt è regione ſitam nempe prope Eccleſiam S. Euphemiæ in Judaica. Ibi Apoſto-

poſtolos, quos virtutum ſplendore, & vivendi forma imitandos ſibi propoſuerant, numero etiam repræſentabant, (erant enim omnino duodecim,) puſilloque gregi Præpoſitus erat Joannes Petrus Caraffa. Paucis tamen diebus eo in loco commorati ſunt, ſiquidem, præterquamquod Templum Inſtituti exercitiis neceſſarium non habebant, Canale interjacens ſatis vaſtum, & ventis pervium, populos accedendi cupidos Cœlo turbido prohibebat. Itaque in ſuis ſpiritualibus muniis quum opportune verſari non poſſent, ut opportunius populorum neceſſitatibus præſto eſſent, ſub ſequentis Auguſti finem ad domum Eccleſiæ S. Gregorii proximam ſe tranſtulerunt, ubi die XIV. Septembris abſoluto Joannis Petri Præpoſiti triennio Patres una, in Capitulum congregati S. Cajetanum illi ſuffecerunt. Neque vero hoc ipſo in loco diutius ſubſtiterunt, etenim anno inſequenti MDXXVIII. ad Oratorium S. Nicolai de Tolentino in ea regione, quæ *Dorſus durus* appellatur, ſitum traſmeantes, ibi permanentem ſedem poſuerunt. Hæc ex ms. codice in Archivo Venetæ Domus S.Nicolai Tolentinatis eruta ſunt, cui titulus: *Annales Clericorum Regularium*; in eo, pag. 22. hæc habentur: *Eodem anno* 1528. *die* 29. *Novembris aſſignata fuit prædictis Patribus Eccleſia S. Nicolai de Tolentino a Confratribus Oratorii*. Porro quid eſſet hoc Oratorium, & a quibus excultum, rem altius repetendo expediam.

In Templo D. Stephani Protomartyris, quod a Fratribus Eremitis Ordinis S. Auguſtini excolitur, pii quidam & devoti viri conveniebant, Sodalitatis in modum, recitare Officium Deiparæ Feſtis quibusque diebus, & alia devotionis munera exercere. Suismet primum legibus regere ſe maluerunt, deinde ſatius ducentes Rectori alicui obtemperare, ſpirituali curæ eorumdem Patrum dedere ſe decreverunt. Perhumaniter excepti locum intra clauſtra, qua erat Ara Divo Nicolao Tolentinati dicata, obtinuerunt, eamque ſedem per aliquos continenter annos incoluerunt. Exortis deinde Confratres inter, & Patres Cœnobii quacumque de cauſa, ut plerumque fit, acribus diſſidiis, Sodalitii viris viſum eſt alio ſe traducere, aptumque locum ſibi comparare, ubi tranquillius, liberiusque piis exercitiis de more vacare poſſent. Cum igitur Confratres *capitulariter* congregati anno MXD. die XXIX. Novembris id unanimi conſilio decreviſſent, ſibimet ſingulis pecuniam taxan-

xan-

Digitized by Google

xantibus ſummam argenteorum (ducatos Veneti vocant) 433. collegerunt, quæ ſatis & abunde fuit ad aream vacuam emendam, quæ ſita erat in D. Pantaleonis parœcia, quæ area (corte) familiæ Amadæ deſinebat prope rivum, qui etiam nunc appellatur *Rio delle Chioere*. Vacuam aream pretio ducatorum 420. vendidit Thadea de Amadis die II. Martii anno MIID. atque loci poſſeſſionem inierunt Confratres anno ſequenti MID die VI. Septembris. Hiſce rite peractis Oratorii conſtructio ad annos adhuc aliquos ex pecuniæ defectu dilata eſt, donec corrogatis piorum eleemoſynis Oratorium anno MDV. erectum fuit, & antiquo D. Nicolai Tolentinatis titulo inſignitum. Decennio a loci ædificatione evoluto nova iterum emerſerunt diſſidia; cum enim Plebanus, & Capitulum Parochialis Eccleſiæ S. Pantaleonis ægre ferent Feſtum S. Nicolai, aliasque ſolemnitates in Sodalitii Oratorio ingenti populi frequentia, & Miſſarum copia celebrari, controverſiam adverſus Confratres excitarunt, quæ tamen communium amicorum, & arbitrorum opera ad pacificum exitum ſub quibusdam conditionibus deducta eſt. Temporum deinde fluxu peſtifera lue acriter in urbe ſæviente anno MDLXXVI. cum Presbyteri S. Pantaleonis, copioſæ ægrotantium multitudini præſto eſſe non poſſent, curam hujus partis Parœciæ in Presbyteros S. Crucis inclinarunt; quorum deinde laboribus perenne præmium ſtatuentes, annuerunt, ut in poſterum eadem Parœciæ pars ad jura Eccleſiæ S. Crucis accederet. Hujus igitur Oratorii Confratres cum S. Cajetanum ſociosque ejus cernerent in Divino cultu augendo, & proximorum ſalute procuranda, dies, noctesque verſari, civesque ad illos certatim accurrere, in animum induxerunt, quod ſibi, & Patribus opportunum foret Oratorium illis exhibere, in quo & inſtitutum ſuum tenere poſſent, & ſibi Miſſarum celebratione, ſacramentorum adminiſtratione, & piis adhortationibus, ac ſermonibus prodeſſe. Annus erat alter ab initio Præſulatus S. Cajetani, quum oblationem Oratorii libens admiſit, & ad illud cum religioſa familia incolendum acceſſit.

Anno proximo ineunte, Chriſti nempe MDXXIX. die XXIX. Januar. Clemens VII. datis ad Sanctum Cajetanum, & Joannem Petrum Caraffam Apoſtolicis litteris eis mandavit, ut pro ea, qua præditi erant in Lithurgicis ſcientia, Reformationem

tionem Breviarii ſuſciperent, veteresque ritus, & lectiones, & homilias antiquas reſtituerent, demptis iis, quæ ex Origene, Euſebio, aliisque ſuſpectæ fidei ſcriptoribus incaute irrepſerant. Hoc ipſo anno alias ad Caraffam, & ſocios Venetiis degentes epiſtolas dedit, quibus præcepit, ut iis Catholicæ religionis præjudiciis conſulerent, quæ Græci Photii Schiſmati adhærentes Venetiis clam invehebant. Crediderim hæc ſpectaſſe ad Spiritus Sancti proceſſionem, & ad Latinæ cum Græca Eccleſia conjunctionem, in Florentino Concilio cura & laboribus Eugenii IV. peractam, ut ex epiſtola Hieronymi Quirini colligitur, ſub ejusdem anni finem data ad Clementem VII. Pontificem Maximum, cujus quidem epiſtolæ mentionem ingerit Antonius Caracciolus in vita ms. Pauli IV. lib. II. c. 7. idque confirmatur ex alia epiſtola, quam Joannes Baptiſta Sanga Pontifici a ſecretis Bononiæ ſcripſit ad Caraffam Venetias die x. Martii anno MDXXX. quam integram refert Tuſus in ſupplemento ad hiſtoriam Clericorum Regularium cap. 97. pag. 18. in qua circa medium iſthæc leguntur: " Queſta le " ſcrivo di comiſſione di S. S. la quale avendo l'anno paſſa- " to comeſſagli per quel breve che ſe le ſcriſſe, che rivedeſ- " ſe gli inconvenienti, che ſi facevano coſtì dalla nazione Gre- " ca, e penſaſſe de' rimedj, che a lei occorreria di poterſi fa- " re, deſidera avere da V. S. informazione di quel, che tro- " va in ciò, e del parer ſuo circa il rimedio.

Hoc pariter anno die XXVII. Decembris novo diplomate mandavit Pontifex Joanni Petro, & ſociis ejus, ut reformationem Dalmatum Eremitarum aggrederentur, qui, defuncto Jacobo Pavone, a quo circa annum MDXXIV. originem duxerant, directione, & correctione indigebant. Eapropter ampliſſima Patribus facta fuit poteſtas addendi Regulas, demendi, vel immutandi, prout ipſis opportunum videretur, ut in ſuo fervore recens illa Eremitarum exorta familia ab imminente laxitate prohiberetur. Pontificia hæc mandata argumento ſunt, quam hæc Veneta Clericorum Regularium familia virtute, & fama præſtaret; vix enim orta ad alias in regulari inſtituto firmandas delecta fuit. Nec illud ſilentio prætereundum cenſeo, quod quum per hæc tempora erectum fuiſſet Neapoli celebre Monaſterium Sapientiæ a Maria Caraffa Joannis Petri ſorore, miſſæ Venetiis fuerunt ad illam ſpectatiſſimæ vir-

Digitized by Google

tutis duæ Virgines Cæcilia & Barbara ex Patritia familia *Marina*, & Cæcilia quidem poſt Fundatricis obitum ter Prioriſſæ in eodem Monaſterio officium exercuit interveniente Pontificia diſpenſatione.

Interea religioſi viri dum ad alienos in virtute firmandos, & erudiendos incumbunt, præcipuam curam Venetis rebus impertiuntur, atque iis maxime, quæ ad ſalutem, & commodum pauperum pertinebant, quapropter anno MDXXXI. ut Xenodochium Incurabilium inſtauraretur enixam operam dederunt, unde & D. Cajetani imagini in Sacello interiori depictæ loci Moderatores in perenne grati animi monumentum epigraphen hanc apponi mandarunt: *Beato Cajetano Thienæo Clericorum Regularium hujusque Xenodochii auctori Gubernatores grati animi ergo P. C.* Nec minori ardore ædificationem Monaſterii promoverunt, quod fœminas a turpi corporis quæſtu abductas reciperet; hocque piis ſermonibus effecerunt, ut quamplures proſtituti pudoris mulieres ad meliorem frugem converſæ in ſancto propoſito perſeverarent.

Hiſce laboribus præmium etiam temporale Deus contulit, nam ſenſim ſenſimque vel domunculam aliquam proximam, vel areæ vacuæ ſpatium emendo anguſtos limites, quibus arcte continebantur, extendere potuerunt. Statim ac autem tantum ſpatii adepti ſunt, quantum Templo, & domui ædificandis neceſſum erat, quod contigit anno MDIXC. initium eſt ab Eccleſia factum, cujus primum lapidem rite benedictum in fundamentis poſuit Laurentius S. R. E. Cardinalis Priolus Patriarcha Venetiarum, Ducalem dignitatem obtinente Paſchali Ciconia. Opus, quod ad Vincentii Scamotii archetypum decenni ſpatio elaboratum fuit, ornate & eleganter prodiit, cujus conſecrationem ſolemni pompa peregit anno MDCII. die XX. Octobris Matthæus Zane Patriarcha Venetiarum, ut marmorea Epigraphe teſtatur in perenne rei monumentum exſculpta.

„ Deo & S. Nicolao Tolentinati piorum ſtipe Clerici Re-
„ gulares extruxere; Matthæus Zane Patriarcha, Marino Prin-
„ cipe Conſecravit XIII. Kal. Nov. MDCII.

Eccleſia, quæ ex eleemoſynis ſponte oblatis juxta admirabile hujus religioſæ familiæ inſtitutum erecta fuit, præclaris ditatur Sanctorum reliquiis quorum præcipuæ hæ ſunt: Corpus S. Marcelliani Mart. Caput S. Germanæ Mart. Coſta S. Andreæ Avel-

Digitized by Google

Avellini, pars ex oſſe S. Joannis Baptiſtæ Præcurſoris; ex Oſſibus Sanctorum Caroli Borromæi Cardin. & Petri de Alcantara Conf. & multa Sanctorum Martyrum Oſſa e Romanis cryptis educta.

Eximiis quoque ornatur tabulis. Jacobus enim Palma, Titianus Vecellius, aliique laudati nominis Pictores ad ipſius decus augendum labores ſuos certatim contulerunt.

Anno MDCXXXXIV. ſub auſpiciis S. Franciſcæ Romanæ erectum fuit ſodalitium Nobilium Matronarum (180. numerantur) quarum præcipua ſtudia ſunt Divinum cultum augere, & defunctorum animas piacularibus flammis detentas ſublevare.

Elenchus Præpoſitorum.

Anno 1527 Joannes Petrus Caraffa Patribus Venetias appulſis præerat. Hunc tanti Reſpublica Veneta fecit, ut illi munus graviſſimum impoſuerit. Anno ſcilicet MDXXX. quum nondum controverſiæ inter Venetos, & Ferdinandum Archiducem Auſtriæ, Caroli V. Fratrem circa quoſdam Veronenſis agri pagos compoſitæ eſſent, Senatus Venetus tres Arbitros viros perilluſtres eligendos cenſuit, qui diſſidia amice componerent. Caraffa itaque, qui plurimum apud Senatum & ſanctimonia, & prudentia valebat, ad res in concordiam reducendas comes datus eſt Epiſcopo Polano tunc Venetiis Apoſtolico Nuntio, & Archiepiſcopo Salernitano ex gente Adorna, ut fuſius referunt Paul. Paruta lib. VII. & Andreas Maurocenus lib. IV. Hiſtor. Venet. Iterum eligitur Præpoſitus anno 1530. Ad Petri Sedem, aſſumpto Pauli IV. nomine, evectus fuit die 23. Maii anno 1555.

1527 Die XIV. Septembris. In ædibus prope Eccleſiam S. Gregorii electus fuit Præpoſitus S. Cajetanus Thienæus Vicentinus. Iterum 1536. 1540. Eo præpoſiti munus gerente anno Domini 1528. Domus Veneta alumnum primum, eumque virum plane ſingularem excepit die IX. Decembris Joannem Marinonium Venetum, in ſæculo Franciſcum, qui præterquamquod Sacerdos, immo Ducalis Baſilicæ Canonicus erat, iis

Digitized by Google

præſtabat virtutibus cunctis, quæ commendabiliorem virum Eccleſiaſticum efficiunt. In his adeo profecit, ut fuerit Sancto Cajetano apprime carus, & amantiſſimos in Spiritu diſcipulos habuerit Sanctum Andream Avellinum, & Ven. Cardinalem Paulum de Aretio, aliosque multos in faſtis Clericorum Regularium celebratiſſimos. Solemnem Profeſſionem emiſit Anno 1530. die Dominicæ, quæ fuit 29. Maii, & poſt multos in vinea Domini exantlatos labores cum Infulas Archiepiſcopales Neapolitanas, ad quas Paulus IV. eum deſignaverat, conſtantiſſime detrectaſſet, ad præmia meritorum evolavit, cum magna ſanctitatis fama Neapoli, ubi erat ſuorum Præpoſitus die 13. Novembris anno 1562. Vitam ipſius ex diverſis Scriptoribus collectam concinnavit Ven. Vir Albertus Ambivari Bergomas Clericus Regularis, quam ex Veneto Theatinorum Archivo depromptam in ſanctiſſimi Civis noſtri decus typis vulgari optimum eſſe cenſui. Dabitur poſt completam Præpoſitorum Seriem.

1533 Bonifacius a Colle Alexandrinus unus ex quatuor Fundatoribus Ordinis Clericorum Regularium. Iterum 1546. 1551. Obiit magna cum ſanctimoniæ fama Venetiis anno 1558.

1537 Bernardinus Scotus Narnienſis. Iterum 1543. 1549. 1554.

1555 Gregorius Marinus ſuperius laudatarum Cæciliæ, & Barbaræ frater, in ſæculo Paſchalis nuncupatus. Vir *omnibus virtutibus ornatiſſimus*, domum quinquennii ſpatio laudatiſſime rexit. Obiit die 14. Decembris 1568.

1560 Hieremias Iſacchinus Salodienſis, iterum 1563. 1569. 1574. Ipſum Paulus IV. inter S. R. E. Cardinales cooptandum deſtinaverat, quod tamen morte præventus executioni mandare non potuit.

1561 Auguſtinus Barile Bergomenſis.

1566 Jo. Paulus Montorſanus Comenſis.

1568 Hieronymus Ferro Monopolitanus.

1570 Nicolaus della Zecca Barulenſis.

1573 David a Como.

1577

Digitized by Google

1577 Thomas Brancia Neapoletanus. Iterum 1583.

1580 Jo. Baptiſta Milani Venetus. Iterum 1584 poſtea totius Ordinis primus Præpoſitus Generalis a Sixto V. creatus. A Clemente VIII. electus Epiſcopus Bergomenſis eam Eccleſiam per multos annos ſanctiſſime adminiſtravit, zelo eccleſiaſticæ diſciplinæ & profuſa in pauperes charitate clariſſimus. De eo in Ital. Sacra inter Epiſcopos Bergomenſes.

1586 Silveſter del Tuſo Neapolitanus.

1589 Angelus Zuccatus Venetus. Iterum 1600. 1607. 1615. 1621.

1592 Baſilius Pignatelli Neapolitanus.

1593 Hieronymus Buzzacharinus Patavinus.

1595 Hieremias Vetuleus Venetus. Iterum 1604.

1598 Bernardus Superantio Venetus.

1599 Philippus Bili Eugubinus.

1603 Laurentius Centurio Januenſis.

1609 Alexander Mammolus Venetus.

1612. Paulus Bariſonius Patavinus.

1618 Nicolaus Foſcari Venetus. Iterum 1628. 1638.

1620 Victor Frincavella Venetus. Iterum 1630.

1624 Ludovicus Gerardus Venetus. Iterum 1641.

1627 Benedictus Baſſo Venetus, pietate & prudentia conſpicuus.

1633 Gregorius Diamante Venetus. Iterum 1636.

1635 Angelus Alberti Venetus.

1639 Jo. Maria Vincenti Venetus.

1644 Franc. Maria Pincinius Venetus. Iterum 1653. 1668.

1647 Jo. Andreas Pizzamanius Venetus. Iterum 1650. 1659. 1665. 1674.

1649 Cajetanus Branzius Vicentinus.

1656 Bernardinus Benzius Venetus.

1662 Franciſcus Finetus Venetus. Iterum 1677.

1671 Joſeph Maria Arrigonius Venetus. Iterum 1682. Fuit Ordinis Præpoſitus Generalis.

1679 Nicolaus Lini Venetus, fuit totius Ordinis Generalis Præpoſitus.

1683 Franciſcus Dario Venetus.

1686 Bernardus Finetus Venetus.

Digitized by Google

1689 Alexander Gajus Venetus.
1692 Joſeph Maria Michelius Venetus. Iterum 1698.
1695 Jo. Carolus Merati Venetus. Iterum 1707.
1701 Dominicus Mauro Venetus.
1704 Jo. Antonius Fracaſſetti Venetus.
1710 Jo. Maria Blanchi Venetus. Iterum 1725. 1737.
1713 Cajetanus Maria Merati Venetus. In re Liturgica peritiſſimus, ut ipſius opera typis edita ſatis oſtendunt.
1716 Joſeph Maria Zino Venetus.
1719 Franciſcus Berlendis Venetus.
1722 Paulus Antonius Righinus Venetus.
1728 Joannes Henricus Vam-Barle Venetus.
1731 Joſeph Maria Zuanelli Venetus.
1734 Cajetanus Maria Zois Venetus.
1739 Franc. Maria Baſſinus Venetus. Ob. in munere.
1742 Joannes Merati Venetus.
1745 Antonius Maria Zino Venetus.
1748 Auguſtinus Orzalius, de cujus laude Operis hujus Tom. 1. pag. 295.

AD-

ADMIRABILIS VITÆ
AC PRÆCLARÆ MORTIS
B. JOANNIS MARINONII
SELECTA

A Venerabili Dei Servo

ALBERTO AMBIVARI BERGOMENSE

SACRI ORDINIS THEATINORUM

Divinæ Providentiæ Theologo

Ex diverſis Scriptoribus collecta.

Digitized by Google

Digitized by Google

Auctoris Proteſtatio.

ANimadvertat, qui hæc de admirabili Beati Joannis Marinonii vita, ac præclara morte ſelecta percurrit, ſacris inhærendo Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Conſtitutionibus ac præcipue Sanctiſs. Pontificis Maximi Urbani VIII. Decretis, nullatenus præſumere, nec affirmare me velle, quæ de eo, aliiſque cum fama ſanctitatis defunctis referuntur miracula, etiam publica, atque authentica atteſtatione cum juramento probati Viri firmata, atque corroborata, revelationes, prophetias, extaſes, viſiones, aliaque omnia in iis contenta, maxime quæ ſanctitatem exprimunt, aut eorum cum cœlitibus gloriam adeptam indicant, vera eſſe ac certa; ſed prorſus incerta ac dubia, falſitatibus atque erroribus obnoxia, ad laudem potius, atque honorem, quam ad nudam demonſtrandam veritatem evulgata, non minus, ac cæteræ prophanæ humanæque hiſtoriæ, quarum Authores Perſonarum magis, de quibus agunt, laudes edicere, commendare facta, amplificare virtutes, exagerare merita, magnificare opera, atque etiam ſæpe ad honorem ac venerationem multiplicare, augere, atque etiam extollere plusquam par eſt, quam vera patefacere intendunt. Nec a me ullo modo, quæ de Marinonio aliiſque ſanctitatis fama defunctis evulgaverim, ad augendum cultum aut novum introducendum ordinare præſumpſi; nec ut ad ritualem eorum canonizationem, aut beatificationem orandum faciant; ſed ſolum ad honorem refero, quamvis in his ſelectis de Marinonii celebri vita, ac morte, ejusque egregiis operibus, atque virtutibus communem Scriptorum loquendi modum ſequar, qui eum honorifico Beati, ac Sancti titulo cohoneſtant, quo ab ejus obitu, anno nempe 1562. ad præſens usque per immemorabile tempus a Fidelibus toto orbe Catholico cognominatur, ac colitur. Eaque omnia cenſuræ atque judicio Sanctæ Matris Romanæ ac Univerſalis Eccleſiæ ſubjicio, atque ſubmitto, cujus obedientiſſimus haberi filius, & obſequentiſſimus ſervus, taliſque ab omnibus in perpetuum judicari exopto, ab eaque in omni opere dirigi.

Digitized by Google

ADMIRABILIS VITÆ AC PRÆCLARÆ MORTIS B. JOANNIS MARINONII SELECTA.

Quamvis in ſcribenda B. Joannis Marinonii admirabili vita non unus deſudaverit calamus, nullus tamen ſingula adeo accurate expreſſit, ut non multa ſuperſint in ſinu oblivionis ſepulta, eaque præſertim, quæ ſunt inſignis ejus ſanctimoniæ illuſtriora argumenta.

Ego vero cum me omnibus in unum contrahendis imparem noverim, nolimque propterea tenuitate dicendi detrahere aliquid tot præclare geſtorum magnitudini, tum maxime quod vir ex noſtris, eruditione, morumque integritate ſpectabilis, hanc ſibi jam aſſumpſerit provinciam: quia tamen quamplures ubique terrarum, Italiam, Hiſpaniam, ac Luſitaniam peragrans, huic Beato addictiſſimos reperi, qui admirabilis ejus vitæ, ac mortis præcipua ſaltem percurrere cupiunt, temperare mihi non potui, quin aliqua ex multis ſtudioſius decerperem, exponeremque latino idiomate quædam veluti ſelecta, quo ſingulorum votis in id unum tendentibus facerem ſatis. Parvæ quidem molis opus, ſed rerum, quas complectimur, granditate eximium, fidelibus ad virtutem incitandis perutile, concionatoribus ad claram tantorum facinorum notitiam neceſſarium, hujusque Sancti ſtudioſis ad majora pietatis incrementa aptiſſimum cenſeo.

Atque in hoc primo limine nihil me omnino relaturum quisque ſciat, quod pro certo non habuerim, aut a ſenioribus noſtris omni prorſus fide dignis traditum, aut in antiquis manuſcriptis expreſſum non viderim, aut denique in iis Scriptoribus non compererim, qui, quæ de hoc Sancto colligere potuere, typis tradidere. Quod ſi humana fide majora videantur

tur ea, quæ refero, non hærebit ad ea dubius, qui mirabilem in Sanctis ſuis Deum attente perpenderit.

Etſi vero Sanctus iſte Romæ, ac in tota univerſali Eccleſia Beati titulo communius nuncupetur, nimirum B. Joannes Marinone, vel a patria B. Joannes Venetus, vel a Religione S. Joannes Theatinus, Sanctum tamen Joannem his in ſelectis lubet appellari, non ideo tantum, quod ex communi Theologorum ſententia Sancti titulus Beato competat; neque propterea, quod dum ageret inter mortales, non aliter quam Sanctus Dei per antonomaſiam vocaretur, quo titulo etiam vita functum, quandiu vixere ſuperſtites cohoneſtarunt omnes, qui eum novere; neque ex eo, quod Authores permulti eum paſſim Sanctum nuncupent; neque tandem quia in Hiſpania, ac Luſitania, aliiſque extra ſinum Italiæ Regionibus B. Joannes Marinone dicatur ab omni fidelium cœtu; ſed ob id maxime, quod in Brevi pro Indulgentia plenaria viſitantibus Goæ in India Orientali noſtram Beatæ Mariæ Virginis de Divina Providentia Eccleſiam in hujus Sancti feſto die a Summo Pontifice Innocentio Decimo fidelibus conceſſa (quam ego ipſe Indiam cogitans Miſſionarii munere functurus, ſupplex petivi) Summus Pontifex eum Sanctum nominat his verbis: In feſto S. Joannis Marinonii: quem etiam titulum tradidiſſe fertur Urbanum Papam VIII. cum vivæ vocis oraculo, inſtante Reverendiſs. Patre noſtro D. Vincentio Giliberto totius tunc Ordinis moderatore, approbavit generalem illam Ordinariorum in Italia declarationem, nempe ſub ejuſdem Pontificis Decretis prohibentibus omnem cultum viris nondum a Sancta Sede Apoſtolica canonizatis, aut ſaltem beatificatis, non comprehendi Marinonem, cui longiſſimi temporis ſpatio ſcientibus, ac conſentientibus iiſdem Ordinariis, ſummiſque Pontificibus, publicus fidelium cultus deferebatur, eaque de cauſa generali canonizatione canonizatum noverat Pontifex.

Sanctus igitur Joannes Marinone anno 1490. Decemb. die 25. media nocte jam decurrente, Venetiis natus eſt, communia cum Chriſto ſortitus natalia, qui præteritis retro ſæculis eadem prorſus nocte, ac hora reclinari voluit in præſepio. Patris nomen Bartholomæus Marinone, Matris Eliſabeth de eadem familia, de nobili Civium Venetorum gente, a clariſſi-

Digitized by Google

mis, ſeu Illuſtriſs. illius Sereniſs. Reipublicæ Ordinis ſecundi; morum tamen integritate ac virtutum præſidiis longe præclariſſimi. Luxere etenim ſanctitate magis, quam originis claritate, ac opibus; nam honeſte, ac pie viventes, ſanctis operibus una cum filiis dediti, ea virtutum fama floruere, ut eorum domus, in qua habitabant, ſanctitatis Aſceterium diceretur.

Ad ſanctitatis ergo metam anhelantes, cum unanimi conſenſu rerum humanarum contemptui, jejuniis, vigiliis, eleemoſynis, cœleſtiumque contemplationi certatim ſtuderent, profuſis lacrymis enixe petebant a Deo, ut extremam in ſterilitatem degenerare potius fineret connubium, quam in fœcunditatem prolis aſſurgere, a qua ſummam ſuam bonitatem lethali aliquando lædendam offenſa proſpiceret. Quod ut obſtinatis precibus aſſequerentur, ad Virginis Deiparæ ſine labe conceptæ Iconem, quam domi peculiari cultu venerabantur, quotidie provoluti in genua prolixius orabant.

Propitium utriusque votis Numen tres filios conceſſit, totidemque fœminas, quorum omnium virtus adeo ſpectabilis affulſit, ut a collata ſacris in fontibus gratia non ſolum non excidiſſe, ſed eam ſemper ad extremum usque diem ſanctis auxiſſe operibus, conſtans fuerit eo tempore fama.

Mater enim, cujus hoc unum ſpectabat induſtria, ut omni virtute filios imbueret, extincto conjuge, ſtatim concepit perpetuæ caſtitatis votum, emiſitque, cujus exemplo percitæ tres ejus filiæ eodem ſe voto obſtrinxerunt, virgineique candoris lilium ut illibatum ſervarent, inter privatæ domus parietes, velut in clauſtro, meritis, annisque graves vixere una cum matre ad extremam usque ætatem. Omnes vero filii Sacerdotali charactere inſigniti ſanctiſſimæ vitæ curſum præclaro fine clauſerunt.

Omnium poſtremo natus eſt Sanctus noſter Joannes Marinone, cui immenſos gratiæ ſuæ theſauros divina liberalitas aperuit in ipſo parentis ſinu, quam non ſecus, ac Sampſonis matrem, commoneſecit Angelus, dum orationi vacabat, ut auſterius ageret cum ſe ipſa, vitamque ad virtutis amuſſim exigeret accuratius, eo quod prolem erat paritura cœlo acceptiſſimam, multisque Dei ſpiritu afflatis futuram ad omne

Digitized by Google

ne ſanctitatis genus anteſignanam, quod præſtitit illicò mater cœleſtium ſtudioſa mandatorum.

Nocte igitur Natalis Domini Joannem enixa eſt dulciſſima voluptate geſtiens mater; perſuaſum enim habebat ſe prolem ſanctam in lucem edere, eo magis, quod nullus omnino doloris ſenſus hujusmodi partum funeſtaverat, quin potius illum certiſſima commendaverant cœleſtis auxilii argumenta. Siccis enim pupillis, manibus in formam Crucis applicatis ad pectus, vultuque ad hilaritatem flexo prodiit. At ubi defixit obtutus in Chriſti è Cruce pendentis imaginem collocatam in puerperæ cubiculo, repente prorupit in fletus, qui quidem tanta copia fluebant ex liqueſcentibus oculis, ut Crucifixo condolere, ejusdemque dolore transfigi videretur.

Prima, quæ prompſit ex ore verba, Jeſus Maria fuere, cæterarum vocum fœliciter ignarus. Nihil ei magis cordi erat, quam in Icones Sanctorum, Chriſti præcipue, ac Virginis Deiparæ oculos conjicere; quantam vero intuenti jucunditatem afferebat Virginis absque macula Conceptæ imago, tanto eum dolore afficiebat Chriſti patientis aſpectus; conficiebatur enim lachrymis, luctuque contabeſcebat, neque ſe a Crucifixo, ſemel ac in eum oculorum aciem intenderat, divelli patiebatur.

18. Vix triennis, regendoquè par corpori, alta jam nocte, cunctisque ſomno deditis, proripiebat ſe furtim è lecto, ſtatimque procumbens in genua ad Chriſti Crucifixi, & intemeratæ Chriſtiparæ imaginem preces fundebat, noctemque exigebat in ſomnis. Eum ſic orantem ſæpius deprehendit mater, viditque cœleſti luce circumfuſum.

Nulla ipſi jucundior, atque acceptior res, quam Chriſti, Virginis Matris, Martyrumque vitæ narratio. Accendebatur enim ad tot præclara facinora, atque excitabatur maximo ad mortem pro Chriſto ſubeundam deſiderio. Optabat autem in primis, ut ſibi quis omnia Chriſti tormenta dicendo peragraret, percenſeretque ſingulatim. Tunc enim vero liqueſcebat in lachrymas, faciebatque dolori ſuo ſatis adeo, ut extorqueret etiam fletus ab intuentium oculis; nec ponebat inconſolabili planctui modum, niſi cum certior fiebat ab adſtantibus Chriſtum morte ſua mortales revocaſſe ad vitam, reſurrexiſſe ab Inferis, cœlos aſcendiſſe, ad dexteram æterni Pa-

Patris glorioſum ſedere, ibique inter choros Angelorum, Sanctorumque plauſus vitam agere perennibus delitiis conſertam. Cœterum votis omnibus ambiebat, ut quam frequentiſſime fieri poterat, duceretur ad Templa, in quibus flexo repente poplite ante Altare majus Divinum venerans Euchariſtiæ Sacramentum, eo animi affectu horas integras orationi perſiſtebat, ut in Angelum transformari divina quadam metamorphoſi videretur.

Quinquennis erat (ut ipſemet primo quem in Chriſto genuit filio B. Andreæ Avellino narravit) quinquennis inquam erat, cum ſibi media nocte ſurgenti e lecto, ſecretoque veſtigio tendenti ad Crucifixi imaginem, Chriſtum in hæc verba loquentem audiit: *Fili, tuus me hac in Cruce ſuſpendit amor*; quibus verbis ad tantam miſerationem commoveri ſe ſenſit, ut ex hoc tempore ſibi Deum propoſuerit ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ex omnibus viribus (ut ajebat ipſe) diligere, conſtanterque ſtatuerit omnia mundi, fortunæque munera poſtponere Chriſti, ac Virginis Matris obſequio.

Incitamenta illa libidinum quibus incenduntur cæteri mortales, extincta prorſus in eo viſa ſunt, & hanc ſingularem caſtimoniæ dotem Deiparæ Virgini omnis puritatis fonti acceptam refert B. Andreas. Cum enim ſacro Immaculatæ Conceptionis die in mediæ noctis ſilentio pro more vigilaret, ac oraret, nedum ſeptennis Joannes, & in tanti myſterii contemplationem raperetur, illibatum Virginis Mariæ candorem pro ſuo modulo æmulaturus, perpetuæ caſtitatis votum concepit, quod ut religioſe teneret, ac ſolveret inviolate, precibus omnibus contendit a Virgine, ut hanc ipſi ab Unigenito ſuo gratiam impetraret. Affulſit illico candida veſte ſpectabilis Beata Virgo, atque extrema ejus parte Joannis caput operiens ſic affata eſt: *Fili, florebit ſemper ſub umbra mei patrocinii tua integritas*; quo dicto manum oſculandam porrexit, quam ſumma cum animi demiſſione ſuaviatus eſt puer, amplexuſque deinde eſt Chriſti pedes, quem in ulnis geſtabat Virgo. Pulcherrimam hanc ſcenam clauſit impertita benedictione Chriſtus, ex qua tantam percepit voluptatem Joannes, ut ſe cœleſti quodam imbre aſperſum irroratumque ſenſerit.

Tanta vero erat illi in acerba quamvis ætate morum matu-

maturitas, ut non ſolum puerilibus non delectaretur crepundiis, innocuisque luſibus, ſed gravi quadam prudentia caſtigatus videbatur; quinimo ſocios omnes, quorum habebat conſuetudinem, informabat ad cœleſtia. Indicans Salvatoris in Cruce vel Immaculatæ Virginis effigiem ſatagebat, ut flexis in terram genibus, & Deo patienti condolerent, & triumphanti de Averno Deiparæ plauderent gratulabundi; qua quidem in palæſtra pietatis, velut anteſignanus, ac vexillifer, diſcipulorum lacrymas ſuis provocabat, ipſoſque deinde ad recitandam Salutationem Angelicam ſtudioſe erudiebat.

Nihil in eo erat, quod puerum ſaperet, ſi ætatem exceperis, quam occupaverat quædam virilis gravitas, præcoxque ſapientia. Cœleſtibus ſemper intentus, familiari Angelorum colloquio Sanctorumque conſuetudine fruebatur, ac præcipue B. Virginis, ac Chriſti, qui ſæpeſæpius ipſi paſſionis ſuæ myſteria exponebat. Geſtu modeſtus, inceſſu gravis, mitis aſpectu, parce verbis utebatur, niſi cum exageranda mundi malignitas, vel Dei bonitas celebranda erat. Dabat enim tunc ſermoni habenas; quem melliflua quædam facundia ſententiis ad rem appoſite interjectis ornata commendabat.

In tanta vero ſublimitate adeo ſubmiſſe ſe gerebat, ut veluti cœleſtium ignarus, ſe ad amorem Dei, odiumque mundi erudiri ab aliis poſtularet; rapiebatque omnes in admirationem tanta pueri vix ſeptennis di[vi]norum cupiditas, atque peritia. Jam ab ejus nativitate Ve[n]etiis rumor eruperat, natum in Dei domo (ſic etiam, aliiſque ſanctis nominibus Parentum habitatio ex præclara eorum virtute, ac Sanctimonia appellabatur) infantem, quem inſignem in ſanctitate futurum, quæ in eo partu evenere, apprime præmonſtrabant. Etenim ad Præcurſoris Chriſti ſimilitudinem, cognati primum, atque vicini, poſtea fere univerſa civitas obſtupefacta ex iis, quæ viderant, & audierant, Omnipotentis Dei manum, ac Virginis protegentis in eo eſſe affirmare non dubitabant. Excrevit vero creſcentibus annis tanta cum publicitate, hæc ejus apud omnes ſanctitatis opinio, ut ea etiam in ætate puerili, morum gravitate, abſtinentia, aſſidua oratione, aliiſque, quibus ornabatur virtutibus, ſanctitatis exemplar diceretur.

Horum omnium conſcius Veronenſis Antiſtes Aloyſius Lupomanus, generis claritate, multoque magis doctrinæ, ac

vir-

virtutum ſplendore inſignis, obſtupuit, rogavitque Patrem enixe, ut ſibi filium traderet educandum, atque in omni diſciplina edocendum, admiratus indolem, & in tam parva ætate ſpiritum ſupra omne, quod dici poteſt præſignem. Ceſſit Epiſcopi precibus Pater reveritus petentis dignitatem. Joanni vero non parum utilitatis attulit tanti Præſulis ſocietas. Primus enim fuit, cui conſcientiæ tradidit arcana, cui etiam cogitationes ſuas omnes aperuit, tanta ſane cum animi ſubjectione, ut totus ex ejus arbitrio penderet. Venerabatur enim in perſona ſui moderatoris Chriſtum imperantem.

Percepit illico oculatiſſimus Antiſtes poſitum extra vulgaris ſanctimoniæ confinia Joannem, & ex multis diligenti examine probatis, Italiæ crudeli peſtilentia laborantis ſalutem Joannis Nativitati adjudicavit. Animadverſum enim fuit, ex eo omnino die, in quo felici partu eum mundo edidit Mater, neminem peſtifero afflatu ſublatum, omnemque paulo poſt luem, quæ impune graſſabatur, paulatim extinctam, quaſi illuceſceret mundo ad inſtar benigni ſyderis ex Joannis nativitate felicitas.

Quapropter arbitratus eſt Antiſtes, Joannem peculiari cœli faventis auxilio promovendum ad ſublimia, eaque de cauſa, quamvis ſeptennem, ex inſigni pueri erga divinum epulum religione, ac cultu, illudque recipiendi deſiderio, virtutis poſitus eminentiam, quam annorum paucitatem reſpiciens, ad ſacram menſam juſſit accedere bis in hebdomada, quinta ſcilicet feria in Chriſti paſſionis memoriam, ac Sabbatho in peculiaris erga Beatam Virginem reverentiæ argumentum.

Tantam autem ex hac cœleſti dape voluptatem hauriebat Joannes, ut ſe ipſum non caperet. Ut vero purior, atque innocentior ad divinum hoc Convivium accederet, ſolemniter vovit coram Epiſcopo moderatore, ſe nunquam capitali noxa, nec levi etiam culpa cogitate, ac dedita opera ſupremum Numen offenſurum, imo invigilare promiſit, ut Chriſtum quem in corde, ac mente ſemper habebat, quantum in ſe erat ſuper omnia ſemper diligeret. Quia vero Deo inſpirante majora ſemper æmulabatur, grandior factus, ac ſacris initiatus Ordinibus, antequam primo faceret ad Altare, novo ſe voto obſtrinxit, faciendi ſemper ad Dei gloriam, ac proximorum ſalutem, quod perfectius judicaret.

Hæc

Digitized by Google

Hæc ſane vota tam ſincere reddidit, ut in extremo vitæ diſcrimine poſitus, certiorem fecerit Beatum Andream Avellinum, qui tunc erat ei a confeſſionibus, ſe ſemper ſtetiſſe promiſſis, atque adeo nihil unquam perpetraſſe, quod majoris perfectionis perſuaſum non habuerit.

Totius vitæ Joannis plene conſcius B. Andreas, mira poſteris tradidit de ejus integritate, candore, innocentia, ac vitæ in omni virtutum genere verſatiſſimæ ſanctimonia, quæ leguntur in quibusdam vetuſtis quaternionibus collectis ab Illuſtriſſimo noſtro D. D. Benedicto Mandina Epiſcopo Caſertenſi, & in libro manuſcripto digeſtis, quem Acta Sanctorum Patrum Theatinorum placuit appellare; atque inter multa, quæ ibi de hoc inclyto Sancto ex B. Andrea tradita commemorat, tantam aſſerit fuiſſe ejus vitæ innocentiam, ut in primo parente Adam, Joannes minime peccaſſe videretur. Enim vero teſte B. Andrea, nunquam Joannes ſuis in Confeſſionibus certam abſolutioni materiam ſubjecit, tantus erat hujus ſanctiſſimi Viri in Deum amor, in animi motus imperium, in mundi voluptates odium, in linguam frœnum, in cordis, ac mentis cuſtodiam ſollicitudo, ac tandem tanta leviſſimarum etiam noxarum deteſtatio, ut a peccati etiam nomine abhorreret; adeo ut in veſtibulo frontis pateret, quantum ab eo mens averſabatur, ſi aliquando eo præſente contigerit nominari; quod ſane certiſſimum erat fomitis extincti, ac deterſæ labis ex Protoplaſti cognatione contractæ argumentum.

Nunquam, teſte B. Andrea, carnis titillationem in ſe ſenſit, nec ad bonum repugnantiam, ſed potius propenſionem, atque a Numine quendam ejus voluntati impoſitum fervorem, ac vim, in iis maxime, quæ ad majorem Dei gloriam pertinere agnoſceret, ejusque ſuper omnia dilectionem, ac proximorum ſalutem; quin etiam voluntatem rationi ſubjectam, atque inferiorem hominem ſuperiori ſubditum, & omnem ſenſus voluptatem ferme extinctam, a pueritia usque ad ultimam ſenectutem expertus omnino eſt.

Iis quoque votis, quæ ſumendæ majori cum reverentia Sacræ Sinaxis conceperat, alia multa adjecit opera pietatis, quæ ut feſtinatam ingenii maturitatem, ita exuberantem Spiritus Sancti in eo gratiam clariſſime demonſtrabant. Præceperat Matri Dei nomine Angelus, ut ad corporis afflictationem ac

virtutum ſplendore inſignis, obſtupuit, rogavitque Patrem enixe, ut ſibi filium traderet educandum, atque in omni diſciplina edocendum, admiratus indolem, & in tam parva ætate ſpiritum ſupra omne, quod dici poteſt præſignem. Ceſſit Epiſcopi precibus Pater reveritus petentis dignitatem. Joanni vero non parum utilitatis attulit tanti Præſulis ſocietas. Primus enim fuit, cui conſcientiæ tradidit arcana, cui etiam cogitationes ſuas omnes aperuit, tanta ſane cum animi ſubjectione, ut totus ex ejus arbitrio penderet. Venerabatur enim in perſona ſui moderatoris Chriſtum imperantem.

Percepit illico oculatiſſimus Antiſtes poſitum extra vulgaris ſanctimoniæ confinia Joannem, & ex multis diligenti examine probatis, Italiæ crudeli peſtilentia laborantis ſalutem Joannis Nativitati adjudicavit. Animadverſum enim fuit, ex eo omnino die, in quo felici partu eum mundo edidit Mater, neminem peſtifero afflatu ſublatum, omnemque paulo poſt luem, quæ impune graſſabatur, paulatim extinctam, quaſi illuceſceret mundo ad inſtar benigni ſyderis ex Joannis nativitate felicitas.

Quapropter arbitratus eſt Antiſtes, Joannem peculiari cœli faventis auxilio promovendum ad ſublimia, eaque de cauſa, quamvis ſeptennem, ex inſigni pueri erga divinum epulum religione, ac cultu, illudque recipiendi deſiderio, virtutis poſitus eminentiam, quam annorum paucitatem reſpiciens, ad ſacram menſam juſſit accedere bis in hebdomada, quinta ſcilicet feria in Chriſti paſſionis memoriam, ac Sabbatho in peculiaris erga Beatam Virginem reverentiæ argumentum.

Tantam autem ex hac cœleſti dape voluptatem hauriebat Joannes, ut ſe ipſum non caperet. Ut vero purior, atque innocentior ad divinum hoc Convivium accederet, ſolemniter vovit coram Epiſcopo moderatore, ſe nunquam capitali noxa, nec levi etiam culpa cogitate, ac dedita opera ſupremum Numen offenſurum, imo invigilare promiſit, ut Chriſtum quem in corde, ac mente ſemper habebat, quantum in ſe erat ſuper omnia ſemper diligeret. Quia vero Deo inſpirante majora ſemper æmulabatur, grandior factus, ac ſacris initiatus Ordinibus, antequam primo faceret ad Altare, novo ſe voto obſtrinxit, faciendi ſemper ad Dei gloriam, ac proximorum ſalutem, quod perfectius judicaret.

Hæc

Hæc ſane vota tam ſincere reddidit, ut in extremo vitæ diſcrimine poſitus, certiorem fecerit Beatum Andream Avellinum, qui tunc erat ei a confeſſionibus, ſe ſemper ſtetiſſe promiſſis, atque adeo nihil unquam perpetraſſe, quod majoris perfectionis perſuaſum non habuerit.

Totius vitæ Joannis plene conſcius B. Andreas, mira poſteris tradidit de ejus integritate, candore, innocentia, ac vitæ in omni virtutum genere verſatiſſimæ ſanctimonia, quæ leguntur in quibusdam vetuſtis quaternionibus collectis ab Illuſtriſſimo noſtro D. D. Benedicto Mandina Epiſcopo Caſertenſi, & in libro manuſcripto digeſtis, quem Acta Sanctorum Patrum Theatinorum placuit appellare; atque inter multa, quæ ibi de hoc inclyto Sancto ex B. Andrea tradita commemorat, tantam aſſerit fuiſſe ejus vitæ innocentiam, ut in primo parente Adam, Joannes minime peccaſſe videretur. Enim vero teſte B. Andrea, nunquam Joannes ſuis in Confeſſionibus certam abſolutioni materiam ſubjecit, tantus erat hujus ſanctiſſimi Viri in Deum amor, in animi motus imperium, in mundi voluptates odium, in linguam frœnum, in cordis, ac mentis cuſtodiam ſollicitudo, ac tandem tanta leviſſimarum etiam noxarum deteſtatio, ut a peccati etiam nomine abhorreret; adeo ut in veſtibulo frontis pateret, quantum ab eo mens averſabatur, ſi aliquando eo præſente contigerit nominari; quod ſane certiſſimum erat fomitis extincti, ac deterſæ labis ex Protoplaſti cognatione contractæ argumentum.

Nunquam, teſte B. Andrea, carnis titillationem in ſe ſenſit, nec ad bonum repugnantiam, ſed potius propenſionem, atque a Numine quendam ejus voluntati impoſitum fervorem, ac vim, in iis maxime, quæ ad majorem Dei gloriam pertinere agnoſceret, ejusque ſuper omnia dilectionem, ac proximorum ſalutem; quin etiam voluntatem rationi ſubjectam, atque inferiorem hominem ſuperiori ſubditum, & omnem ſenſus voluptatem ferme extinctam, a pueritia usque ad ultimam ſenectutem expertus omnino eſt.

Iis quoque votis, quæ ſumendæ majori cum reverentia Sacræ Sinaxis conceperat, alia multa adjecit opera pietatis, quæ ut feſtinatam ingenii maturitatem, ita exuberantem Spiritus Sancti in eo gratiam clariſſime demonſtrabant. Præceperat Matri Dei nomine Angelus, ut ad corporis afflictationem ac

Digitized by Google

vitæ auſteritatem puerum inſtitueret; ac propterea quadragenarium illud jejunium, quod ipſa ante feſtum diem Immaculatæ Conceptionis in honorem Deiparæ obſervaverat, ſingulis annis cum puero per ætatem jam corroborato iteraret, ut ambo fierent Deo ac Virgini acceptiores.

Nec cœleſte detrectavit imperium piiſſima mater, quod etiam antevertit alacri animo Joannes, nam expleto vix triennio ſingulis ſextis feriis temperabat ſe a cibo; auxitque deinde jejunium ſeptennis ſacram ad menſam admiſſus. Triduo enim unaquaque hebdomada abſtinebat, quarta ſcilicet feria, ut ſe componeret ad cœleſte convivium, ſexta, ut Chriſto patienti condoleret, Sabbatho denique, ut Deiparæ Virginis celebraret memoriam. Fluebant tres illi dies in orationibus, in lachrymis, in vigiliis, in ſuſpiriis, in ſingultibus; corpus flagellis cædebat, cilicio domabat, atque indictum ſibi jejunium per quadraginta dies ante ſacrum Virginis ſine macula Conceptæ feſtum proximos obſervabat annuatim ex nuncupati voti religione.

Ardua quamquam ſint hæc omnia, àc plane laborioſa, ea tamen ſuperabat cœleſti fretus gratia Joannes; ut enim majora viribus aggrediebatur, ita præſentius aderat Supremi Numinis auxilium. Etenim deguſtata ſemel cœleſti dape, cibos omnes refugiebat cum nauſea; diem, quo fiebat Sacrorum Euchariſticorum particeps, traducebat omnino jejunus, & quod reliquum erat hebdomadæ, tranſmittebat quam ſæpiſſime ſolo pane contentus, ac frigida, quam vivendi rationem tenuit conſtantiſſime ad extremum usque diem.

Evolvendis in lucem cœleſtibus gratiis, quas ex divini participatione myſterii colligebat, vaſtus hic ſe campus aperit; ſed cum mihi pauca ſummatim delibare conſtitutum ſit, narrationem contraho. Divino refectus pabulo extaſim repente patiebatur, abductusque a vinculis corporis, Chriſto conjungebatur plurium horarum ſpatio. Inter hæc jubilantis animi deliquia totus igneſcebat, ac vultu diradiante referebat Angelum humani corporis inquilinum, quin & adeo fervebat ſanguis, ut febrili ardore æſtuantem credidiſſes, niſi, quæ caput non ſemel coronavit cœleſtis flamma, divinum eſſe ignem probaſſet, quo immodice terrebatur.

Magna illi oris elegantia, ſed verenda, ſed pudica venuſtate

ſtate ſpectabilis, quæ conciliaret modeſtiam, non quæ libidinem excitaret. Et ſane nullus unquam etſi perfractæ frontis vir aut mulier, obſcœnis eum oculis intueri, vel turpia coram eo loqui auſus eſt. Quid, quod tantus erat illibati corporis, animique candor, ut nemo in ejus faciem, proruptæ quamvis audaciæ proſtratique pudoris, defixerit aliquando oculos, quin erubeſceret, ſeque ad meliorem frugem componeret e veſtigio, tanquam ſi in eo, velut in ſpeculo, propria ſua ſcelera deprehendiſſet.

Moleſtiſſime ferebat, quod toties læderetur profligatis hominum moribus divina bonitas, quodque innumerus peccatorum, ac infidelium numerus faceret quotidie ſalutis æternæ jacturam; quapropter continuis lachrymis proſequebatur illorum calamitatem, ac indefeſſis precibus interpellabat pro eis apud Deum. Cum de itinere offendebat Hebræos (quibus ſcatent paſſim Venetiæ) disrumpebatur, omnemque vincebat conſolationem dolor, quem ex populi Deo quondam dilectiſſimi derelictione, ac data Deo a tam ingrata gente morte concipiebat. Quare enixe petebat a Numine, ut eos, & infideles omnes, ac peccatores ex corruptis moribus revocaret ad vitam emendatiorem, deque tenebris errorum traduceret ad lucem veritatis, illud ſæpe cum Zacharia proferens: *Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.*

Promovendæ pietatis non minus, quam impietatis debellandæ ſtudio incenſus infimos, pares, ſupremos, coævos, conſanguineos, omnes denique hortabatur nata occaſione, ut impenſe Deum diligerent, ac ſpretis rebus humanis anhelarent ad cœleſtia; quod ut facilius conſequeretur, repetebat ſæpe illis, quæ eo die legerat, aut audierat Sanctorum exempla ac virtutes.

Adeo exarſit in Marinone a pueritia ſalutis animorum ardor, ut primis ad ſacram menſam acceſſibus de prædicando Barbaris Evangelio, deque fundendo in obſequium fidei ſanguine cogitaret. Adeoque percrebuit ſacræ ejusdem menſæ conſuetudine ejus in corde fervor iſte divinus, ut parum adfuerit, quin ſeptennis repentina conſcenſione Conſtantinopolim velificaret convertendorum Turcarum ergo, eorumque præſertim Imperatoris, Divi Franciſci exemplo, & ut mente conce-

vitæ auſteritatem puerum inſtitueret ; ac propterea quadragenarium illud jejunium, quod ipſa ante feſtum diem Immaculatæ Conceptionis in honorem Deiparæ obſervaverat, ſingulis annis cum puero per ætatem jam corroborato iteraret, ut ambo fierent Deo ac Virgini acceptiores.

Nec cœleſte detrectavit imperium piiſſima mater, quod etiam antevertit alacri animo Joannes, nam expleto vix triennio ſingulis ſextis feriis temperabat ſe a cibo ; auxitque deinde jejunium ſeptennis ſacram ad menſam admiſſus. Triduo enim unaquaque hebdomada abſtinebat, quarta ſcilicet feria, ut ſe componeret ad cœleſte convivium, ſexta, ut Chriſto patienti condoleret, Sabbatho denique, ut Deiparæ Virginis celebraret memoriam. Fluebant tres illi dies in orationibus, in lachrymis, in vigiliis, in ſuſpiriis, in ſingultibus ; corpus flagellis cædebat, cilicio domabat, atque indictum ſibi jejunium per quadraginta dies ante ſacrum Virginis ſine macula Conceptæ feſtum proximos obſervabat annuatim ex nuncupati voti religione.

Ardua quamquam ſint hæc omnia, àc plane laborioſa, ea tamen ſuperabat cœleſti fretus gratia Joannes ; ut enim majora viribus aggrediebatur, ita præſentius aderat Supremi Numinis auxilium. Etenim deguſtata ſemel cœleſti dape, cibos omnes refugiebat cum nauſea ; diem, quo fiebat Sacrorum Euchariſticorum particeps, traducebat omnino jejunus, & quod reliquum erat hebdomadæ, transmittebat quam ſæpiſſime ſolo pane contentus, ac frigida, quam vivendi rationem tenuit conſtantiſſime ad extremum usque diem.

Evolvendis in lucem cœleſtibus gratiis, quas ex divini participatione myſterii colligebat, vaſtus hic ſe campus aperit ; ſed cum mihi pauca ſummatim delibare conſtitutum ſit, narrationem contraho. Divino refectus pabulo extaſim repente patiebatur, abductusque a vinculis corporis, Chriſto conjungebatur plurium horarum ſpatio. Inter hæc jubilantis animi deliquia totus igneſcebat, ac vultu diradiante referebat Angelum humani corporis inquilinum, quin & adeo fervebat ſanguis, ut febrili ardore æſtuantem crediſſes, niſi, quæ caput non ſemel coronavit cœleſtis flamma, divinum eſſe ignem probaſſet, quo immodice terrebatur.

Magna illi oris elegantia, ſed verenda, ſed pudica venuſtate

Digitized by Google

ſtate ſpectabilis, quæ conciliaret modeſtiam, non quæ libidinem excitaret. Et ſane nullus unquam etſi perfractæ frontis vir aut mulier, obſcœnis eum oculis intueri, vel turpia coram eo loqui auſus eſt. Quid, quod tantus erat illibati corporis, animique candor, ut nemo in ejus faciem, proruptæ quamvis audaciæ proſtratique pudoris, defixerit aliquando oculos, quin erubeſceret, ſeque ad meliorem frugem componeret e veſtigio, tanquam ſi in eo, velut in ſpeculo, propria ſua ſcelera deprehendiſſet.

Moleſtiſſime ferebat, quod toties læderetur profligatis hominum moribus divina bonitas, quodque innumerus peccatorum, ac infidelium numerus faceret quotidie ſalutis æternæ jacturam; quapropter continuis lachrymis proſequebatur illorum calamitatem, ac indefeſſis precibus interpellabat pro eis apud Deum. Cum de itinere offendebat Hebræos (quibus ſcatent paſſim Venetiæ) diſrumpebatur, omnemque vincebat conſolationem dolor, quem ex populi Deo quondam dilectiſſimi derelictione, ac data Deo a tam ingrata gente morte concipiebat. Quare enixe petebat a Numine, ut eos, & infideles omnes, ac peccatores ex corruptis moribus revocaret ad vitam emendatiorem, deque tenebris errorum traduceret ad lucem veritatis, illud ſæpe cum Zacharia proferens: *Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.*

Promovendæ pietatis non minus, quam impietatis debellandæ ſtudio incenſus infimos, pares, ſupremos, coævos, conſanguineos, omnes denique hortabatur nata occaſione, ut impenſe Deum diligerent, ac ſpretis rebus humanis anhelarent ad cœleſtia; quod ut facilius conſequeretur, repetebat ſæpe illis, quæ eo die legerat, aut audierat Sanctorum exempla ac virtutes.

Adeo exarſit in Marinone a pueritia ſalutis animorum ardor, ut primis ad ſacram menſam acceſſibus de prædicando Barbaris Evangelio, deque fundendo in obſequium fidei ſanguine cogitaret. Adeoque percrebuit ſacræ ejuſdem menſæ conſuetudine ejus in corde fervor iſte divinus, ut parum adfuerit, quin ſeptennis repentina conſcenſione Conſtantinopolim velificaret convertendorum Turcarum ergo, eorumque præſertim Imperatoris, Divi Franciſci exemplo, & ut mente conce-

perat, peragraret poſtea Græciam, ut Græcos ſchismaticos ad catholicam fidem ac Summi Patris obedientiam revocaret: quam quidem peregrinationem haud dubie ſuſcepiſſet, niſi ſe interpoſuiſſet Epiſcopi Veronenſis imperium, cui ad nutum obedire ſtatuerat.

Nihilominus quia fervens ſemper in eo fuit animarum ſalutis deſiderium, a ſuſcepti præſertim divini epuli tempore, & impar erat illi ætas ad id munus exequendum, excogitabat continuo quid ageret, ut ſummo omnes amore Chriſtum colerent, atque excruciabatur, quod id perficere non poterat. Quare perenni lachrymarum imbre expetebat a Numine, ut in omnium cordibus ſanctiſſimum ejus ac Virginis Matris nomen imprimeret, atque abjecta ſæculi vanitate, contemptoque mundo, totos ſe in ejus ſervitio manciparent.

Ipſe vero ab Epiſcopo Veronenſi edoctus, ut ſe totum Deo conſecraret, frequenti oratione ac precibus efflagitabat, ut projecta propria voluntate totus penderet a divina, adeo ut dicere poſſet cum Apoſtolo: *Vivo ego jam non ego; vivit vero in me Chriſtus*. Quadam tandem nocte cum ferventius ſolito id expoſceret a Numine, ſpectandum ſe ei dedit in Cruce humani generis Redemptor, dixitque: *Fili mi, præbe mihi cor tuum, ut tu in me, & ego in te vivere poſſim*. Obtulit illico cor ſuum Joannes, eique viſus eſt Chriſtus ſuam in Cruce pendentis vivam imaginem imprimere, atque eo charactere illi reſtituere, & in ejus pectus imponere dicens: *Ex hoc tempore Fili vives ſemper in me, & ego in te*, & illico oſtendit illi Chriſtus cor ſuum cum Joannis imagine in ejus medio expreſſa. Et ſane ex tunc eo in Chriſtum ferebatur amore, ac tantis torqueri cruciatibus, tantaque affici miſeratione erga ejus vulnera, ut animam ex nimio dolore, vel potius amore efflare perſæpe videretur.

Contigit etiam ei non ſemel, ut cor ſuum videret flammis circumſeptum, quas Chriſtus in ejus pectore accendere in tam tenera ætate ſibi videbatur, ut curſu temporis ad animorum ſalutem in aperta erumperet incendia. Aliquando etiam ſuam ipſius animam inter Chriſti brachia, quandoque ejus in divino pectore recumbentem vidit, quibus viſionibus ad omnem virtutem ejus excitabatur animus.

Sed ex omnibus Marinoni dotibus, quibus divinus Spiritus ejus

ejus animam adornabat, in quo maxime excelluit, ac ſe ipſum ſuperaſſe videbatur, inhiare ſemper omni ſollicitudine ac ſtudio divinis fuit; tantoque amoris æſtu deperire Jeſum, & Mariam, ut ab omnibus, quæ ad eos non pertinebant, capitali odio diſſideret. Quare nihil ei potius erat, nihil jucundius, quam ſanctiſſimum utriusque nomen exageratis laudibus celebrare.

Duodennis erat, cum Chriſti corpore recenter paſto mirabilis ei viſio oblata eſt. Contendebat a Chriſto, ac ſanctiſſima ejus Virgine Matre ſollicitis precibus, ut cœleſti fretus gratia ſibi liceret eorum amorem alte imprimere in cordibus mortalium. Apparuit interea Chriſtus una cum Virgine, dixitque: *Fili roga me prius, ut meum, ac Matris meæ ſanctiſſimum nomen inſcribam tuo in corde; ſic enim facies alios tantæ fœlicitatis participes:* quod quidem illico deprecatus eſt; optavitque præterea Chriſti patientis doloribus affici; atque exoravit, ut cum ejus, ac Matris nomine in corde inſcripto, tormenta etiam Crucis communicaret. Dictum, factum. Vidit enim Chriſtum ſpinea ſua Corona ſupremam ipſius cordis partem coronare, adeoque premere, ut infixis magno cum dolore ſpinis ſtillare ſtatim ſanguinem cœperit. Mox ſuis clavis circumforare, ac transfigere repetito quater vulnere, ac tandem lancea, qua fuerat in Cruce ſauciatus, cordis medium perfodere, ita ut Joannis cor quinque Chriſti plagas exprimeret, duas in ſuperiori parte infra ſpineam coronam, ac ſimiliter duas in inferiori, in medio vero lateris cicatricem. Deinde vidit Chriſtum eadem lancea proprio intincta ſanguine, quem divinum ejus latus ſtillaverat, inſcribere infra ſpineam Coronam ſupra plagas Jeſus, ſubſcribere tandem in inferiori cordis parte poſt plagas Beatam Virginem digito, ac puriſſimo ſuo lacte Maria.

Quantus fuerit ex eo tempore Joannis in Deum, ac Virginem amor quam vehemens, quam incitatus nemo eſt, qui dicendo aſſequi poſſit, aut conſequi mente cogitando. Etenim ſemper in ore, æſtuante præ amore corde, ſanctiſſimum Jeſu, ac Mariæ nomen habebat, gemina hæc, ac divina nomina ſuaviſſime proferens. Intimo etiam doloris ſenſu commiſerabatur Chriſtum patientem, adeoque recrudeſcebant identidem inflita cordi quinque vulnera, ut mirarentur, qui ſcirent,

rent, non fatiſcere continuo Joannem animi deliquio collapſum. Nihilominus tantum aberat, ut ſtuderet dolori leniendo, ut pati magis magiſque præ Chriſti amore percuperet, ſumme gaudens circumgeſtare in corde Chriſti pendentis ſimulacrum, ejuſque experiri paſſionis tormenta, magno tamen affectus ſemper dolore ex Chriſti commiſeratione; quapropter manantibus ubertim lacrymis ac flebili voce altiſſimis interrupta ſuſpiriis, ea ſæpe proferebat Hymni verba: *Quæ te vicit clementia, ut noſtra ferres crimina, mortem ſubires innocens, a morte nos ut tolleres.*

Nunquam exinde cubile iniit, ut ſomno ſe daret. Dormitabat enim in ſella geſtatoria poſitus, inter brachia Crucifixi imaginem ad cor applicatam ſtricte tenens. Nec ſomnum ultra tertiam horam protrahebat, quam conſuetudinem usque ad extremam vitæ lineam ſervavit, nec unquam adduci potuit, etſi graviter ægrotans, ut exutus veſtibus in culcitra cubaret; nam veſtimentis oneratus, nudis recumbebat in aſſeribus, caputque vix applicabat ad rigens, perdurumque cervical.

Agebat adhuc annum ætatis duodecimum, cum Chriſti paſſionem inter amica noctis ſilentia collachrymantem Dæmon impetiit truculento aſpectu horribilis, ut eum a tam ſancto exercitio deterreret, ex maxima qua ardebat in puerum Deo percharum invidia. Obſtupuit primo aſpectu Joannes, armansque ſtatim ſalutaris impreſſione ſigni frontem, Jeſu, ac Mariæ fidem imploravit. Advolarunt illi ambo præſentiſſimum in auxilium, Dæmonemque pavore correptum conjecerunt in fugam. Recepit animos Joannes cœleſti præſidio corroboratus; ita tamen, ut ſibi de novo maligni ſpiritus inſultu vereretur. Quare Jeſum per inſignem, quam in deſerto retulerat de Dæmone victoriam, obteſtatus eſt, ut eum nunquam in ſe ſineret irruere; idemque enixe petiit a Virgine obtinuitque. Enimvero non modo pravarum ſollicitationum, moleſtarumque viſionum Dæmonis expers fuit in poſterum; ſed etiam tantum in Erebi furias adeptus eſt imperium, ut eas ab obſeſſorum corporibus ſolo aſpectu eliminaret.

Vidit non ſemel, cum pernoctaret in Oratione, Michaelem Archangelum ſuo lateri adhærentem. Prima quidem vice contre-

tremuit, jam præteritæ noctis memor, quæ truculentam illam Dæmonis viſionem monebat; ſed collegit illico, erexitque ſe cum audiit Archangelum diſtricto minaciter gladio ſic ſtantem: *Ne timeas; delegavit enim me Deus in tui cuſtodiam majores Dæmonis conatus eluſurum, ut a perpeſſis laboribus ſecure conquieſcas*. Angeli etiam proprii cuſtodis viſione perſæpiſſime fruebatur præcipue noctis tempore, cujus aſpectu ſummam animi, ac cordis lætitiam, & in Dæmones imperium concipiebat.

Templum ingredienti paulo poſt illam, quam enarravimus truculentam Dæmonis aggreſſionem, occurrit vir energumenus, qui ad Joannis aſpectum expaveſcens, ac fremens terribili ore clamabat, ut Joannem e Templo ejicerent, cujus præſentiam ferre non poterat. Statim autem ac eum vidit Dæmon ad ſe accedere, ſtrepens, atque energumeni ore nigricantem, ac fumantem ignem emittens aufugit, libero atque incolume relicto viro. Hoc iterum, ac tertio accidit obviam ſimiliter factus energumenis Joannes. Qua de re eo percrebuit apud omnes Venetiis, atque Veronæ ejus ſanctitatis fama, ut aufugere ac ſe occultare a populi concurſu, qui eum videre, ac ſuis ſe orationibus commendare cupiebant, neceſſarium fuerit.

Hoc Joannis in Dæmones imperium adulta jam ætate, ac ſanctimonia, maxime vero Sacerdotali inſignitus charactere, ac noſtræ Sodalitati adſcriptus, eo crevit, favente Numine, ut ad ſimilitudinem Magni Antonii, eo abſente, ejusque invocato tantum nomine, multi a Dæmonibus vexati liberati ſunt, de quo infra ſuo in loco admirabilis caſus enarrabitur. Quæ autem fuerit potior in Joanne virtus, a qua ſingularis hæc in Dæmones poteſtas paucis Sanctorum tam imperioſe conceſſa, emanaſſet, varie arbitrati ſunt Scriptores. Sequor B. Andreæ Avellini ſententiam, qui illam intemerato ejus candori, ac impollutæ innocentiæ, propter quam videbatur patrandorum peccatorum incapax, cœliſque affinior, quam terris, adſcripſit.

In Joannis emolumentum tota cogitatione, ac cura incumbebat Sanctus Veronenſis Antiſtes: quare humanis eum, ac divinis litteris admovit, ut majora Deo obſequia, atque ampliora proximo reddere poſſet beneficia. Cum autem eruditis præ-

Digitized by Google

præceptoribus daret operam, ad eam ſtudiorum perfectionem pervenit, ut brevi juris utriusque lauream Patavii ſumma cum laude obtinuerit. Et ſi vero tunc temporis viſus ſit in re litteratoria diſcipulus, primas tamen in palæſtra virtutis ſemper tenuit; ideoque rerum ſpiritualium Doctor, ac Magiſter conſtanti omnium opinione audiit; quod ei nomen adſcriptum inſignis cum ſanctimoniæ fama præcipue fuit, poſtquam ſe noſtræ Religioni mancipavit; eratque diſcipulorum, quibus in via ſalutis facem præſerebat, eorumque regebat animos, tam ex Noſtratibus, quam aliorum Ordinum ac ſæcularium virorum, nec non Monialium, atque omnis ſtatus mulierum ingens ferme numerus.

Tantum vero abeſt, ut noxius doctrinæ vapor ejus in pectore ſenſum pietatis extinguere potuerit, ut ne afflaverit quidem. Huc enim vero ejus totum evocabat ingenium, ut aſſidue vacaret cœleſtium operum Meditationi, ut Deum ſemper haberet præ oculis, ut de Virginis Deiparæ Immaculata Conceptione, gratiæ plenitudine, ac gloria ſermonem inferret, a cunctis cum Chriſto diligendam, venerandamque proponeret; ſeque totum fingeret ad Supremi Numinis voluntatem, adeo illi curæ erat virtutem cum ſcientia paciſci.

Ut vero a Cœleſtium contemplatione nec ad minimum ſe diverteret, coram Crucifixi imagine flexis ut plurimum genibus, humanis, ac ſacris litteris ſtudere conſueverat, interpoſitis ſemper multis, variiſque pietatis ac religionis, præcipue vero amoris in Chriſtum actibus. Hoc autem ſtudendi modo, ac meditandi ſimul divina, eo Numini placuit Joannes, ut nocturno tempore omni alia abjecta luce, ad eam, quæ aut a Crucifixi imagine procedebat, aut ab Angelo Cuſtode, cujus aſpectu perſæpiſſime fruebatur, ſtudere ferme continuo meruerit.

Animarum autem ſaluti magis ſtudens, ut id ſine ullo impedimento perageret, contempto mundo, Religionem, quæ ſimul & cœleſtium contemplationi vacaret, ac proximorum ſaluti incumberet, ingredi cogitavit. Quartum decimum compleverat annum, cum hanc ejus mentem Antiſtiti aperuit, qui annuens ſancto huic Juvenis propoſito cum a Deo expoſcendum ſubdiderit, ut inſpiraret, cui ex Ordinibus nomen dare magis illi placuerit, ac fuerit divinæ ſuæ con-

for-

Digitized by Google

formius voluntati, ſubſecuta precibus in Oratione viſionem omnem decrevit.

Adſtringere ſe voto ineundi Religionem ardentiſſime deſiderabat. At noluit non cognita prius Dei voluntate Moderator Antiſtes. Quare indicto ſibi certo dierum jejunio, exceptoque ſingulis noctibus duris flagellis corpore, cilicio indutus, atque aſſidua oratione, præcipue poſt ſumptum ſacræ ſynaxis epulum, meruit tandem quid gratius eſſet Numini admirabili viſione conſpicere. Proſpexit enim Orationi vacans, viginti prope annis antequam fundaretur, noſtræ Religionis exordia. Vidit Sanctiſſimum Archiepiſcopum Theatinum Joannem Petrum Caraffam, ac S. Cajetanum Thienæum clericali veſte indutos librum præ manibus habentes, in quem obſervandas ab Ordine Conſtitutiones referebant. Dumque inſolito ſtupore defixus intuebatur illud nobile par Heroum, Angelorum adinſtar corruſcantium, audiit Chriſtum ſibi dicentem: *Hæc eſt, Joannes, hæc eſt Religio, cui te volo mancipatum, ut optime de me merearis. In ea enim meam ac meorum Apoſtolorum paupertatem ſimul, & vitam imitaberis.* Quia vero nondum erat inſtituta, quænam ea eſſet, latebat Joannem. Patefecit illico oblatam ſibi viſionem Epiſcopo, qui cum nec illam agnoſcere poſſet, adduxit Joannem, ut expectaret tempus, quo Deus ſecretum manifeſtius aperiret, ac interim non ineundi Religionem, ſed clericali militiæ adſcriptum, ac Sacris Ordinibus initiatum inſerviendi Numini votum eliceret.

Ad Ordines igitur Minores promotus, omne tempus, quod feriari a litterarum ſtudiis illi concedebatur, in divinorum contemplatione, ac ſanctis operibus erogabat. Cœpit igitur pueros ac pauperes ad ſe avocare, & in doctrina Chriſtiana, ac fidei myſteriis ardenti charitate inſtruere, perſuadere cunctis ſacri epuli frequentiam; peccati fœditatem, plurima manante lachryma, ut ab eo abhorrerent, oſtendere; pœnitentiam, quæ ad cœleſtem patriam conducit homines, atque in Angelos transmutat, tanto ſpiritus fervore proponere, ut multis profecerit. Hebræorum, ac Turcarum converſioni, qui Venetiis morabantur, totus eſſe, quibus catholicam fidem cœleſti quadam eloquentia illi cœlitus communicata neceſſariam eſſe ad ſalutem, magno illorum provectu demonſtrare cona-

Digitized by Google

præceptoribus daret operam, ad eam ſtudiorum perfectionem pervenit, ut brevi juris utriusque lauream Patavii ſumma cum laude obtinuerit. Et ſi vero tunc temporis viſus ſit in re litteratoria diſcipulus, primas tamen in palæſtra virtutis ſemper tenuit; ideoque rerum ſpiritualium Doctor, ac Magiſter conſtanti omnium opinione audiit; quod ei nomen adſcriptum inſignis cum ſanctimoniæ fama præcipue fuit, poſtquam ſe noſtræ Religioni mancipavit; eratque diſcipulorum, quibus in via ſalutis facem præferebat, eorumque regebat animos, tam ex Noſtratibus, quam aliorum Ordinum ac ſæcularium virorum, nec non Monialium, atque omnis ſtatus mulierum ingens ferme numerus.

Tantum vero abeſt, ut noxius doctrinæ vapor ejus in pectore ſenſum pietatis extinguere potuerit, ut ne afflaverit quidem. Huc enim vero ejus totum evocabat ingenium, ut aſſidue vacaret cœleſtium operum Meditationi, ut Deum ſemper haberet præ oculis, ut de Virginis Deiparæ Immaculata Conceptione, gratiæ plenitudine, ac gloria ſermonem inferret, a cunctis cum Chriſto diligendam, venerandamque proponeret; ſeque totum fingeret ad Supremi Numinis voluntatem, adeo illi curæ erat virtutem cum ſcientia paciſci.

Ut vero a Cœleſtium contemplatione nec ad minimum ſe diverteret, coram Crucifixi imagine flexis ut plurimum genibus, humanis, ac ſacris litteris ſtudere conſueverat, interpoſitis ſemper multis, variiſque pietatis ac religionis, præcipue vero amoris in Chriſtum actibus. Hoc autem ſtudendi modo, ac meditandi ſimul divina, eo Numini placuit Joannes, ut nocturno tempore omni alia abjecta luce, ad eam, quæ aut a Crucifixi imagine procedebat, aut ab Angelo Cuſtode, cujus aſpectu perſæpiſſime fruebatur, ſtudere ferme continuo meruerit.

Animarum autem ſaluti magis ſtudens, ut id ſine ullo impedimento perageret, contempto mundo, Religionem, quæ ſimul & cœleſtium contemplationi vacaret, ac proximorum ſaluti incumberet, ingredi cogitavit. Quartum decimum compleverat annum, cum hanc ejus mentem Antiſtiti aperuit, qui annuens ſancto huic Juvenis propoſito cum a Deo expoſcendum ſubdiderit, ut inſpiraret, cui ex Ordinibus nomen dare magis illi placuerit, ac fuerit divinæ ſuæ con-

for-

Digitized by Google

formius voluntati, ſubſecuta precibus in Oratione viſionem omnem decrevit.

Adſtringere ſe voto ineundi Religionem ardentiſſime deſiderabat. At noluit non cognita prius Dei voluntate Moderator Antiſtes. Quare indicto ſibi certo dierum jejunio, exceptoque ſingulis noctibus duris flagellis corpore, cilicio indutus, atque aſſidua oratione, præcipue poſt ſumptum ſacræ ſynaxis epulum, meruit tandem quid gratius eſſet Numini admirabili viſione conſpicere. Proſpexit enim Orationi vacans, viginti prope annis antequam fundaretur, noſtræ Religionis exordia. Vidit Sanctiſſimum Archiepiſcopum Theatinum Joannem Petrum Caraffam, ac S. Cajetanum Thienæum clericali veſte indutos librum præ manibus habentes, in quem obſervandas ab Ordine Conſtitutiones referebant. Dumque inſolito ſtupore defixus intuebatur illud nobile par Heroum, Angelorum adinſtar corruſcantium, audiit Chriſtum ſibi dicentem: *Hæc eſt, Joannes, hæc eſt Religio, cui te volo mancipatum, ut optime de me merearis. In ea enim meam ac meorum Apoſtolorum paupertatem ſimul, & vitam imitaberis.* Quia vero nondum erat inſtituta, quænam ea eſſet, latebat Joannem. Patefecit illico oblatam ſibi viſionem Epiſcopo, qui cum nec illam agnoſcere poſſet, adduxit Joannem, ut expectaret tempus, quo Deus ſecretum manifeſtius aperiret, ac interim non ineundi Religionem, ſed clericali militiæ adſcriptum, ac Sacris Ordinibus initiatum inſerviendi Numini votum eliceret.

Ad Ordines igitur Minores promotus, omne tempus, quod feriari a litterarum ſtudiis illi concedebatur, in divinorum contemplatione, ac ſanctis operibus erogabat. Cœpit igitur pueros ac pauperes ad ſe avocare, & in doctrina Chriſtiana, ac fidei myſteriis ardenti charitate inſtruere, perſuadere cunctis ſacri epuli frequentiam; peccati fœditatem, plurima manante lachryma, ut ab eo abhorrerent, oſtendere; pœnitentiam, quæ ad cœleſtem patriam conducit homines, atque in Angelos transmutat, tanto ſpiritus fervore proponere, ut multis profecerit. Hebræorum, ac Turcarum converſioni, qui Venetiis morabantur, totus eſſe, quibus catholicam fidem cœleſti quadam eloquentia illi cœlitus communicata neceſſariam eſſe ad ſalutem, magno illorum provectu demonſtrare cona-

batur: eleemoſynis ſublevare pauperes: Noſocomia inviſere: inſervire ægrotis: eorum propria manu inſanabilia curare ulcera, atque oſculari, inſignique humilitate, ac commiſeratione lambere (quo ſancto medicamine multi miraculoſe ſtatim convaluere) ardentiſſime cœpit. Quos vero inveniſſet ſpe vitæ deſtitutos, animare, ſolari, atque ad æterna ſumma pietate ac ſtudio dirigere inſudabat. Nec ſemel contigit ſolo Crucis ſigno, aut ſua manu fovens ægrotos, aut erigens, priſtinæ ſanitati ſumma omnium admiratione reſtituere.

Sacris initiatus incredibile dictu videtur quanta devotione ut ad Aram faceret, expiata quotidie prius conſcientia, atque in oratione conſumpta ſæpe tota nocte, ac magno diei tempore, animam præparabat. Non hominem celebrare, qui ejus aderant Sacrificio, ſed Angelum, aſſerebant. Sæpe in elevatione Hoſtiæ ac calicis, eo Spiritus fervore ad cœleſtia evocabat animum, atque æterno Patri unigeniti filii oblationem offerre conabatur, ut e terra cubitum ſublatum, ac diu ſuſpenſum cuncti aſpicerent. Hinc, ut ex ejus vitæ innocentia, humilitate, modeſtia, & in Deum, ac proximum ferventi charitate, cæteriſque virtutibus, in quibus adhuc in eo primo ætatis flore apprime erat conſummatus, omnium ore ſanctiſſimus audiebat. Excrevitque poſtea tanta cum ſanctitatis fama ejus apud omnes nomen, atque ad extremum uſque diem adeo perduravit, ut ſæpe Angelus Dei inter homines natus, aut Cœlo delapſus, quandoque Sacerdos ſanctus, ſemper vero per antonomaſiam Sanctus Dei diceretur.

At quia non uno miraculo a prima ſane ætate ejus virtus claruit nedum Venetiis, atque Veronæ, ſed Romæ, & in aliis intra, atque extra ſinum Italiæ Civitatibus multis encomiis ejus virtus, atque admirabilis ſanctitatis eminentia laudabatur, adeo ut ejus orationibus Proceres Principes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Summique etiam Pontifices ſuis ſe litteris commendarent, quibus abſens juxta cujuſque ſtatum ſalutis monita cum daret, interiora eorum cordis ſuperna luce penetrare, ac futura prævidere apertiſſime demonſtrabat.

Canonicatu principis Templi S. Marci Venetiis decoratus, cum primo Templum illud ingredi cogitaret ſuo munere functurus, magna cum veneratione, ac benevolentia excepere il-

Digitized by Google

ſlum Canonici, utpote qui in omnium Ordinum æſtimatione, ac oculis erat. Admirati ſanctimoniam & inſignem ejus morum gravitatem, & in recitandis in Choro horis canonicis, angelicam quandam devotionem, cœpere ſinguli ſtrictiori ſe diſciplina componere atque ad ejus imitationem vacare divinis, nullusque eo præſente niſi de ſpiritualibus loqui, aut de re neceſſaria unquam eſt auſus. Redditus omnes Canonicatus, relicta ſibi tantum exigua pro ejus ſuſtentatione parte, pauperibus ſemper diſtribuit, eosque ad propriam menſam excipere, cum illis accumbere, eorum ſæpe pedes lavare, oſculari, ſumma animi demiſſione, ac humilitate ſingulis fere diebus conſueverat, meruitque inter pauperes, Chriſto pauperi ſibi obviam facto miniſtrare.

His, cæterisque miſericordiæ operibus ſtudens, ſanctiſſimi noſtri Ordinis fundatores Joannes Petrus Caraffa Archiepiſcopus Theatinus, qui ad ſummam deinde infulam elatus Paulus Papa Quartus audiit, ac S. Cajetanus Thienæus Venetiis Aſceterium erexere ſecundum a Religione condita, quod ut Joannes agnovit, eum eſſe Ordinem animadvertit, cui nomen daturum ei Chriſtus jam antea præmonſtraverat. Quare nova revelatione confirmatus, atque ad tam arctam, & inſignem paupertatem animatus, quam Chriſtus primo, deinde Apoſtoli ſervavere, qualis eſt ſub Divinæ Providentiæ patrocinio immediate vivere ex ſolis eleemoſynis ſponte oblatis, ſanctis illis Fundatoribus ejus voluntatem aperuit. Ab iis benigne acceptus, & ejus examinato ſpiritu recurrentibus omnibus ad Deum ferventi multorum dierum oratione, ac precibus, ut inſpiraret, quod ad ſui gloriam melius eſſet, tandem a ſanctis illis Fundatoribus 9. Decembris die 1528. anno, in eam Sanctorum Patrum Sodalitatem Joannes exceptus eſt, diſtributo prius pauperibus patrimonio omnique ſuæ domus ſupellectili, & quod potius eſt relicto prorſus ex animo mundi affectu, ut ſe totum Deo dicaret.

In ingreſſu inſigni humilitate ad pedes Antiſtitis Theatini, ac S. Cajetani, aliorumque Patrum, qui aderant, ut oſcularetur, pervolutus in genua S. Clementis Papæ, ac Martyris verba protulit: *Non meis meritis ad vos me miſit Dominus veſtris coronis participem me fieri.* Theatinæ igitur militiæ adſcriptus mirum quantum in eo erga Magiſtrum ſuum obe-

dientia, atque in obſervanda regulari diſciplinà eluxerit ſolliſcitudo. In humilitate, animique ſui demiſſione, ac fervore ſpiritus cæteriſque virtutibus eo inſignis omnibus viſus eſt, ut vel in ipſo tyrocinii limine totius ſanctitatis ſpeculum diceretur.

Præcipue illi curæ fuit Sanctiſſimi Epiſcopi Theatini Joannis Petri Caraffæ, ac Sancti Cajetani Thienæi noſtri Ordinis Fundatorum, quos Orbis novos ſanctitate Apoſtolos appellabat, omnem vitæ rationem diſcere, imitari virtutem, eorumque veſtigiis omni conatu, omnique ſtudio inſiſtere. Deum aſſidue precabatur, ut ſibi duplicem eorum ſpiritum impertiret, quem tanta adeptus eſt gratia, donorumque ſpiritualium ubertate, ut novæ legis Eliſæum non ab uno Elia, honoris ac venerationis Deo debitæ zelatore, ſed a duobus duplicem in eo ſpiritum factum fuiſſe omnium votis crederetur; nec ſane abſque Numinis providentia, cum de ejus plenitudine ii omnes eſſent accepturi, quos dirigere in Dei ſervitio, ac virtutis ſemita conabatur. Sic equidem in inſtruendis tyronibus, regendoque noſtri Ordinis Neapolitano Divi Pauli Majoris, ac Monialium Sapientiæ Cœnobiis ſe geſſit, & in dirigendo eorum ſæcularium Virorum, ac Mulierum, quarum erat a Confeſſionibus, ſpiritu, ut nullus absque inſigni ſanctitatis laude ex hac vita migraſſe contigerit.

Qui cæteris abundantius de ejus ſpiritus plenitudine accepere Andreas Avellinus ab Urbano Papa Octavo Beatorum Catalogo adſcriptus, Pater Jacobus Tornus, Salvator Caraciolus Archiepiſcopus Compſanus, Venerabilis Cardinalis Aretius, omnes noſtri Ordinis ſanctitate celebres fuere, & ex Monialibus Venerabilis Virgo Maria Caraffa Pauli Quarti Pontificis Maximi dilectiſſima Soror, quos omnes, alioſque Marinonii ſectatores præoptat Orbis canonizatos videre, ac venerari.

Magno apud omnes in honore ſemper fuit; multique ejus conſilio, doctrina, ac prædicatione, mundi illecebris abjectis regularis diſciplinæ deſiderio diverſis Religionibus nomen dedere, ubi extremum diem claudere meruerunt non modica ſanctitatis opinione, ac plauſu. De eo, quod de Divo Antonio Abbate legitur, pleno ore dici poſſe indubitatum unquam fuit, neque nihil eo continentius, nihil vigilantius fuiſſe patien-

tientia, manſuetudine, humilitate, aſſidua oratione, paupertate voluntaria, ac ſtudio divinarum ſcripturarum, ardentique in Deum amore illius ævi ſuperabat omnes.

Exploratum ſatis habuit ſine humilitate virtutem ullam poſſe conſiſtere, quod ea ſit omnium radix, ac fundamentum, adeoque nihil in eo, quod vilem de ſe exiſtimationem non redoleret, deprehenſum eſt. Cumque eſſet conſcientiæ tam puræ, ut ne levem quidem noxam ſciens unquam admiſerit, tamen ſe quaſi peccatorem omnium maximum incuſabat. Nec mediocriter conflictabatur, dum in conſcientiæ examine (quod ter quotidie ſubibat, mane ſcilicet, meridie, nocteque) quid in Confeſſione aperire deberet, minime deprehenderet. Unde quando Confeſſarium adibat, hæc verba identidem uſurpabat: Væ mihi, Pater, qui cum in Deum graviſſime delinquam, nec illius, ut par eſt, vocationibus, beneficiiſque reſpondeam, ita tamen affectus ſum (quod quidem meæ in Divino obſequio ignaviæ vertendum eſt) ut contra illum patrata ſcelera mihi penitus excidant e memoria.

Non aliud, quam Joannis peccatoris, imo & in peccatis conſepulti nomen ſibi imponebat, dignumque affirmabat, quem homines exploderent, ac pedibus conculcarent tanquam mundi purgamentum, atque omnium peripſema: quod ea demiſſione animi, fletuque dictitabat, ut audientibus lachrymas excitaret, eoſque ad pœnitentiam commoveret.

Summopere angebatur, ſi de ſuis laudibus texeretur ſermo, vel ſi quis eum tanquam hominem ſanctitate clarum magnificaret; e contra vero ingenti perfundebatur voluptate, cum ſe convitiis impetitum, minis inſecutum, contumeliiſque oneratum a ſceleſtis hominibus cerneret, quod non raro accidit, dum eos a ſceleribus revocare conaretur. Pro acceptis injuriis, tanquam pro collatis beneficiis gratias agebat: imo verus Jeſu Chriſti diſcipulus pro ipſiſmet perſecutoribus Deum flexis genibus noverat exorare: ut de ſe ipſo graviter, ita de aliis præclare ſentiebat, quare omnium orationibus ſe volebat commendatum, vehementerque eos rogabat, ut pro Joanne peccatore ad Deum preces funderent, ratus illo ſibi opus eſſe auxilio, ut ſuas Deus culpas condonaret. In ſe potiſſimum Divinæ pietatis magnitudinem elucere prædicabat, quod homi-

minem ferret, qui cum peccandi finem non faceret, pœnitendi initium non arriperet.

Si forte ſe ab aliis veneratum animadverteret, id non ſuæ, ſed illorum virtuti referebat, Divinæque præſertim Providentiæ, quæ, ne hominibus ipſe ſcandalo foret, ſuam eis patere nequitiam non permitteret. Ex hoc ſuimet contemptu ortum habuit, ſummo omnes habere in pretio. Cum ſibi conferebatur beneficium, gratiſſimi animi ſpecimen exhibebat, quod ſcilicet (ut ſua ferebat opinio) conferebatur immerito.

Nullum in Cœnobio tam vile munus extitit, quod lubenti ille animo amplexus non fuerit. Etiam grandævus, imo & Præpoſitus lignorum faſces, aliasque eleemoſynas, quæ ad Monaſterium mittebantur, humeris portabat, ut portantes exoneraret, nec ullam prætermittebat occaſionem, qua id muneris exequi poſſet. Omnibus etiam laicorum fratrum infimo miniſtrabat, cum occaſio poſtulaſſet, ſe omnium minimum credens, ac credi ambiens, utpote S. Malachiæ conſilii ſtudioſiſſimus, cujus carmina crebris uſurpabat ſermonibus: *Spernere mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe ſpernereque ſperni quatuor iſta beant.*

Rogatus qui valeret? tanquam peccator ut plurimum; interdum, tanquam advena, & peregrinus reſpondebat. Nimio in ſe rigore utens, ſi quam ſibi videbatur contraxiſſe culpam, (quæ tamen aliorum judicio ſanctitatis potius eximiæ effectus dicenda erat, quam defectus) continuo in examinis trutinam revocabat, lachrymis proſequebatur, ac præter pœnas, quas ſibi injungebat in occulto ſubeundas, coram omnibus, in refectorio, ac choro ſua, ut putabat, crimina confitebatur, quem morem ad ſenectutem usque retinuit, nulloque die omiſit, etiam cum Præpoſiti munere fungebatur.

Sanctorum aliquot elegerat in patronos, ut eam virtutem, cujus laude ſinguli excelluerant, eorum interceſſione ac patrocinio conſequeretur. Quare Mariam Magdalenam excolebat, ob pœnitentiam, ac amorem, quo juxta Crucem Chriſto Servatori adfuit, illiusque imitabatur lachrymas, amoremque erga Chriſtum è Cruce pendentem. Evangeliſtam Joannem ob virgineum pudorem, ac ſocietatem, quam ſublato filio cum Deipara Sanctiſſima inivit. Minorum Parentem Franciſcum

Digitized by Google

ciſcum ob humilitatem, deſideriumque ſuo in corpore patiendi Chriſti Domini cruciatus. Ab his, atque aliis, in quorum imitandis virtutibus deſudabat, non vulgaria accepit amoris officia. Oranti ſæpe illi præfati Sancti, aliique cœlites apparuerunt, viamque ſignarunt, qua citius ad optatam virtutum metam pervenire poſſet. Suæ humilitatis ſpeciem S. Franciſcus illi ſemel noctu exhibuit eo corporis habitu, quem gerebat in terris, illumque edocuit, qua humilitate cum hominibus colloqui mortalis, oranſque ſe coram Deo confundere conſueviſſet, & tandem qua animi ſubmiſſione Chriſti humilitatem ſtuduiſſet æmulari. Quo viſu ita confirmatus eſt Joannes, ut deinceps ab exercendis humilitatis actibus non deſiſteret. Quare ſe omnibus ſubmittebat, quo eam virtutem aſſequeretur.

Nunquam propriam ſequutus eſt voluntatem, quam in omni re abnegare conſueverat, imo nihil habuit antiquius, quam aliis obtemperare, novitius Magiſtro, ſubditus ac Prælatus proprii Confeſſarii dictis, præceptiſque ſemper annuens, Divinæque voluntati per omnia valde conformis; adeo ut in Deo veluti transformatus, illi adamando, obſequendoque totus incumberet, in Apoſtolique verba erumperet frequenter: *Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Chriſtus*. In familiaribus colloquiis contentiones ſemper vitavit, quin propriæ facile cedens, alienæ ſententiæ adhærebat.

Vilis hæc de ſe exiſtimatio erat in cauſa, cur honores, quantum alii appetunt, ille reſpueret. Niſi, antequam Religioni nomen daret, ab Epiſcopi Veronenſis ejus Confeſſarii præceptis cogeretur, ut ſacris initiaretur, ac Sancti Marci Venetiis oblatum acciperet canonicatum, nunquam eos dignitatis gradus conſcenderet, eo maxime quia habebat in votis in Religionem fratrem laicum adoptari, ut in humili eo ſtatu omnibus miniſtraret potius, quam ulli imperaret, ſe indignum reputans, qui Canonici dignitate potiretur, & qui Omnipotenti Deo oblaturus filium accederet ad Altare.

Quoties, ut majoribus Prælatis obſequeretur, cogebatur regimen Sancti Pauli Cœnobii Neapoli ſuſcipere, quod ſingulari prudentia, charitate, ſpirituſque fervore multos per annos rexit, ingentem lachrymarum profundebat vim, ſummoque dolore afficiebatur, quod ſe penitus ineptum crederet tot

regen-

Digitized by Google

regendis hominibus tunc temporis ſanctitate claris, inclytiſque Apoſtolicæ vitæ ſectatoribus, quam a Joanne didicerant, cum omnium in tyrocinio extiterit Magiſter, ac poſtea emiſſa profeſſione Præpoſitus. Cum vero tempus aderat deponendi regiminis, gaudio geſtiebat, ſummasque Deo agebat gratias, ac in refectorio flexis genibus, profluentibus ubertim lachrymis, a Patribus, fratribusque veniam flagitabat ſi cui forte eo in munere ſui ob ſpiritus imbecillitatem ſcandalum injeciſſet, ſibi perſuaſum habens a perfecti regiminis ſcopo in omnibus aberraſſe.

Inauguratus Summus Pontifex Cardinalis Theatinus Joannes Petrus Caraffa Archiepiſcopus Neapolitanus, ſtatim quem illi præficeret Eccleſiæ, qui ejus vices optime gereret, cogitavit. Diverſos Aulici conſulebant, anteponebantque multos primi nominis viros, ſolus Joannes Pontifici placuit, qui omnium virtutum numeris cumulatum, perfectiſſimi Paſtoris ea in Eccleſia, quæ eſt ex præcipuis, ac nobilioribus Italiæ, munus exercere poſſe non dubitavit, ac proinde ad Purpuratorum Patrum Ordinem illum evehere decrevit; nam longo ex tempore non niſi Purpurati Neapolitanæ Eccleſiæ fuere Antiſtites. Summo totius Romanæ Curiæ plauſu mens ea Pontificis excepta eſt, cum jam præclara de Marinone exiſtimatio univerſam pervaſiſſet Italiam, illiusque ſanctimoniam, ac ſpiritum, animarumque ſalutis zelum, prudentiam, rectitudinem, cæteraque ad ſublime illud exequendum munus neceſſaria longe, lateque evulgaſſet fama. Quare Romam a Summo Pontifice accerſitus ad illius pedes provolutus eſt, quid imperaret auſcultaturus. At ubi ſuam illi mentem Pontifex patefecit, dici vix poteſt, qualis ejus animum mœror inceſſerit. Quare profuſis lachrymis, ac multis rationum momentis cœpit Pontificem exorare, ut tantum honorem, ſeu onus ſuis humeris impar non imponeret, quin alium aſſumeret eo munere digniorem. Tantumque precando profecit, ut illius lachrymis ac verbis adductus Pontifex ab incœpto deſtiterit, eumque ab accipiendis infulis abſolverit. Joanni igitur e Pontificis conſpectu hilari facie egredienti gratulabantur univerſi de repenti, ut arbitrabantur, inauguratione, quibus ille gaudio triumphans reſpondit: *Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus*. Nullaque Romæ mora facta, Neapolim rediit, ubi ſimul ac Monaſte-

Digitized by Google

naſterium, quod tunc regebat, ingreſſus eſt, in Eccleſiam Religioſis omnibus inſequentibus ſe contulit, ibique coram Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, *Te Deum laudamus decantavit*, Deo immortales acturus gratias, quod ſe ab Archiepiſcopatus dignitate, quaſi a ſummo vitæ diſcrimine eripuiſſet.

Ex tunc Antonii Abbatis Sanctiſſimi ductus exemplo, ſi in aliquem incidiſſet Epiſcopum, etiam in plateis, benedictionem flexis genibus ab eo contendebat, denuo gratias Deo exhibens, quod eo munere, quo ſe indignum exiſtimabat, minime fungeretur. Idem præſtabat erga Prælatos ſibi in Conventus regimine ſuccedentes, a quibus benedictionem ſumma humilitate quaſi Novitius poſtulabat.

Humilitati paupertas, quam Theatinorum Ordo unice colit, amico fœdere copulatur. Illius ergo ita Joannes zelo exarſit, ſuiſque ſuadendæ ſic ſtudioſus fuit, ut nullus per id temporis paupertatis amantior extiterit, Chriſti Domini verba commemorans: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum*. Non ſemel idem Servator Optimus illi ob oculos propoſuit, nunc paupertatem, quam Bethleemicis expertus eſt in cunabulis; nunc qua vixit apud Parentem ſanctiſſimam, puriſſimumque illius ſponſum Joſeph; ac tandem qua in Cruce a militibus veſte ſpoliatus expiravit: quibus ſpectaculis vehementius ad illius imitandam paupertatem incenſus nihil præter Crucem in hac vita exoptaret; quare magna afficiebatur lætitia, quod ſacra Theatinorum familia crucem gereret pro ſtemmate.

Superfluitatem non modo exoſus eſt, verum etiam iis, quæ neceſſaria videbantur, tam parce utebatur, ut omnibus admirationem injecerit, quomodo vitam tranſigere poſſet tanta cum parſimonia. Non niſi ab aliis abjecta, cum neceſſitate compelleretur, admittebat. In mundo nos eſſe dictitabat, quaſi in diverſorio in cœlum iter facientes, adeoque parce hic utendum rebus, nam quo plus in hoc mundo quis accepiſſet, eo plus ab eo eſſe in alio exigendum. In Religione aſſerebat & parum tenendum eſſe, & multum: parum nempe eorum, quæ vitam juvant temporalem, Spiritus vero multum. Cellula, veſtes, & quicquid ad illius uſum ſpectabat, extremam redolebat paupertatem. Adduci nunquam potuit, ut novis utere-

Digitized by Google

tur veſtibus, ſed reſartis tantummodo, ab aliisque abjectis. Ab omni ſemper abhorruit pecunia, maxime a Religionis ingreſſu, adeo ut paucos etiam nummos ad ejus uſum oblatos, aut manibus tractare, aut tangere, quin nec videre unquam voluerit, qua de re eorum pretia penitus ignorabat. Eleemoſynas quas ſui ſtudioſi ad Conventus ſubſidium conferebant, ſi æquo largiores videbantur, plerumque recuſabat, utpote qui paupertatis effectus, ſeu potius defectus mallet experiri.

Omnes ſpes ſuas in Divina Providentia repoſitas ſemper habuit, cui innititur perfectiſſima paupertas, qualis Chriſti & Apoſtolorum fuit, idque omnibus inculcabat eorumdem Apoſtolorum firmans exemplo, quibus, cum annuos redditus non haberent, nec oſtiatim emendicarent, Divina tantum fretis Providentia, ad victum neceſſaria nunquam defuere, teſtante ipſo Largitore Chriſto Domino, qui ſuis eam his verbis commendavit. *Nolite ſolliciti eſſe dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit Pater veſter, quid vobis neceſſe ſit. Primum quærite regnum Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Et alibi: *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis nunquid* aliquid defuit vobis? Illi vero roganti Domino nihil reſponderunt: Sed cur ita? Quod in Divina Providentia ſpes ſuas collocarant.

Hujus ergo Divinæ Providentiæ patrocinium ſæpe numero expertus eſt, non enim ſemel redacto in neceſſitatis anguſtias Monaſterio, larga manu, nec ſine miraculo Dei Providentia præſto fuit. Ex quo Joannes vehementius ad hujusmodi paupertatis ſtudium ſuos incendere Religioſos procurabat, ut ſcilicet nihil poſſiderent, emendicarentve, certoque ſcirent, ſibi a Deo ſuppeditandum quicquid Conventus neceſſitas poſtulaſſet. Ad Monaſterii conſtructionem deficiente pecunia perſæpe Joanni eleemoſynæ mittebantur occultæ inſcio largiente, quandoque vero ab Angelis portabantur. Non raro accidit, ut pranſurus una cum ſuis refectionis domum ingreſſus, nihil præter panis fragmenta, quæ paucis vix ſufficerent, reperiret: at Deo admodum confiſus, lætusque, quod ad tam arctam paupertatem deveniſſet, ſuos hortabatur, ut Divinæ adhærerent voluntati, in illiusque Providentia ſpes omnes ſuas ſitas haberent. Cum vero peracta benedictione, ut mox eſt, omnes diſcubuiſſent, ad Cœnobii oſtium tintinnabulum pul-

pulſabatur, accurentesque Janitores prandium, quod omnibus ſuppeteret, allatum ab Angelis reperiebant.

Ut erat paupertatis amans, ſic pauperum fuit amantiſſimus, quorum inopiam eleemoſynis ſublevabat. Sæpe omnem pecuniam, panesque, quos domi habebat, egenis diſtribui juſſit, in eam videlicet ſpem erectus, fore ut ſuæ etiam Deus opitularetur indigentiæ. Spei eventus reſpondebat, nam eodem die, & quandoque eadem hora accipiebat centuplum, vel ab hominibus, de quibus nil tale ſuſpicabatur, vel ab Angelis, vel ab ipſo Angelorum Domino. In his illud fuit memorabile, quod in pauperes illius juſſu erogatis panibus, quos triclinii Præfectus Patribus apponendos ſervabat, cum prorſus nihil præter eos panes haberent ad illius diei victum, repente triclinii menſæ viſæ ſunt extructæ panibus, atque epulis, quibus feſtis diebus veſci Patres conſueverant.

Hoc charitatis exceſſu tam fuit bene de Deo meritus, ut ſemel Chriſtum, quem inter pauperes ſub pueri forma nudum vidit, quaſi novus Martinus veſte contexerit. Iterum ſic eum allocutus eſt Dominus: Joannes tuas in me uno curas defige, ego enim tui curam, tuorumque ſemper geram. Cum ſemel, atque iterum animadvertiſſet, Templi, quod ab imis erexerat fundamentis, parietes altiores mane exiſtere, quam retro elapſa die reliquiſſent cœmentarii, Angelos per noctem vidit illis erigendis operam dare. Quod peculiariter contigit, cum ſatis amplum legatum rejiceret, quod ad ejusdem Templi conſtitutionem quidam Joannes Novitius obtulerat, quando adventante emittendæ profeſſionis tempore, ſuas abdicare facultates oportebat. Eum etiam Joannes graviſſimis verbis edocuit, munus illud recuſare, tum quod eſſet a paupertate, quam profitebatur, alienum; tum ne illi inanis gloria ſubreperet, ſi opus illud ad finem usque perductum ſuis videret impenſis, majorisque eſſe meriti de Divina ſibi Providentia polliceri, Eccleſiæ ſtructuram absque illius pecuniæ ſubſidio conficiendam fore; quod vel maxime egit Joannes, ut inde Novitius diſceret ſpes omnes ſuas in Deo collocare, tam ſtricte coluit, a ſuisque coli ſtuduit paupertatem, quam Chriſtus, Apoſtolique Sanctiſſimi profeſſi ſunt.

Pari paupertatis rigore in tractando ſuo corpore uſus, ſingulis noctibus ferrea catena in ſe usque ad effuſionem ſangui-

Digitized by Google

nis ſæviebat, in mentem revocans Chriſtum Dominum ad columnam flagellatum, qui ſemel ei ſe in ea forma ſpectandum præbuit. Ferreum cilicium acutis ſtimulis compoſitum, quo utebatur, nunquam depoſuit, nec etiam gravi oppreſſus infirmitate, adeo ut poſt mortem ejus corpori impreſſum inveniretur. In lecto nunquam decubuit, ligneæ ſellulæ ſemper inſidens, in qua parum ſomni capiebat, tenens manibus ſupra pectus complicatis Chriſti Domini e Cruce pendentis, ut jam diximus, effigiem. Aliquando nimio labore fractus, quem in juvandis proximis collocarat, humi cubabat. Gravi vero morbo affectus nudis in aſſeribus ſpondam tantum cervicali admittens. Medicorum ac Confeſſarii juſſu, cui obtemperabat ad nutum; profuſis tamen ubertim lachrymis ajebat: *Hoc levamen Dominus Jeſus in Cruce non habuit*; his verbis admonens non niſi per obedientiam id admittere.

Innumeris affectum plagis per viſum ſemel Chriſtum conſpexit ea plane ratione, ac forma, qua a ſceleſtiſſimis hominibus apud Calvarium Cruci affixus eſt: quod tam acerbe Marinonii animum perculit, ut exinde in bifida trabe ad inſtar Crucis compoſita expanſis brachiis ſæpiſſime cubaverit, miro pro Chriſti nomine ſubeundæ Crucis flagrans deſiderio. In eoque magno ſpiritus fervore ſic fuit aſſiduus, ut (proh Marinonii gloria ſingularis!) illum ſuiſmet manibus Chriſtus bifidæ trabi veluti Cruci affixerit. Quod non raro, ſed perſæpiſſime accidit. Quoties vero id contigebat, triduo moveri vix poterat, ſummo ex clavorum acerbitate manibus pedibusque dolore affectis, quem minime tolerabilem abſque ſpeciali Numinis auxilio aſſerebat.

Somni utpote parciſſimus a meridiano ſemper abſtinuit, quem vero noctu capiebat contemplationem potius diceres; nam ſellæ inſidens, Chriſtique e Cruce pendentis amplexus imaginem, illius acerbiſſimos cruciatus animo verſabat horarum fere trium intervallo, tanta animi quiete, ut ea contentus quicquid noctis ſupererat exigebat in genua provolutus, vel coram Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, vel coram effigie conceptæ ſine labe Deiparæ, vel etiam (feria ſexta præſertim) coram Salvatoris Cruci affixi icone profluentibus ubertim lachrymis, quibus non niſi cum raperetur in extaſim modum ponebat.

Quo-

Digitized by Google

Quotidiano pro victu aſſiduum fuit illi jejunium, pro epulis panis, & aqua. Non ſemel plures dies a cibo potuque prorſus abſtinuit, divino tantum Euchariſtiæ ferculo refectus. Ne morbo quidem correptus delicatiores unquam cibos admiſit, immo communes Religioſis aliis ægrotantibus apponi ſolitos recuſabat. Si forte xenia ſibi ab amicis mittebantur, egenis diſtribuenda curabat. Graviſſima detinebatur ægritudine, cum perdicem apprime conditam a viro primario, illiusque ſtudioſo ei miſſam valetudinarii edendam appoſuere, adhortantes, ut vitæ ſuæ conſuleret, quæ præ nauſea ſummo in diſcrimine verſabatur. Ab illis autem cum quæreret Joannes, quanti perdix conſtaret? reſponderunt, quatuor circiter argenteos; tunc magno ſpiritus fervore, abſit a me (inquit) ut ſenex peccator tot ſceleribus contaminatus, paupertatis voto adſtrictus, tanti pretii epulis vitæ meæ conſulam, viresque reficiam. Quare oblatum pulmentum deferri juſſit ad pauperem, qui plus eo ſibi viſus eſt indigere.

Nihil habuit antiquius, quam corpus utpote animo infenſum inſectari, adeoque illud in ſervitutem redigere ſatagebat, ac ſpiritui habere morigerum. Minime indolere corpori dictitabat, quod innumeris pœnarum modis afficere ſatagebat; imo ſumma perfundi voluptate videbatur, cum illius voluptatibus reluctabatur, ac quicquid oblectamento ei foret, denegabat. Ut a corporis inſidiis tutus exiſteret, id tantum cibi, ac potus adhibebat, quod ad tolerandam vitam omnino neceſſarium videretur; exemplo comprobans, quod verbo inculcabat iis, quorum gerebat curam; ut ſcilicet omnibus, quæ ad corporis commodum ſpectarent, parce uterentur, unius intenti animi emolumentis, cujus gratia Deus Optimus Maximus corpus effinxerat, ut eo veluti adminiculo æternæ beatitudinis felicitatem conſequeretur. Humanum corpus rem eſſe omnium viliſſimam affirmabat, proindeque cum eo quaſi vili cum jumento agendum: e contra vero nihil nobilius, ſublimiusque animo, quippe quem Deus delegerat in habitaculum, ac in patibulo redemerat, ſibi amoris vinculo copulandum.

Haud ægre ferebat ægritudines, cum tamen totius vitæ ſpatio in frequentes inciderit, ac diuturnas. Acerbiſſimos perpeſſus dolores etiam in extrema ſenectute ne gemitum quidem,

dem, ſuſpiriumve unquam emiſit; imo in iis ſuſtinendis eam tolerantiam exhibebat, ut illum lapideum crederes. Hinc ſolemnis illi conſuetudo infirmitates ſorores, doloresque amicos appellare. Iſchiadis acutiſſimum dolorem, quem multos per annos paſſus eſt, tanta animi tranquillitate pertulit, ut quandoque flentibus præ commiſeratione omnibus, unus ille non fleret. Nunquam Deum deprecatus eſt, ut eum dolorem aut extolleret, aut leniret, ſed ut augeret, exoptans ſemper magis, ac magis pro Chriſti amore pati. Cum ex Medicorum præſcripto Iſchiadis cauſa calidum oleum adhibendum illi eſſet, valetudinarius incaute fervens adhibuit. Deus bone! Quo dolore preſſus eſt Joannes! Quæ ſequuta eſt plaga acerbiſſimum, vehementemque manifeſtavit, ac plane intolerabilem. Sancto viro indoluere, qui aderant, ille vero dolorem in corde preſſit, & quaſi ſenſus foret expers, vultum ad hilaritatem compoſuit; Quo enim plus patiebatur, eo plus pati ambiebat.

Illius cellam ſemel ingreſſus B. Andreas, Joannem plorantem invenit. Cumque ab eo quæreret plorandi cauſam: Fili, reſpondit, a lachrymis cur temperem, ſi Deo tot vocibus, quot doloribus ac ægritudinibus me ad arctioris vitæ rationem, ac pœnitentiam monenti parere adhuc, ut par eſt, non cœperim, dolores mihi acerbi non ſunt, nec morbi graves; pro Domino meo Jeſu Chriſto vehementius torqueri mallem, quando ipſe pro me acerbiſſima quæque ſubivit. Unum tantum me ſummo afficit dolore, atque triſtitia, quod illum diligendo, famulandoque totus non incumbam.

Hac vitæ auſteritate multo magis in illo enituit originalis gratiæ candor, quem in eo divina pietas materno adhuc carcere incluſo reparavit. Illius non leve fuit argumentum eximia conſcientiæ puritas, ſingularis in bonum propenſio, omniſque a peccato quamvis leviſſimo averſio, a quo adeo abhorrebat, ut nec nominare, nec audire ſine fletu poterat. Sic uno in Deo cogitationes amoremque univerſum collocarat, ut crebro diceret, dolore ſe conficiendum, ſi fieri poſſe crederet, ut vel temporis momento in aliud a Deo mentem avocaret, aut ab iterandis Divini amoris actibus deſiſteret.

Infantes mirum eſt quam ſibi chari fuerint, quod videlicet illos gratia in ſancti fontis lavacro ſuſcepta præditos animad-

Digitized by Google

animadverteret. Quoties in eorum cœtum incidiſſet Chriſti Domini verba uſurpans: *Sinite parvulos venire ad me, talium eſt enim regnum cœlorum;* eos ad ſe accerſebat edocensque ſalutationem Angelicam, Deiparæ Sanctiſſimæ patrocinio commendabat, ac tandem Deum precabatur, ne illos ab eo felici ſtatu dilabi pateretur. Si horum aliquem offendiſſet lachrymantem, ſe ad illum inclinans, quandoque etiam genuflexus cum eo collachrymabatur; rogatusque cur id faceret? reſpondit, juſtorum lachrymas eſſe, quas infantes profunderent, ſuas vero peccatoris, adeoque futurum ſperabat, ut illis immixtæ Deo arriderent. Haud exiguum capiebat Joannes ſolatium ſi pueris animas agentibus intereſſet. In votis enim ſuam cum illis Deo reddebat ea lachrymarum ubertate, ut adſtantium animos non mediocriter commoveret.

B. Andreæ ſemel aſſeruit, omnem verborum copiam imparem eſſe exprimendæ lætitiæ, qua geſtire ſolent Angeli infantum cuſtodes, dum ii primæ gratiæ venuſtatem non amittunt, aut etiam ea retenta naturæ concedunt. Unde cum Deus perſæpe infantum animarum pulchritudinem, ac Angelorum, qui eorum curam gerunt, Joanni ſpectandam præberet, pia æmulatione cupiditateque flagrabat, & puerilis innocentiæ, & puritatis Angelicæ imitandæ. Deinde in Servatorem e Cruce pendentem intuens, Domine Jeſu, ajebat, quoniam ad hanc infantium innocentiam, atque Angelorum puritatem devenire non poſſum, da ſaltem, ut pro te aliquando e Cruce pendeam, vicem ut rependam. His verbis ex corde prolatis, ac magno ſpiritus fervore, profundiſſimam ſemel raptus in extaſim, infinitam Chriſtus charitatem, qua dilexit nos, dum apud Calvarium bifida liberatus eſt trabe, palam illi fecit, atque hac revelatione eo ingentes divini amoris flammas ejus injecit animo, ut ad ſe rediens in Pauli verba erumperet: *Omnia arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam;* ac cum Ignatio Martyre exclamaret: *Ignis, Crux*, beſtiæ, & omnia tormenta diaboli in me veniant, ut Chriſto fruar.

Certus virginei pudoris, quem perpetuo illibatum retinuit, minime labefactandi, quippe qui ſingulari Numinis beneficio divina fuerat gratia communitus, & a Deipara totius vitæ curriculo unice protectus, in id tamen ſedulo incubuit, ut quicquid caſtimoniæ adverſari poſſet, graviter declinaret.

Qua-

Digitized by Google

Quare a fœminarum colloquio, atque congreſſu ſic abhorruit, ut non niſi confeſſiones excepturus, aliave de cauſa, quæ ſpiritus emolumento inſerviret, cum illis ſermonem texeret. Si forte, qui valeret, ab aliqua rogabatur, vel tacebat, vel, ut cum ad Deum preces funderet, ſui memor eſſet, rogabat. Eam vero, cujus animum in ſe propenſum etſi honeſte animadvertiſſet, monebat, ut amorem a rebus omnibus avocatum uno in Deo collocaret. Suos ad vitandam mulierum familiaritatem, ut exemplo potiſſimum, ſic etiam his verbis identidem hortabatur: *Cum mulieribus ſit ſermo veſter brevis, gravis & auſterus.*

Verbum non modo unquam protulit, quod jocum ſaperet, ſed ne ab aliis quidem proferri coram ſe patiebatur. Quod ſi prophanis de rebus incidiſſet ſermo, quem non poſſet intercipere, in cœleſtium contemplatione defixus ſic in extaſim rapiebatur, ut qui illius ſpiritum, & in Deum amorem neſcirent, ſomno deditum crederent; cum plane dulcis illi eſſet contemplationis ſomnus, quo ejus mens veluti exuta corporis ſenſibus in unius Dei recordatione, & amplexu ſuaviſſime requieſcebat.

Ex ore, ac toto corpore odorem ſuaviſſimum, quem emittebat, a virginitatis flore haud alienum diceres. Quare vel plus in laſcivia ineſcati, ſi quando ad eum accederent veſtem, aut manum exoſculaturi, illius fragrantia permoti mundi immundis voluptatibus valere juſſis meliorem ſe recipiebant in frugem. Nec mirum: Chriſti enim bonus odor cum eſſet Joannes, ad Chriſtum ſuomet odore homines trahere facile poterat.

Fuere qui obſcœnis tentationibus frequenter impetiti, ne leviſſimam quidem paſſi ſunt, poſtquam ejus veſtis particulam, aut effigiem ſecum geſtarunt. Illum enim adhuc mortalem effigiatum apud ſe habuere non pauci, tum in venerationis monumentum, tum etiam in præclaræ ſanctitatis præconium. Apud acta Sanctorum Patrum Theatinorum a noſtro Mandina Caſertano Epiſcopo collecta legitur, Virgini cuidam Joannæ a Palma nomine, cui Joannes a confeſſionibus fuerat, atque caſtitatis votum ſuaſerat, Satanam apparuiſſe non ſemel, eamque ad impudicos actus vehementer ſollicitaſſe. Nihil illa intentatum reliquit, quo tentatorem arceret,

ac

Digitized by Google

ac prorſus exterminaret, ſed fruſtra, donec tandem Joannis veſtis partem, quam ab eo acceperat geſtandam, ſecum traheret: quo factum eſt, ut illico ab ea tentatione liberaretur, aufugiente Dæmone, ab ea veſtis geſtatione & odore ſane virgineo.

Legitur ibidem Virginem aliam, Annam Piſanam dictam, a Satana ſæpe verberibus oppreſſam, ne caſtitatem, quam Deo voverat, obſervaret. Fuſis illa ad Deum, atque ad Deiparam precibus, iterato caſtitatis voto, cum minime liberaretur, ſæviente acrius in eam Satana, qui ejus vultum, ac totum corpus fere quotidie dilaniabat, ad Joannem tandem opem imploratura confugit, ducta illius ſanctimoniæ, ac miraculorum fama. Annæ Joannes indoluit, eamque benedicens, Deiparæ a Conceptione, quam unice colebat, commendavit, monuitque ut ſingulis quibusque noctibus ter Orationem Angelicam recitaret in laudem illibatæ Mariæ pudoris ante partum, in partu, & poſt partum: baculum præterea, quo utebatur, tradidit, ut communem humani generis hoſtem retundaret, atque fugaret. O rem mirabilem! Sic enim Anna Dæmonis impetus eo baculo confregit, frœnavitque audaciam, ſic Deiparæ, ac Marinonii tuta præſidio, ut ne ad eam quidem accedere exinde Satanas auſus ſit.

Illud tamen omnium admirationem commovit, quod non pauci memorant Auctores, ac præcipue Caſtaldus in hujus Sancti vita, ac Mandina in ejus Actis. Cujusdam puellæ non minori animi candore, quam ſanctimonia, ac mentis ſimplicitate Criſpinæ Clutiæ nuncupatæ regebat Marinone ſpiritum, excipiebatque confeſſiones. Hanc fratres Proſpero Molinaro, cui jam eam deſponderant, nuptui dare deſtinabant poſt Nativitatis Domini ſolemnia. Illa vero, Marinone conſiliis, fratrum menti non acquieſcebat. Fratres autem cum Sororem doli omnino inſciam agnoſcerent, ac falli facilem, fallere hoc modo conſtituunt. Vafram quandam anum accerſunt, quæ Criſpinæ ſuadeat, ut Viro tradi patiatur. Impigre provinciam illa ſuſcepit, Criſpinam adiit, eamque blanditiis in fratrum pellicere ſententiam contendit. Si malis, inquit, explorare, an tuo huic connubio Numen annuat, accipe faſciculum ſicci Origani, & Nativitatis Domini nocte flexis genibus millies orationem Angelicam recita ad Deiparæ Sanctiſſimæ imaginem, manu faſciculum tenens, factoque oran-

Digitized by Google

di ſine, ſi Origanum in flores eruperit, tuæ virginitatis florem Deum dignoſces illibatum velle; ſi vero ut antea ſiccum permanſerit, tuis pro nuptiis ſtare intelliges. Ad Joannem detulit puella anus conſilium manu prætendens Origani faſciculum, quem cum lateret dolus quo Criſpinam in matrimonio collocare fratres conabantur, accepit Origanum, luſtralique aqua aſperſum benedixit, ac puellæ reddidit, illamque monuit, ut quod ſibi ab anu imperatum fuerat, exequeretur, prævidens Divinam Providentiam diſponere, ut iiſdem mediis, quibus illi ſimplicem puellam doloſe capere nitebantur, confuſi remanerent. Ne latum quidem unguem a Joannis præſcripto diſceſſit Criſpina, ab ejusdem Sancti orationibus ea nocte adjuta, quæ poſtquam orandi finem fecit, res mira! ſic floruit Origanum, ut rubore non minus affecti, quam in admirationem converſi fratres anusque illius doli artifices, poſtera die ad Joannis pedes provoluti veniam precarentur, ſummo illum in honore habentes, quod tanti miraculi authorem crederent. Quapropter Criſpina, Marinone ſuadente, ac communi fratrum conſenſu caſtitatem Deo vovit.

Ex hac Joannis puritate ortum habuit ſingularis virtus, quæ illius inerat imaginibus. Quisquis enim in illas oculos conjeciſſet, eam animi tranquillitatem, & in omnem virtutem propenſionem, ac præcipue in ſervanda caſtitate experiebatur, ut plane fateretur ab illis occultam pullulare vim, quæ homines ad ſuperandos carnis ſtimulos, comprimendaque vitia veluti impelleret. Adeoque quamplurimi, quod illius geſtarent effigiem, vel papyro depictam, vel ære excuſam, e vitiorum cœno, in quo miſere jacebant, feliciter ſurrexere.

A turpibus cogitationibus laceſſitus nunquam fuit, proindeque carnis minime vel minimum novit ſtimulum, quaſi homo non eſſet ſed Angelus degens inter homines. Nullam Satanæ anſam præbuit, ut ſe turpi ſuggeſtione invaderet; nunquam enim a Deo mentem alio avocabat; ſicque ſua omnia in Dei gloriam referebat, ut B. Andreas aſſereret, nihil Joannem cogitaſſe, dixiſſe, feciſſeque, in quo de Deo non bene mereretur quod in ejus vita expreſſere Caſtaldus, & in ſuis Actis Mandina.

Ejus orantis vultus Angeli pulchritudinem imitabatur, miraque fulgere luce ſæpiſſime viſus. Cumque ſciret mentis, ani-

animique cibum orationem eſſe, ſine qua virtus nulla poteſt conſiſtere, ſic ſolitariæ, actuoſæque vitæ munera conjunxit, ut quin deeſſet charitatis officiis erga proximos Joannis vita aſſidua fuerit Oratio. Etenim Salvatoris obſecundans conſilio, *Oportet ſemper orare*, Orationem nunquam intermiſit. Unde inquit noſter Joannes Baptiſta Tuſus Acerrarum Epiſcopus, Joannem vel mente, vel voce orandi finem nunquam feciſſe, eumque neminem ſine ſpeciali Numinis auxilio in hoc orandi ſtudio imitari poſſe.

Non niſi in genua provolutus, ut author eſt B. Andreas in Actis Sanctorum Patrum Theatinorum a Mandina collectis, conſuevit Joannes orationi vacare, in qua vel in Eccleſia coram Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, aut Deiparæ icone ſine peccati macula conceptæ, vel in cella coram imagine Chriſti e Cruce pendentis, magnam diei, noctiſque partem, ſæpeque integras noctes tranſigebat. Aliquot horis antequam ad matutinum ſignum fieret, orandi cauſa ſe in Eccleſiam conferebat, ibique matutino finito ad orationem redibat, in qua usque ad meridiem perſeverare conabatur, niſi charitas alio vocaret, ut videlicet confeſſiones exciperet, ægrotantes inviſeret, & in Xenodochiis miniſtraret. Denique orandi aſſiduitas ita genibus callum obduxerat, ut duritie pellem Cameli imitaretur. Cum iter faceret, ſic erat cœleſtium contemplationi deditus, ut nihil, qua ſibi incedendum foret, curaret, hoc de Divina ſibi Providentia pollicitus, ut ſcilicet non pateretur, equum, quo vehebatur, a via aberrare, ſic ſui penitus immemor in Deo curas, mentem, animumque defixerat. Diverſorium vero ingreſſus quanquam fatigatus ab itinere occultum ſe recipiebat in locum, ibique in oratione pernoctabat.

Finita Oratione cum ad ſuos redibat, ſæpe Moyſes videbatur, cum de monte deſcendit. Quare ex cœleſti luce, qua Joannis vultus radiabat, a divinis colloquiis venire ſui conjectabantur. Cum ſe inter mortales nequiſſimum crederet, Sanctorum aliquot opem implorabat, ut videlicet orationes ſuas ſiſterent Trinitati Sanctiſſimæ, affirmabatque, eo ratus ſubſidio fieri poſſe, ut Deo gratæ exiſterent. Servatoris Optimi imprimis ſe patrocinio credebat, quem advocatum ſuum appellare conſuevit Joannis Apoſtoli verba uſurpans: *Advocatum habe-*

Digitized by Google

habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum. Mox Deiparæ Sanctiſſimæ, deinde Apoſtolorum Petri & Pauli, quos impenſe coluit, utpote qui Apoſtolicæ vitæ, quam ipſe profitebatur, fundamenta jeciſſent, Luciæ, Teclæ, aliarumque Sanctarum Virginum, ac Martyrum, ac tandem Auguſtini, ac Vincentii Ferrerii, quos vitæ ſuæ duces, ac magiſtros habuit.

Ab iis quandoque accepit non vulgaria amoris monumenta, ac præcepta, quibus Divino obſequio arctius ſe addiceret; tamquam familiariter cum iis agebat, ut hoc in cauſa fuerit, cur hominum frequentiam colloquiaque vitaverit, utpote qui in cœlis converſationem haberet.

Iter facientem ſæpiſſime præibant Angeli, viamque ſignabant ad declinandas locorum difficultates, periculaque vitanda: imo & equum, quo vehebatur, habenis nonnunquam ducebant. Contigit autem non raro, ut illum, ac ſocium, dum iter conficerent, labentes e cœlo pluviæ prorſus intactos reliquerint.

In choro nunquam deſideratus eſt, niſi vel gravi impeditus morbo, vel charitatis officio, quod moras non patiebatur, detentus. Domum ſe recipiens, & nonnunquam longo ex itinere fatigatus, ſudoreque diffluens, ad chorum ſe conferebat cum Religioſis, vel extremum pſalmum recitaturus, ne ullo temporis momento de Divinis laudibus conticeſceret. Choro erat proxima ejus cella; unde ſi per ægritudinem ſibi egredi non licebat, cum ad matutinum, atque alias horas ſignum fieret, ſubmiſſa voce etiam Divinum Officium recitabat, quod, ut & cætera in choro recitari ſolita, nullo die prætermiſit, etiam graviſſimo oppreſſus morbo, imo & eodem quo ad ſuperos migravit die, antequam animam Deo redderet, Divini Officii penſum perſolvere curavit.

Ea animi commotione, affectuque in Deum, atque unione ſacras preces dum funderet, aliquod patientis Salvatoris myſterium contemplabatur, aut cœleſtia, ut Divini amoris flammas in ejus pectore latentes, quos frons vibrabat, lucis radii teſtarentur. Interdum in aera ſublatus viſus eſt Spiritus Sancti rapiente aura; interdum etiam ita ejuſdem Spiritus igne ejus corpus in oratione caleſiebat, ut eo etiam accenſa veſtis fumum redderet odoriferum.

Non niſi oratione obarmatus homines a Dæmonum poteſtate

Digitized by Google

ſtate vindicabat. Longam texere narrationem neceſſe foret ſi recenſere vellem, quot tum publicis, tum privatis ſermonibus a Dæmonum in Divinam ſervitutem transmiſerit, quotque ab immundis ſpiritibus obſeſſos priſtinæ reſtituerit libertati. Cum procul Dæmones illum cernerent, in rabiem acti verba, quibus olim de Chriſto Domino conqueſti ſunt, repetebant: Quid nobis, & tibi, Marinoni, quid venis *torquere nos?* ac quaſi vellent corpora, quæ vexabant diſcerpere, tandem ejus præſentiam cum ſuſtinere non poſſent ab iis recedere cogebantur.

Mirum dictu eſt, quod nunquam Dæmones illum impetierint, vel ſcelus aliquod ſuggerentes, vel horribili forma tentantes, imo cum in more illis ſemper fuerit ſanctiſſimos viros, aut verberibus, aut etiam plagis, aut vehementi tentatione affligere, Joannem aggredi nunquam voluere; quin potius ſic ab eo ſibi cavebant, ut ne ad locum quidem, ubi is eſſet, accedere auſi ſunt. Quod licet ſingulari Michaelis Archangeli erga illum præſidio tribuendum videatur, eximiæ etiam illius ſanctimoniæ, ac præcipue corporis animique candori, ardentique in Deum amori proculdubio vertendum puto.

Humana facie, & Marci Nigri nomine ſimulatus familiaris quidam Dæmon comitabatur muliones, qui e finitimis plagis Neapolim cibaria aſportabant. At cum ad eum locum devenirent, qui Cardinalis dicitur, non multum ab ea Civitate diſtans, in qua Joannes morabatur, progredi nolebat, ibique redeuntes expectabat, ut iis ſe comitem adjungeret. Cujus rei cauſam rogatus, Neapoli reſpondit quemdam eſſe Joannem Marinone, qui ſibi, aliiſque ejuſdem furfuris ita erat infenſus, ut ubi is eſſet, adeſſe ipſi pertimeſcerent.

Quod Hortenſio Molignano contigit, prætereundum non eſt. Rem narrat Caſtaldus in ejus vita non uno in loco. Erat Joannes a confeſſionibus Franciſco Molignano Hortenſii germano fratri, ſed moribus longe diſſimili; nam Franciſcus pietatis erat admodum ſtudioſus, Hortenſius vanitatis. Accidit gravem in morbum incidere Hortenſium, Franciſcus vero, ut fratris erat animi valetudini potius, quam corporis intentus, Joannem accivit, ut eum & temporalis, & æternæ vitæ diſcriminis, in quo verſabatur, commoneret. Hortationibus non paruit ægrotus, imo quaſi freneticus in Medicum

ex-

Digitized by Google

excanduit, ſuis in ſceleribus conſopitus. Fuſis autem pro eo ad Deum precibus, ſecundo Hortenſium aggreſſus eſt Joannes, quem ille ne ad ſe quidem accedere paſſus eſt, quin docente Satana opprobriis, ac contumeliis oneravit, quod æquo animo, ac hilari vultu Joannes tulit; nam, ut inquit Paulus, *Charitas omnia ſuffert*. Deinde Hortenſium acriter objurgavit, quod graviſſimum ſcelus in confeſſionibus præ pudore nunquam aperuiſſet, illius cordis cœleſti lumine penetrans ſecretum. Adeo autem obſtinati Hortenſii animum commovit hæc ejus peccati, quod occultiſſimum exiſtimabat, manifeſtatio, ut Joannis ſanctimoniam admirari, ac venerari illico cœperit, ejusque monitis obtemperare. Quare totius vitæ flagitia confiteri, ac pœnitentiæ lachrymis abluere, ſtatim voluit. At ingraveſcente morbo, morteque inſtante, Dæmon medicum ſimulans Hortenſio apparuit integramque ad multos annos promiſit valetudinem, ſi ille in omnibus tum ad corpus tum ad animum ſpectantibus ei ſe regendum traderet. Dolus ægrotum latuit, ut erat tamen periculi ſui factus certior, ac uni Deo placendi ſtudioſus, animum reſpondit extra poteſtatem Medicorum eſſe, huncque piiſſimo aſſertori ſuo jam penitus devoviſſe. Tunc in rabiem accenſus Dæmon ſyllabum protulit, in quo anteactæ Hortenſii vitæ ſcelera continebantur, ut is in deſperationem adductus vitam finiret. Orationi ſua in cella dabat operam Joannes, eumque rem univerſam Deus edocuit; quare hominem quem nuper Deo lucrifecerat miſeratus, quin orationem cellamve deſereret, Hortenſio opem tulit, cui ubi apparuit, diſparuit Dæmon magno cum fremitu, ac ululatu. Deinde Satanæ fraudem Joannes ægroto aperuit; ægrotus vero rem ab ovo fratri ſuo, atque aliis, qui aderant, expoſuit, quibus major acceſſit admirationis cauſa, cum a Religioſis Joannem eo die e Monaſterio non exiiſſe acceperunt. Mox Hortenſius cœleſtibus Joannis firmatus verbis, ac benedictione ab eo accepta, in oſculo Domini, ut fas eſt credere, animam exhalavit.

Horum ſimiles eventus graviſſimi referunt Authores, præſertim ſæpecitatus Epiſcopus Caſertanus ſuo in libro manuſcripto de Actibus Sanctorum Patrum Theatinorum, quos brevitati conſulens omitto. Unum tamen vel alterum adducam, ex quibus proclive erit conjicere quanta Joannis fuerit

in

Digitized by Google

in Dæmones poteſtas, atque imperium, quando iis etiam quaſi miniſtris utebatur, ut perditiſſimos homines a flagitiis deterreret, ac ad pœnitentiam revocaret.

Inter eos, quibus Joannes a Confeſſionibus erat, unus extitit, qui pie cum viveret, ſceleratæ fœminæ illectus commercio, paulatim pietatem deſeruit, eoque infelicitatis devenit, ut nullis Joannis blanditiis, minisve a nefario mulieris amore dimoveri potuerit. Quid igitur Joannes? Imperavit Dæmoni, ut cum noctu ambo cubitum pergerent, illis ſe ſpectandum præberet, quaſi eos vellet impetere, ac ad inferos trahere. Ejus juſſis obtemperavit Satanas. Tunc (o mutatio dexteræ Excelſi!) qui ad peccandum effrenes properabant, illius larvæ ſpectaculo adeo ſunt perterriti, ut ad pœnitendum illico obortis lachrymis animum adjicerent, & anteactæ vitæ dolore correpti, ſolidam noctem in oratione tranſigerent. Deinde antelucani Joannem adierunt ad illiusque pedes provoluti animum confeſſione expiarunt, atque impoſterum piiſſime vixere.

Fuit qui ſororem animo agitabat occidere, de illa incontinentiam temere ſuſpicatus. Mentem ſuam cuidam Religioſo aperuit, qui hominem, ut Marinonum conveniret, hortatus eſt. Hortationibus paruit, utque in illius conſpectum venit, ſtatim Marinonus cognita divinitus hominis adventus cauſa, *Fili*, inquit, *multum, atque extreme falleris, vellem tibi perſuadeas, quod animo volvis diaboli eſſe conſilium*. Ille pertinax ejus ſanctiſſima verba, exhortationesque neglexit. Tunc Marinonus Satanæ imperavit, ut ſe homini viſibilem redderet, quo viſu is ita conſternatus eſt, ut in terram corruens ſemimortuus diu jacuerit. Accurrit illico Marinonus, qui manu illum elevans, Satanæ ut diſpareret imperavit, quo factum eſt, ut homo mutato in melius conſilio eidem Sancto peccata ſua in confeſſione aperuit, impii pœnitens propoſiti, vixitque deinceps, Marinono rectore, multis meritis cumulatus.

Nobiliſſimos inter conjuges grave ortum eſt diſſidium, quod maritus irretitus philtris pellicem ardenter deperiret. Joannem Marinonum adiit uxor, eique rem omnem aperuit. Increpavit illam Sanctus Vir, quod de Veneficæ conſilio veneficiis philtra diſſolvere conata fuerit. Eam deinde divino afflatus lumine edocuit locum, ubi philtra diſſidii ſeminarium reperiret; faſcem

ſcem videlicet cerearum imaginum, herbarum, funium, ac folia papyri peregrinis inſcriptæ characteribus, quæ omnia Joannes comburi juſſit, dumque comburerentur, horribiles ac verſicolores vomebant flammas. Mox fœminæ injunxit, ut animo confeſſione expiato Euchariſtiam ſuſciperet, utque quindecim non intermiſſis diebus Virginis Sanctiſſimæ precarios globulos vulgo Roſarium percurreret, ſeque promiſit eisdem diebus pro ea, atque merito ad Deum ac Deiparam preces fuſurum. Quo elapſo dierum ſpatio præcepit Dæmoni, qui eo veneficio maritum ab uxoris amore abduxerat, ut ei ſe manifeſtum exhiberet, ac miſerum illius vitæ ſtatum ob oculos poneret. Quo ſpectaculo ſic conſternatus eſt homo, ut ſui præ timore vix compos illico ad hunc Sanctum confugerit, ut animi ſui morbo remedium adhiberet. Eum graviter objurgatum ad abluendas Confeſſionis lavacro animi ſordes primum hortatus eſt: deinde ad ſuſcipiendum Servatoris Corporis ferculum, quod jam longo ex tempore omiſerat. Quibus peractis domum rediit, uxoris odio in amorem verſo, ſicque in poſterum vixit, ut ſingulare totius virtutis de ſe omnibus ſpecimen exhibuerit.

Hominis confeſſionem Joannes excipiens, cum penetrandi cordium ſecreta dono clareret, ſcelus agnovit, quod miſer ille in confeſſionibus nunquam detexerat. Eum igitur hortatus eſt Joannes, ut crimina univerſa, quorum ſe reum ſciret, fateretur. Ille vero nullum prætermiſiſſe aſſeruit. Tunc Sanctus: *Abi*, inquit, *ego enim efficiam*, *ut ſcelera tua juxta legem a Deo præſcriptam expones; quare Deum deprecor*, *ut Dæmones*, *qui criminum tuorum ſilentium ſuadent*, *tibi ſpectandos præbeat*. Diſceſſit homo, e Temploque egreſſus currum vidit ſulphure, ac flammis horribilem, quem trahebant Dæmones, qui ut illum raperent, atque in eo curru poneretur, properabant. Obſtupuit homo, ſteteruntque comæ, & vox faucibus hæſit; citoque præ timore in Templum ſe recipiens Joannem adivit, qui a loco, in quo imperfectam illius confeſſionem audierat, non receſſerat, futuræ hominis pœnitentiæ probe gnarus. Ille vero profuſa lachrymarum vi, ſicut Joannes prædixerat, peccata ſua rite aperuit.

In confeſſo fuit apud omnes, Joannem hominum, cum quibus ageret, cor penetrare. Quare prout opus erat, monebat, increpabat:

Digitized by Google

pabat: quod quidem fuit in cauſa cur multi admiratione perculſi in meliorem fugem ſe receperint, hacque potiſſimum ratione peccatores innumeros Deo lucrifeciſſe indubitatum fuit.

In concionibus ita monebat omnes, ut ad ſingulos loqui videretur; adeo ut cum finem concionandi faceret, quotquot aderant ad eum recurrerent, ut ipſo duce abjectis vitæ illecebris, humani generis hoſtem devincerent, atque a mundi voluptatibus victoriam reportarent. Dono penetrandi animorum occulta par illi fuit prophetiæ charisma, eaque de cauſa Sanctus Dei Propheta ut plurimum vocabatur. Nam ita Deus illi futura expromebat, ut quod de Apoſtolis Chriſtus aſſeruit, de eo etiam affirmari poſſe videtur: *Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos, quia omnia, quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis*. Multa prædixit, quæ brevitati ſtudens omitto, omnia tamen ad proximorum ſalutem, Deique gloriam, quam ſemper ob oculos habuit, referebat.

In id ſedulo incubuit, ut alienis calamitatibus, non ſpiritus modo, verum etiam corporis mederetur. Pauperes inviſebat, parentibus orbatos præſertim, ac viduas, quibus non exiguas largiebatur eleemoſynas, ne egeſtate impellente a virtutis ſemita deflecterent. Aſſiduus erat in Xenodochiis, ubi charitate fervens ægrotis miniſtrabat, imo a multis Sanctiſſimæ Crucis ſigno morbum depellebat. Qui detinebantur in vinculis, ejus etiam experiebantur ſanctimoniam. Illis enim non modo eleemoſynis præſto erat, verum etiam a vinculis liberare ſatagebat, maxime quos noverat in carcerem temere detruſos, vel criminum ſuorum dolore affectos. Damnatos ad triremes, ut ſupplicium æquo animo ferrent, hortabatur, neceſſitatemque in virtutem verterent. Tandem viros, ac fœminas a laſcivia deterrere totis viribus deſudabat, viros ad pœnitentiam revocans, fœminas vero ad Gynæcea, vel nobilium domos deferebat. Quos inter ſe diſſidere comperiſſet, ſtatim amicitiæ fœdere copulabat. Denique omnes tum publicis, tum privatis ſermonibus ad vitanda ſcelera, iterandaque ſæpe pœnitentiæ, ac Euchariſtiæ hortabatur Sacramenta, quorum frequentiam non mediocriter propagavit, ac in Deiparam Sanctiſſimam amorem, cujus Immaculatæ Conceptionis myſterium omnibus inculcabat. Voto enim ſe adſtrinxerat ad illud non modo tuendum, verum etiam inter fideles propagandum.

Digitized by Google

Cum e ſuggeſtu ad populum verba faceret, non Marinonum, ſed Paulum crederes; illumque ſæpe Prædicatorum Ordinis Fratres concionantem audientes, ſpiritus pariter ac Apoſtolicæ eloquentiæ mirati fervorem, concionatorem ſanctum eſſe, Sanctoque Dominico in concionando valde ſimilem affirmarunt. In Tridentina Synodo cum de concionatorum reformatione ageretur, illius ſacri conſeſſus Patres Apoſtolicum eum eſſe concionatorem aſſeruere. Interdum in ejus caput, cum ad concionem diceret, viſa eſt labi e cœlo quaſi lingua ignea, quæ Spiritus Sancti indicabat afflatum Apoſtolorum ſimilem. Quandoque vero circa illum candida, atque pulcherrima volitabat columba, quam omnes Divinum Spiritum ei dicenda ſuggerentem eſſe interpretabantur: tumque vel maxime verba proferebat, ita divini amoris igne accenſa, ut omnium animos ad Deum ſuper omnia diligendum vehementius inflammaret.

Cum ſemel ad Moniales concionaretur de Chriſto Domino ad cœlos aſcendente, in Aſcenſionis ejus feſto die eo ſpiritus fervore illa verba expendit: *Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum?* ut comitandi Chriſtum cupiditate incenſus, ab omnibus, qui aderant, viſus fuerit in aere magno temporis intervallo ſuſpenſus, eos pariter adhortans ut deſiderio ſaltem diſcedenti Salvatori comites ſe adjungerent, ad cœleſtia bona, utpote æterna adſpirarent, terrenaque, utpote brevi duratura negligerent. Sic etiam non raro in aera ſublatus eſt, dum verba faciens Auguſtiſſimum (ut illi mos erat) præferebat manibus Euchariſtiæ Sacramentum, populo, religioſiſque ſuis ſolemnioribus diebus cœleſte illud pabulum miniſtraturus.

Haud diſſimili ſpiritus ardore hæreticos inſectatus eſt, Valdeſium præſertim Hæreſiarcham, qui ſimulatam ſanctitatem præſeferens Neapoli populum ſeducebat, diſſeminabatque propriæ doctrinæ contra catholicam fidem falſa dogmata. Dolus Joannem non latuit. Quare Valdeſii improbitatem, ac doctrinam tanta cum libertate, ac ſpiritu objurgare cœpit, ac retundere, ut coegerit eum publico abſtinere, ac tandem aufugere, ejus detectis erroribus, ac hypocriſi. Ad Catholicam poſtea fidem reduxit omnes, qui eodem Valdeſio Magiſtro ab ea defecerant. In infidelibus convertendis ad fidem totus fuit.

Re-

Digitized by Google

Recenſere omnes quos ab hæreſi, a Judaicis ritibus & a turpi Saracenorum ſecta ad Romanæ Eccleſiæ gremium traxerit, ac miracula, quibus Deo authore fidei catholicæ veritatem comprobaverit, longum eſſet. Unum pro cunctis memorabo. Judæum David nomine Chriſtianum reddere Venetiis nitebatur. At ille nimia cæcitate correptus, ac cordis duritia, Chriſti Domini in Euchariſtia præſentiam omni cum obſtinatione negabat. Tunc Joannes conſecratam hoſtiam manu tenens a Chriſto exoravit, ut ab infideli homine cerni pateretur. Annuit Servator Optimus, ſicque divini vultus radii Judæi oculos perſtrinxere, ut in genua provolutus fidem amplexus fuerit, unaque cum ſuis ſacri fontis lavacro ablui poſtulaverit, qui omnes in fide usque ad extremum vitæ ſpiritum permanſerunt. Miraculum narrat Epiſcopus Caſertanus ſuo in libro manuſcripto de Actibus Sanctorum Patrum Theatinorum, quod ego quoque a majoribus noſtris ſanctiſſimis hominibus accepi.

Sæpe in Euchariſtia Chriſtum vidit, præſertim cum myſterium celebraret. Tunc enim maxime amanter cum illo ſermonem conſerebat, nec ſine lachrymis. Fac Domine (ajebat) quando quidem pro me apud Calvariam Cruci affigi paſſus es, ac ſub Sacramento mirabili paſſionis tuæ memoriam reliquiſti, ut pro te dum vixero graviſſima quæque ſuſtineam, ac tandem Cruci etiam affixus vitam feliciter effundam.

Ibi etiam Salvator penitiſſima fidei noſtræ Sacramenta Joanni detegebat: immenſum videlicet amorem erga homines, quo ſic pectus ejus æſtuabat, ut cum de illius obitu ſermo erit dicemus, non naturalis morbus, ac febris, ſed ardens in Deum amor Joanni mortem attulerit. Detegebat etiam ſummam Dei miſerationem in nequam hominibus ferendis, illorumque pœnitentia expectanda ſæpe ei pro Chriſtianis precanti, ut ſcilicet tot calamitates, quibus jugiter affligebantur, ab iis averteret; reſpondit Dominus ſemel: *Fili ſi pro hominibus ego ab incunabulis tot innocens exantlavi labores, fieri non poteſt, ut homines ſontes cum ſint mihi vicem rependant, niſi labores patienter ſuſtinendo*. Iterum reſpondit: *Beati qui Crucem ſuam æquo animo ferunt. Hi enim non mediocrem in cœlis a me accipient remunerationem*. Quandoque vero detegebat mirum ſuæ divinæ providentiæ ordinem, quo

Digitized by Google

ipſasmet calamitates ad ſui nominis gloriam, ac electorum felicitatem dirigebat. Hinc Joannes quicquid in orbe tormenti foret, ſibi poſtulabat, ut ſcilicet in eo Deus glorioſus exiſteret, ac ipſemet patientiæ mercedem obtineret.

In eodem Sacramento futura Chriſtus ei detegebat, Eccleſiæque ſuæ imminentes anguſtias prænuntiabat, ut pro illa preces funderet. Palam ei etiam faciebat Religioſorum, quibus præerat, aliorumque quos regebat animos, intima mentis ſecreta; quare Joannes omnibus præſto erat, non abſentibus ſcribendo loquendoque, præſentibus opportuna remedia adhibebat.

Non raro ſacrum faciens, dum Hoſtiam, Calicemque levaret, a terra cubito altior viſus eſt, non raro etiam mira luce fulgere. Beatus Andreas Avellinus, ac B. Pater Jacobus Tornus, qui Joanni rem divinam facienti miniſtrare ſolebant, ſæpe viderunt hoſtiam radios igneos emittere, qui in ejus pectore divini amoris flammas mirifice excitabant. Viderunt etiam in eadem Hoſtia Chriſtum in pueri ſpecie Joannis exposcentem amplexus: quibus Divini amoris monumentis mirum eſt, quantum ipſe ſpiritu, ac ſanctitate proficeret.

Conſecratam hoſtiam ex odore dignoſcebat, ex eodemque odore eum qui Euchariſtiam ſuſcepiſſet, ſacrumve feciſſet. Imo eos, qui Deo grati forent, ex odore, qui ſecus, ex fœtore dignoſcebat, quem intolerabilem eſſe affirmabat. Suæ etiam animæ vidit non ſemel pulchritudinem, dicente Domino: *Vide Joannes quali decore, ac venuſtate mentem tuam exornavi, ut in ea mihi parem habitaculum*. Cui Joannes immortales agens gratias: *Supereſt*, inquit, *Domine, ut me ſervum tuum ſanctiſſimis tuis vulneribus ſignes*.

Humanitatis ſuæ gloriam ei ſpectandam non ſemel etiam Chriſtus exhibuit. Vehementius vero ejus animum inflammabat acerbiſſimorum cruciatuum, quos Servator Optimus perpeſſus eſt, recordatio. Hoc erat in cauſa, cur quoties in aliquam Dominicæ paſſionis tabellam oculos conjeciſſet, a lachrymis temperare non poſſet, imo tantum doloris caperet, ut plane Confeſſario ſuo aſſeruerit, eo ſpectaculo pectus ſuum quaſi acutiſſima lancea transfigi. Dici vix poteſt quod patiebatur quotannis in majori hebdomoda, cum vel maxime Eccleſia Servatoris Optimi Sacratiſſimam paſſionem commemorat.

Chri-

Digitized by Google

Chriſti Domini paſſionem ſexta feria majoris hebdomadæ ſolemni ritu cum decantaret, præ nimio dolore lachrymis, ac ſingultibus, quibus afficiebatur, vix verba proferre poterat, adeo ut dolori, ac lachrymis, atque ſingultibus locum daret, ſæpe ſæpius eam decantationem interrumpere cogebatur. At cum ad eum locum ventum eſt, ubi improbus ac ab omnibus aſſeclis execrandus miles *Dedit ei alapam:* Deus bone! quo dolore perculſus eſt Joannes? In terram enim ſtatim corruit ſemimortuus. De paſſione ad populum verba faciens ſanguineo ſudore in omnium conſpectu difluxit, ita ut domum reverſus tunicam, veſtemque mutarit, quod ſanguine utraque maderet. Alia etiam in concione eo ſpiritus fervore Chriſto infixæ coronæ tormenta expendit, ut ſuo etiam capiti ſpineam aliam infixerit tanta vi, ut ſpinis illud perforantibus abunde ſanguis effluxerit, ac finita concione facile non fuerit coronam evellere.

Quo Chriſto magis condolebat, illius dolores, ac mortem acerbiſſimam contemplatus, eo magis flagrabat ea omnia ſuſtinendi deſiderio. Quare id jugiter a Deo poſtulabat; ſæpeque voti compos effectus fuit. Præſertim peracto rei divinæ myſterio, tunc enim ſibi videbatur Chriſtum cernere, qui ipſemet telo, quo apud Calvariam confixus fuit, illius latus tranſigebat: ex quo vulnere tam acerbo pungebatur dolore, ut ingenue B. Andreæ fateretur, niſi dolori amor admiſceretur, quem Chriſtus illi tunc communicabat, unaque deſiderium plura pro illo perferendi, fieri non poſſe, ut præ dolore non contabeſceret. Sæpe in oratione pernoctans ad Auguſtiſſimi Sacramenti aram mallei ictus ſenſit, clavorumque dolorem, imo & ab uno Seraphin Cruci affigi. Sæpe etiam Coronæ ſpineæ acerbitatem paſſus eſt, tot in fronte relictis vibicibus, ut Religioſis anſam præbuerit illorum rogandi cauſam, quam tamen ipſe nulli præter ſuum Confeſſarium patefecit.

Tribus ante obitum annis ſingulis quibusque feriis ſextis mirabili quadam ac occultiſſima ratione, univerſos Servatoris Optimi angores, verbera, cruciatus, ac Crucis etiam tormentum ſubibat: quæ tamen omnia tribus vitæ ſuæ extremis diebus acriori doloris morſu eum perſtrinxere, ad ea tamen ſuſtinenda animos faciebat ipſemet Dominus, qui plagatus ac Cruci affixus ei tunc ſæpe apparuit. Unde inſtante morte

ſuo

Digitized by Google

ſuo cum a Confeſſario rogaretur, an doloris aliquid ſentiret? Multum, reſpondit, illudque intenſiſſimum, nam quicquid tormenti Chriſtus perpeſſus fuerat, ei etiam patiendum communicabat. Quare his omnibus adducti jure optimo Marinonum multi dixere Martyrem. Sane deſiderii Martyrem quis Marinonum neget, cum pro fide mori in votis ſemper habuerit? Illum ego dixerim divini amoris Martyrem non inepte, quod hic unus nempe vehemens, continuus atque eximius in Deum amor, eum vita privaverit.

Marinono igitur mortem, (quæ vitæ fuit admodum conſona) proximorum ac Dei amor proculdubio maturarunt. Summo cum plauſu Neapoli Theatinorum Monaſterium regebat ſeptuagenario major, cum ſuorum viginti rheumatiſmo, ac febri correpti ſunt. Quanquam vero morbus periculi ſuſpicionem non faceret, ægre tamen ferebat tot filios ægrotantes cernere. Quare a Deo ſummis contendit precibus, ut omnibus priſtinæ ſanitati reſtitutis, unus ipſe omnium infirmitatibus, ac morti etiam maneret obnoxius. Qua finita oratione voti ſe compotem credidit; adeoque ſingulorum cubiculum ingrediens ab omnibus morbum miraculoſe ſolo Crucis ſigno penitus fugavit, quem tamen ipſe ſtatim contraxiſſe ſenſit.

Mortis ſuæ diem jam multo antea Confeſſario ſuo prædixerat, cui etiam præmonuit & cauſam, quæ quidem non contractus morbus fuit, ut initio videbatur, ſed ardentiſſima divini amoris flamma, Medicorum peritiam ſuperans, qui omnes mirabantur, quod Joannes dum plus ad mortem properabat, reficerentur vires, ut exercitiis omnibus vacaret, quibus dabat operam dum valebat. Religioſis, externiſque etiam, qui illius inviſendi cauſa conveniebant, ſanctiſſimis excipiebat hortationibus, multiſque mortem, quam proximam noverat, prænuntiabat, ut de ea præmoniti æternam felicitatem prævia pœnitentia conſequerentur.

Singulis ægritudinis ſuæ diebus Euchariſtiam ſuſcepit flexis genibus, ita ut admirationem injiceret animi vigor, qui in corpus redundare videbatur. Tunc etiam rapiebatur in extaſim, ubi Chriſti Servatoris, Deiparæque Sanctiſſimæ, qui illum ad beatitudinem invitabant, jucundiſſimo conſpectu, ſuaviſſimoque Angelorum concentu mirifice oblectabatur (ajebat) quanta

Digitized by Google

ta felicitàs eſt in cœlo manere cum ſuperis, Jeſum cernere, ac Mariam! Illiusque vultum ſic inflammatum aſpiceres, ut ardenti febri correptum crederes. Illa tamen febris Divini Spiritus ignis erat, quo ſic totum æſtuabat illius corpus, ut veſtes, imo & eos, qui prope accederent, calefaceret. Triduo ante obitum Corporis Chriſti Viatico munitus eſt, ſacroque oleo perunctus.

Igitur extremo vitæ ſuæ die, qui fuit decimus tertius Decembris, Luciæ Virgini ac Martyri ſanctiſſimæ dicatus, anno 1562. Divinum Officium recitavit, imo & veſperas antevertit, quod eam horam vitæ ſuæ ultimam noſſet. Deinde ad diſciplinæ ſuæ alumnos unius horæ ſpatio concionem habuit, in qua eos ad totius virtutis ſtudium cohortatus eſt. Mox de Chriſti paſſione tractatum illis meditandum propoſuit. Ex quibus liquet ſupra naturam fuiſſe Joannis Marinoni febrim. Si enim ex concitatis humoribus oriretur, fieri non poterat, ut homo ſenio, pœnitentiisque confectus recitaret, concionaretur, aliaque conficeret, ac ſi optime valeret.

Tandem finito non ſine lachrymis de paſſione Chriſti tractatu, quem ſtatim ſcripſit, typisque mandavit Archiepiſcopus Compſanus, præcepit Joannes, ut ſibi ejusdem Servatoris paſſio a S. Joanne Evangeliſta ſcripta legeretur. Jamque moriturus in Chriſti e Cruce pendentis imaginem oculos conjecit, quo cum ſuaviſſima habuit colloquia, ac cum Deipara Sanctiſſima, ea ſæpe repetens verba: *Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu nos ab hoſte protege, & mortis hora ſuſcipe*. Placide tandem ac vultu ad hilaritatem compoſito Sanctiſſima Jeſu ac Mariæ nomina implorans, animam Deo reddidit, relicto odore ſuaviſſimo, qui adſtantium animos ad virtutis amorem, cœlique deſiderium vehementer inflammavit.

Aderant illius filii in Domino chariſſimi, quos ſpiritus ſui hæredes inſtituerat, Beatus ſcilicet Andreas Avellinus, qui illi fuerat a Confeſſionibus, ac primus inter ejus ſectatores, qui ejus veſtigia ſequutus fuerat, Beatus Pater Jacobus Tornus, Venerabilis Paulus de Aretio, poſtea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, de quo acta pro illius canonizatione confecta ſunt, ac Sanctiſſimus inter Theatinos Marinoni alumnos, Salvator Caracciolus, poſtea Archiepiſcopus Compſanus,

qui

qui omnes uno ore affirmarunt vidiſſe ſanctiſſimam ejus animam innumeris ſtipatam Angelis ad Seraphicam Sedem ob eximium erga Deum amorem avolare.

Plura alia de hujus Sancti beatitudine refert teſtimonia Caſtaldus in ejus vita, nec non Epiſcopus Caſertanus ſuis in manuſcriptis actibus: unum tantum referam brevitati ſtudens. In morbum incidit fœmina, quæ Joannis ſanctitatem impenſe coluerat; cumque ſummo in vitæ diſcrimine verſaretur, non niſi ab eo remedium ſibi adhibendum credidit. Quare ſanitatem ab eo ſummis precibus poſtulavit, voto ſe adſtringens ad illum perpetuo colendum. Res ex animi ſententia cecidit, nam mulieri apparuit pallio amictus pretioſiſſimo, gemmis liliisque ac roſis intertexto, aureoque inſignitus diademate. Illam imprimis edocuit gloriæ ſuæ præſtantiam, eo pallio fuiſſe a Deipara Sanctiſſima decoratum, coronaque à Chriſto Domino inſignitum. Omnem deinde ab ea languorem depulit, ac priſtinæ reſtituit ſanitati, adeoque poſtera die ad illius ſepulchrum pro collato beneficio gratias actura ſe contulit.

Numerari vix poſſunt miracula, quibus & vivens, & poſt obitum claruit. Peregerat ſemel rem Divinam, cum ad illius pedes ſacerdotalibus adhuc indutis veſtibus homo filium advolvit a nativitate cœcum. *Fidem habe*, inquit Joannes, *Nuper enim his digitis Chriſti corpus in Altari tetigi Sacratiſſimum*. Res mira! ſuper cœci oculos ſignum Crucis produxit, ſtatimque cœcus viſum recepit. Alium etiam Crucis ſigno illuminavit, qui ardentiſſima correptus febri viſum amiſerat. Puerum trium annorum revocavit ad vitam Matris precibus, ac lachrymis adductus. Septennium vero non evaſurum, eidem Matri prædixit dicens, æquum non eſſe, ut ad ætatem deveniat, in qua Deum poſſit offendere non ſine magna animæ ſuæ jactura: dictumque probavit eventus.

Ubi primum Joannes animam efflavit, ſui illico ſecreto ſepeliendum curarunt ad vitandum totius Civitatis concurſum, veriti, ne ſanctum corpus aliquod inde pateretur detrimentum, cum omnes illius reliquias ſibi religioſe ambirent. At creditum eſt, Angelos ipſos humana forma illius obitum tota Urbe vulgaſſe; pulcherrimi enim viſi ſunt juvenes illum nuntiantes, qui ſtatim diſparuere. Cumque nonnulli ſibi perſua-

ſua-

Digitized by Google

ſuaſum haberent, nonniſi poſtero die humandum, quod ſcilicet in ſero vitam clauſiſſet, poſtea de illius feſtinatis exequiis certiores facti de religioſis graviter conqueſti ſunt, quod eum tam brevi terræ mandaſſent, ut colere non poſſent mortuum, quem cum viveret ut hominem ſanctiſſimum venerati fuerant.

Fuere tamen qui ſancto corpori honorem debitum adhibere non diſtulerunt. Quod dum efferretur, cœca mulier viſum recuperavit, Joannis manum oculis admovens. Alter utroque correptus brachio, ejus veſtis contactu ſanitatem adeptus eſt. Capitis dolore graviſſimo, diuturnoque diſcruciatus juvenis quidam exhauſtis fruſtra Medicorum artibus, cum ejus pedes exoſcularetur, ita levatus eſt, ut deinceps nunquam dolorem ſenſerit. Fœmina pectori, quod lethalis cancer lacerabat, ejus aliquos ex capite extractos capillos admovit, ſtatimque ſanata eſt, adeo ut ne cicatricem quidem invenerit.

Plurima alia jam ſepultus patravit miracula: ad illum enim Neapolitanæ Civitatis, omnis ordinis viri, ac mulieres, finitimique populi opem imploraturi, accenſis majoris venerationis cauſa ad illius ſepulchrum facibus, nec niſi voti compotes revertebantur. Quare ſi Marinonus dum viveret ſanctus per antonomaſiam audiit, mortuus ſancti nomen multo glorioſius retinuit. Cum ergo ejus ſanctitatem tot miraculis Deus teſtatam vellet, omnes illum quaſi Sanctorum faſtis adſcriptum, palam colere occæperunt, ejusque imaginibus diademata imponere, & quod magis eſt, ab ipſo mortis die Beati, ac Sancti nomen indidere: quod brevi totam Italiam pervaſit, ac annis aliquot labentibus univerſum Orbem Chriſtianum intra, extraque Europæ terminos, probantibus publicam venerationem, quam illi fideles adhibebant, Epiſcopis, fidei quæſitoribus, ac Summis Pontificibus, qui Marinonum, ſi de eo ſermo incidiſſet, non alio, quam Beati, ac Sancti nomine decorabant.

Nec derogavit hujusmodi cultui tam publico, generali, ac antiquo Urbani Octavi Decretum de mortuis cum fama ſanctitatis datum menſe Martio 1625. Imo fidelibus anſam præbuit, ut magis propagaretur. Jubens enim Pontifex ne cultus publicus ulli adhiberetur perſonæ, quantumvis ſanctitate, ac miraculis celebri, niſi prius a Sede Apoſtolica canonizata, aut ſal-

tem beatificata fuerit, declaravit, mentis ſuæ non eſſe iis officere, qui longiſſimi temporis ſpatio ſcientia, ac tolerantia Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii coluntur. Quia vero Sancti Joannis Marinoni cultus ab ejus obitus die inceperat, toleratus ab Ordinario, & Quæſitoribus ob illius eximiam ſanctitatem, illuſtriaque miracula, declararunt Hæreticæ pravitatis Quæſitores, ac locorum Ordinarii, Epiſcopi, ac Cardinales, quorum in diœceſibus Marinonus publice colebatur, ad eum non extendi Urbani prohibitionem, quod quidem ipſemet Pontifex vivæ vocis oraculo approbavit.

Denique mirum in modum, quæ hactenus evulgavi, firmat Decretum a Venetiarum Patriarcha, Dalmatiæque Primate editum, in quo demonſtrat a colendo publice Marinono non deſiſtendum, utpote qui a longiſſimo tempore Beatus habitus eſt, ac Beatorum ſtemmatibus ſemper depinctus, atque a fidelibus publice cultus. Ait enim: " Joannes Theupolus miſeratione divina Patriarcha Venetiarum Dalmatiæque Primas. Noverint univerſi Beatum Joannem Marinonium, Venetum, Clericum Regularem pluribus jam annis eximiæ ſanctitatis fama clarum & miraculorum gloria illuſtrem ab humanis deceſſum longiſſimi temporis ſpatio Patriarcharum ſcientia, & beneplacito Beatum habitum Beatorum ſtemmatibus pingi, & coli. In quorum fidem has manu noſtra ſubſcriptas, & ſolito noſtro ſigillo munitas damus Venetiis in Palatio Patriarchali die 20. Octobris anno 1625.

Idem in hæc verba teſtatus eſt Venetiarum etiam Reverendiſſimus Quæſitor Generalis. " Nos Frater Sylveſter a Caſtellione Sacræ Theologiæ Magiſter, Ordinis Prædicatorum, & in toto Sereniſſimo Venetorum Dominio contra hæreticam pravitatem Generalis Inquiſitor, a Sancta Sede ſpecialiter deputatus. Quam noſtrum decet Officium, omni adhibita diligentia in executione ordinationum circa cultum Beatorum in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis coram S. D. N. D. Urbano Octavo emanatarum ſub die tertia decima Martii anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quinti, & publicatarum die quarta Aprilis ejuſdem anni; Comperimus Beatum Joannem Marinonium Venetum, Clericum Regularem, ſupradictis or-

" di-

„ dinationibus, & decretis minime comprehendi; prout nobis „ a fide dignis relatum fuit, & in quibuſdam foliis nobis oſtenſis „ inſpeximus; & cum longiſſimi temporis ſpatio Beatus iſte „ Dei ſervus ſit Beatorum titulo potitus, beatus habitus & „ cultus. In quorum fidem requiſitus a Clericis Regularibus „ Sancti Nicolai Tolentinatis, has manu noſtra ſubſcriptas, „ ac ſigillo obſignatas dedimus Venetiis apud S. Dominicum „ in domo Sanctæ Inquiſitionis, die ſeptima menſis Auguſti „ milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quinti anni.

Hic publicus, ac generalis cultus tot declarationibus Patriarcharum, Quæſitorum, ac Summorum etiam Pontificum firmatus, cum potiſſimum denegabatur hominibus, qui ſanctitate clari obierunt, in cauſa fuit cur Romæ, imo & in univerſa Italia crederetur Joannem Marinonum in Eccleſiæ Catholicæ ſyllabum fuiſſe relatum, ut adnotavit Chioccarellus in Catalogo Antiſtitum Neapolitanæ Eccleſiæ fol. 337. de ejus ſanctitate, ac miraculis loquens his verbis: *Multa prædixit, & aliqua ſigna per ipſum Dominus operatus eſt; quamobrem inter Beatos connumeratur*. Idemque aſſerunt Authores omnes qui de ſanctis Neapolitanæ Eccleſiæ ſcripſere. Quare paſſim in Templis inter Sanctos canonizatos publicæ fidelium venerationi exponitur eiſdem plane ornamentis, quibus Eccleſia catholica Sanctos ſuos inſignit, ita ut multis abhinc annis non exiguus tam Regularium, quam Sæcularium Sacerdotum numerus quotannis pro illius gloria rem divinam faciant de Communi Confeſſoris non Pontificis: Os Juſti: quod ſcilicet illum credant ſanctis adſcriptum canonizatione generali, quæ æquivalet rituali, ut eſt maxima pars Sanctorum Eccleſiæ Catholicæ, qui communi plauſu, populorumque cônſenſu in Divorum numerum relati ſunt.

Hujus etiam Sancti effigies aut papyro depictæ, aut coloribus adumbratæ, aut ære excuſæ, quarum copia maxima per univerſam Europam ſparſa eſt, illuſtria edidere miracula. Qui illas ſecum portant, homines periculis ſubducunt; energumeniſque admota, Dæmones in fugam convertunt. In mare Candiæ demerſus eſt mulieris Joannis admodum ſtudioſæ filius, cujus mortem cum illa lachrymis, ac ululatibus proſequeretur, ejus imago, quam apud ſe habebat, in mentem ſubiit. Accurrit cito illamque defuncto puero religioſe admo-

Digitized by Google

vit: Tunc (proh Dei mira potentia, ac Joannis ſanctitas ſingularis!) non ſine magna adſtantium admiratione, illico ad vitam rediit puer. Hujus miraculi, ac aliorum Archiepiſcopus Myrenſis teſtimonium jurejurando firmando præbuit latino idiomate, quod ad Reverendiſs. noſtrum Patrem Gener. Onufrium de Amphora miſit anno Incarnationis Dominicæ 1640. Cujus tranſumptum apud me extat, illudque hic apponam, ut jacet, de verbo ad verbum, ad totius hiſtoriæ coronidem, Beatiſſimæ Trinitatis gloriam, Joannis Marinoni laudem, fideliumque illorum præſertim, qui illum ſpeciali ſtudio colunt, ſolatium. Sic igitur habet:

Frater Franciſcus Antonius de S. Felice, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus Myrenſis, & Adminiſtrator Eccleſiarum Japoniæ & Chinæ, ſeu imperii Synarum, univerſis & ſingulis has noſtras præſentes litteras inſpecturis, lecturis, aut quomodolibet viſuris, indubitatam fidem facimus, tam in judicio, quam extra, quatenus opus ſit, quod cum Roma ad hanc Goæ Civitatem Orientalis Indiæ Metropolis una cum admodum R. P. D. Petro Avitabili, Clerico Regulari Theatino Orientis, Theatini Ordinis Miſſionum Præfecto, nec non cum aliis ejuſdem Ordinis Miſſionariis *Apoſtolicis*, cum mandatis Sacræ Congregationis de propaganda fide veniſſemus, nec ullam de hujus ſanctiſſimæ Religionis admirabili inſtituto, ſive Regulari obſervantia, ac Fundatoribus, nec de ejus Sanctis notitiam habuiſſe, usque modo hujus Orientis Luſitanos inveniſſemus, requiſiti ab eodem admodum R. P. D. Petro Avitabili, ad effectum fundandi in hoc Oriente ſui Ordinis Aſceteria, ac Miſſiones, ac publice venerandi ejusdem Ordinis Sanctos, ut quæ ipſi vidimus Romæ, & in aliis multis Italiæ civitatibus, aut a fide dignis habuimus, teſtificaremur, & præcipue de cultu B. Joannis Marinonii, & miraculis nonnullis abhinc annis ab eo patratis, de quibus plenam cognitionem, ac certam notitiam ſive ſcientiam habemus, ejus petitioni inclinati ad Dei gloriam, qui mirabilis eſt in Sanctis ſuis, animarum ſalutem, Religionis Clericorum Regularium Theatinorum augmentum, ejusque Sanctorum venerationem teſtificamur, Clericos Regulares Theatinos profiteri Apoſtolicam illam paupertatem, quam Dominus Apoſtolis obſervandam propoſuit, cum Matthæi cap. *6.* dixit, Nolite

te ſolliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur: Scit enim Pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis. Quare ſub Divinæ Providentiæ patrocinio de ſolis eleemoſynis non mendicatis ſine ullo reddituum genere vivunt, & hanc tam ſingularem, admirabilem, Apoſtolicam, ac fere miraculoſam vivendi formam a ſanctiſſimis hujus Ordinis Theatinorum Fundatoribus, nempe a Sanctiſs. Archiepiſcopo Theatino Joanne Petro Caraffa poſtea Paulo IV. Pontif. Max. & a B. Cajetano Thienæo acceptam omnino ſervant. Sanctos vero hujus præclariſſimæ Religionis, qui publice a fidelibus coluntur, de quibus Miſſæ Sacrificium celebrare quilibet poteſt, eſſe prædictum ſanctum fundatorem B. Cajetanum Thienæum, & B. Andream Avellinum, quos Sanctiſs. D. N. Urbanus Papa Octavus, qui univerſalem modo regit Eccleſiam, rituali beatificatione Beatorum faſtis adſcripſit, & B. Joannem Marinonium eximia ſanctitate, ac miraculis celebrem, generali canonizatione communi fidelium conſenſu canonizatum, & publico Sanctorum cultu a longiſſimo tempore ſemper cultum, ſcientibus, & tolerantibus Ordinariis locorum & Inquiſitoribus, nec non Summis Pontificibus, qui etiam (& præcipue prædictus ſummus Pontifex Urbanus) publico ejus cultui vivæ vocis oraculo annuerunt. Quare publicæ populorum venerationi expoſita extat in multis Italiæ Eccleſiis ejus imago cum laureolis, ſeu radiis, ac ſplendoribus, ac Beati titulo, præcipue Venetiis in Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis ab Horto Canonicorum B. Laurentii Juſtiniani, & in S. Nicolai Tolentinatis eorumdem Theatinorum Eccleſia, atque Neapoli in Eccleſia S. Pauli Majoris, ubi B. Joannes Marinonius commune habet cum B. Cajetano ſepulchrum, ſacellum inferius, & in ſepulchro erectum Altare cum inſcriptione, quod ibi horum Beatorum corpora requieſcunt. De his autem Sanctis tam in propriis Theatinorum Eccleſiis, quam alibi, nedum in eorum feſtivitatibus, verumetiam infra annum a multis ſæcularibus, ac Regularibus Sacerdotibus, ex devotione ad eorum opem implorandam, aut pro acceptis beneficiis in gratiarum actionem ſæpe paſſim celebratur Miſſæ ſacrificium tam in Italia, ubi magnum eſt in eos populorum ſtudium, ac veneratio, quam

in

Digitized by Google

in aliis Europæ Provinciis, ut ipſi etiam fecimus Romæ, & in aliis civitatibus, ac locis, maxime vero de B. Joanne Marinonio propter ſingulare beneficium, quod ab eo accepimus. Nam anno 1638. Neapoli diſceſſimus in cymba Romam petituri cum duobus Serafici Ordinis Fratribus. Exorta autem prope Terracinam tempeſtate, cum omnes in extremo vitæ periculo eſſemus, invocantibus nobis Dei, B. M. Virginis, Seraphici Patris S. Franciſci, & aliorum multorum Sanctorum auxilium, adfuit qui B. Joannem Marinonium invocavit, cujus imaginem in numismate, ſeu medalia ſculptam, B. Mariæ Virginis coronæ, quam recitabat, appenſam habebat; qua voce emiſſa, cum omnes eundem Sanctum ad quemlibet undarum ictum invocaremus, uno ore dicentes: B. Joannes Marinone ora pro nobis; expoſita nautis, cæteriſque, qui nobiſcum erant, hujus Sancti virtute, ut ejus auxilium ferventius implorarent, magna nos fiducia numisma illud undis projecimus, manutenentes coronam, in qua erat alligatum, ne hujus Sancti pignus, in quo noſtra ſalus fundabatur, amitteretur. O rem mirabilem! Ad ejus contactum ſedata illico tempeſtate incolumes Terracinam appulimus, ubi in gratiarum actionem nos, & duo illi ex Noſtratibus Sacerdotes, qui nobiſcum erant, triduo de Marinonio ſacrum fecimus, cæteris in ejus honorem Chriſti Corpori communicantibus, quod miraculum cum Romæ retuliſſemus duobus præ cæteris noſtris amiciſſimis, nempe Illuſtriſs. D. D. Franciſco Ingoli, Sacræ Congreg. de Propag. Fide Secretario, cum quo converſionis Infidelium negotia, atque hanc ad Indiam peregrinationem tractabamus: & Magnifico Sacerdoti D. Paulo Montanaro utriusque Juris Doctori, ipſi alia nobis manifeſtavere ejusdem Sancti miracula. Nam retulit Ingoli, ſe laterum dolore correptum, & in ultimo vitæ diſcrimine conſtitutum, deſperata a Medicis ſalute, cum incidiſſet natalis dies B. Joannis Marinonii, in quem peculiari ſtudio, ac pietate ferebatur, admota lateri ejus papyra impreſſa imagine, quam in Breviario tenebat, emiſſo prius voto nunquam intermittendi uſum ſacrum faciendi de eo ſingulis annis poſt S. Luciæ feſtum, ac ejus pervigilium jejunandi, ſtatim convaluiſſe, adeo ut potuerit mox ſequenti die in Eccleſia S. Andreæ a Valle, de eo Miſſam celebrare. Montanarus vero affirmavit ſe febribus male affectum,

ctum, ac ultimis ſacris expiatum, conclamata a Medicis ſalute, cum ſe ex corde B. Joanni Marinonio commendaſſet, cujus vitam a R. P. D. Joanne Baptiſta Caſtaldo deſcriptam ſæpe legerat, in ſomnis ſibi hunc Sanctum apparuiſſe, eique dixiſſe: Paule jam ſanus es, ſurge, & ad Aram redde Deo grates; ad cujus vocem expergefactum, cum ſe omnino ſanum vidiſſet, ſurrexiſſe, atque altera mox die de eo celebraſſe, ac celebrare paſſim in animo ſtatuiſſe. Idem peragere multos Romæ, Neapoli, & in aliis Italiæ Civitatibus, in quibus ad tempus commorati ſumus, certo ſcimus, præcipue Illuſtriſſimos Præſules D. Joannem Antonium Angriſanum Archiepiſcopum Turrentinum, D. Cajetanum Coſſam Archiepiſcopum Hydruntinum, D. Baſilium Cacacium Archiepiſcopum Epheſinum, D. Paulum Aretium Epiſcopum Dorthonenſem, D. Thomam Ancoram Epiſcopum Motolenſem, D. Vincentium Gilibertum olim Theatini Ordinis Generalem, cum quibus de hac re ſæpe egimus, & alios multos regulares, ac ſæculares Sacerdotes, idemque fieri in Hiſpania mihi retuliſſe teſtor R. P. D. Franciſcum Mancum Clericum Regularem, converſionis animarum zelo, litterarum ornamento, ac virtutum omnium laude præclariſſimum, cum in hoc itinere facienti de hoc Sancto ad Aram non ſemel adſtitimus. Tranſeuntes nos vero anno *1639.* per Sereniſſimæ Venetorum Reipublicæ Inſulas, Candiæ & Zacinti invenimus ibi alios, qui peculiari in Marinonium veneratione pro acceptis beneficiis de eo celebrant. Nam Zacinthi inter alios fratrem Seraphici noſtri Ordinis invenimus, qui ab hoc Beato, admota ſæpe oculis ſacra ejus imagine, viſum ex quadam infirmitate amiſſum recepiſſe, eaque de cauſa litare de eo affirmabat. Candiæ autem reperi Clericum quendam Venetum nomine Joannem Robertum, Petri Roberti, & Franciſcæ Valteræ filium, qui jurejurando teſtatus eſt ſtupendum Marinonii miraculum, atteſtatione, quam illi petivimus, ab eo ſcripta & ſubſcripta, & a quatuor teſtibus eidem atteſtationi ſubſcriptis, qui idem affirmavere, corroborata, non habentes nos tempus examinandi meliori modo de hoc miraculo teſtes, eo quia navis, qua Alexandriam Aleppi procurabamus, ut per Arabiæ deſertum, ad Indiam proficiſceremur, datis velis iter progredi deliberaverat, quam atteſtationem eidem admodum R. P. D. Pe-

tro

tro Avitabili dedimus, qui ex Aleppo Romam Reverendiſſimo ejus Patri Generali D. Onophrio Amphora, eo anno miſit, cui etiam nos de eo miraculo ſcripſimus. Aſſeruit igitur medio juramento in ea atteſtatione Joannes Robertus ſe natum Venetiis interceſſione, ac meritis Beati Joannis Marinonii, cui parentes filiorum deſiderio, quibus diu caruerat, vovere, & ea de cauſa ab illis Joannem appellatum, eſſeque unicum ex eo connubio natum. Commorantibus illis poſtea Candiæ, ac patre mortuo, ſuperſtite matre anno 1627. die Maii 20. e Navicula qua deſcendere cogitabat, cadere in mare, atque ab undis arreptum, & per integram horam conquiſitum mortuum tandem inventum, ad matrem delatum fuiſſe, quæ illi ſpectaculo ſoluto crine, profuſis ad cœlum lachrymis ac ſuſpiriis obviam facta, invocato B. Joannis Marinonii ſæpe nomine, cujus opem implorabat, ſumma fide, ſacram ejus imaginem, quam domi colebat, extincto corpori applicuit, orans, ac inceſſanter petens a Marinonio vitam unici filii ſui, quem ejus meritis, & interceſſione in utero conceperat, ac ſimul vovens ſi reſurgeret, ſe illum Deo dicaturam. Fuiſſe tandem tam acceptam Numini, ac Sancto piæ matris fidem, & votum, ut eo peracto ſtatim corpus moveri cœperit, ac brevi reviviſcere tanquam a ſomno excitatum. Quare aliquot poſt annis matre ſuadente ſacris initiatum primam de B. Joanne Marinonio Miſſam celebrare voluiſſe, ac paſſim celebrare, & ad ejus imitationem idem multos peragere eo miraculo commotos, eodem medio juramento aſſeruerit. Quæ omnia in hac noſtra atteſtatione expoſita, eo modo, quo retulimus, jurejurando vera eſſe teſtamur, in cujus veritati fidem præſentem manu propria ſubſcripſimus, noſtro ſigillo munitam. Goæ 20. die Auguſti 1641.

Locus ✠ Sigilli.

F. Franciſcus Ant. Archiep. Myrenſis.

Alexan-

Digitized by Google

Alexander VII. Clemens X. Innocentius XI. concedunt Indulgentias Plenarias pro feſto & Eccleſia S. Joannis Marinonii in Regno Portugaliæ.

Ex Autographo in Monaſterio Clericorum Regularium de Venetiis.

ALEXANDER PAPA VII.

UNiverſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad augengendum fidelium religionem & animarum ſalutem cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti. Omnibus utriusque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis ac ſacra Communione refectis, qui Eccleſiam Beatæ Mariæ Virginis de divina providentia nuncupatam Clericorum Regularium Theatinorum etiam nuncupatorum Ulixbonenſis Civitatis vel Diœceſis, cui Eccleſiæ ejusque capellis, & altaribus ſive omnibus ſive ſingulis eamque ſeu eas vel ea aut illarum ſeu illorum ſingulas vel ſingula etiam viſitantibus nulla alia indulgentia reperitur conceſſa die feſto S. Joannis Marinonii a primis Veſperis usque ad occaſum Solis feſti hujusmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus ad ſeptennium tantum valituris. Volumus autem ut ſi alias Chriſtifidelibus in quocunque anni die dictam Eccleſiam ſive capellam aut altare in ea ſitum viſitantibus aliqua alia indulgentia perpetuo vel ad tempus nondum elapſum duratura etiam in erectione, & quocumque alio modo quantumlibet privilegiato conceſſa fuerit, vel ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeu publicatione præſentium aliquid vel minimum detur aut ſponte oblatum recipiatur præſentes nullæ ſint eo ipſo.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XII. Junii MDCLVI. Pontificatus noſtri anno Tertio.

G. Gualterius.

ALEXANDER PAPA VII.

Univerſis &c. Qui Eccleſiam S. Joannis Marinonii nuncupatam in Campo Magno de Alvalade Ulixbonenſis Diœceſis ſitam non tamen Regularium, cui Eccleſiæ ejusque capellis & altaribus nulla alia indulgentia reperitur conceſſa die feſto S. Joannis a primis Veſperis usque ad occaſum Solis diei hujusmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia &c. Plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus ad ſeptennium &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo piſcatoris die XXIV. Martii MDCLXVI. Pontificatus noſtri Anno Septimo.

S. Ugolinus.

Digitized by Google

Clemens Papa X.

Ad futuram rei memoriam. Omnium ſaluti paterna charitate intenti ſacra interdum loca ſpiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus ut inde fidelium defunctorum animæ Domini Noſtri Jeſu Chriſti ejusque Sanctorum conſequi & illis adjutæ e Purgatorii pœnis ad æternam ſalutem per Dei miſericordiam perduci valeat. Volentes igitur Eccleſiam S. Joannis de Marinone in rure de Alvalade nuncii extra muros Civitatis Ulixbonenſis in qua nullum aliud altare privilegiatum reperitur conceſſum & in ea ſitum altare majus S. Joannis hoc ſpeciali dono illuſtrare dummodo in ea ſeptem Miſſæ quotidie celebrentur de Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ut quandocumque Sacerdos aliquis dictæ Eccleſiæ dumtaxat Miſſam defunctorum, in die Commemorationis Defunctorum & ſingulis diebus infra illius octavam ac feria ſecunda cujuslibet hebdomadæ pro anima cujuscunque Chriſtifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad prædictum altare celebrabit, anima ipſa de theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii Indulgentiam conſequatur, ita ut ejusdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ac Beatæ Virginis Mariæ Sanctorumque omnium meritis ſibi ſuffragando a Purgatorii pœnis liberetur concedimus & indulgemus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuscumque. Præſentibus ad ſeptennium tantum valituris.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXII. Aprilis MDLXXII. Pontificatus noſtri Anno Secundo.

I. S. Slaſius.

Innocentius XI.

Univerſis Chriſtifidelibus &c. qui Eccleſiam S. Joannis de Marinono in Campo Magno de Alvalade extra muros Civitatis Ulixbonenſis ſitam non tamen Regularium, cui Eccleſiæ ejusque capellis, & altaribus &c. nulla alia indulgentia reperitur conceſſa die feſto Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ a primis Veſperis usque ad occaſum Solis feſti hujusmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi &c. plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus ad ſeptennium &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die vigeſimaprima Julii MDLXXIX. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

I. S. Slaſius.

Innocentius Papa XI.

Ad futuram rei memoriam. Omnium ſaluti paterna charitate intenti, ſacra interdum loca ſpiritualibus indulgentiarum muneribus decoramus. Ut inde fidelium defunctorum animæ Domini Noſtri Jeſu Chriſti ejusque Sanctorum ſuffragia meritorum conſequi, & illis adjutæ ex Purgatorii pœnis ad æternam ſalutem per Dei miſericordiam perduci valeant. Volentes igitur Eccleſiam S. Joannis de Marinone in rure de Alvalade nuncupatam extra muros Civitatis Ulixbonenſis, in qua aliud altare privilegiatum non peritur conceſſum & in ea ſitum Altare Majus ejusdem Sancti Joannis hoc ſpeciali dono illuſtra-

ſtrare. Dummodo in ea ſeptem Miſſæ quotidie celebrentur. De Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, ut quandoque Sacerdos aliquis ejusdem Eccleſiæ dumtaxat miſſam Defunctorum in die Commemorationis defunctorum & ſingulis diebus infra illius octavam, ac feria ſecunda cujuslibet hebdomadæ pro anima cujuscumque Chriſtifidelis, quæ Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit ad prædictum Altare celebrabit anima ipſa de theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii indulgentiam conſequatur, ita ut ejusdem Domini Noſtri Jeſu Chriſti ac B. Virginis Sanctorumque omnium meritis ſibi ſuffragantibus e Purgatorii pœnis liberetur concedimus & indulgemus. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Præſentibus ad ſeptennium tantum valituris.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die XXI. Julii MDCLXXIX. Pontificatus noſtri anno Tertio.

I. S. Slavius.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Univerſis &c. Qui Eccleſiam S. Joánnis Marinonii nuncupati in Campo Magno de Alvalade Ulixbonenſis Diœceſis ſitam non tamen regularium cui Eccleſiæ &c. nulla alia Indulgentia reperitur conceſſa die feſto ejusdem ſupradicti S. Joannis a primis Veſperis usque ad occaſum Solis feſti hujusmodi ſingulis annis devote viſitaverint, & ibi &c. Plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus ad ſeptennium &c.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXIV. Maii MDCLXXX. Pontificatus noſtri anno Quarto.

I. S. Slavius.

DE
MONASTERIO
SANCTÆ MARIÆ
DE MONTE CARMELO.

QUam mihi moleſtum accidat de religioſis, iisque clariſſimis locis ſermonem texere, qui omni prorſus antiquo documento deſtituuntur, unde ipſorum innoteſcat origo, ſæpe ſæpius conqueſtus ſum, eundemque animi mei ſenſum, ut modo quoque proferam, neceſſe eſt, dum ſacram Carmelitarum ædem illuſtrandam aggredior. Temporum ne injuriis, an incendii clade, (quibus plerumque humana deſidia ſe occulit) documenta perierint, me latet; hoc unum enim mihi ſciſcitanti repoſitum fuit, nihil in Archivis de antiquis ſchedis prorſus inveniri. Documentorum defectum ſupplet in libello quodam, cui titulus *Carmelo il favorito* Venetis typis edito anno 1675. Frater Franciſcus Mondini Venetus Carmelita, qui ipſius libelli pagina 68. enarrat, hæſitantis tamen in modum, quemdam Joannem e Patritia gente Zancarola in patriam, anno MCXXV. e

Thra-

Digitized by Google

Thracia reducem ſecum adduxiſſe e Monte Carmelo avulſos quatuor Monachos, eosque Venetiis in anguſtis ædibus collocaſſe, quæ deinde poſterorum ſtudio, ad eam, qua modo conſpicitur, magnificentiam excreverunt: Templum enim, quod hodie ſacris officiis Carmelitæ frequentant in longitudinem 200. in latitudinem vero 40. Cubitorum protenditur, & in altitudinem 60. pariter cubitorum exurgit, bisque duodenis columnis fulcitur e græco marmore eleganter elaboratis. Quo ex fonte aſſertum Eremitarum Orientalium adventum hauſerit Mondinus incompertum mihi eſt; circa enuntiata tempora Dominicum Michaelem glorioſa bella in Tyro & Palæſtina geſſiſſe, teſtis eſt Dandulus in Chronico lib. IX. cap. XII. in quo ipſius Dominici Ducis bella, & victorias accurate recenſet: *Quindi forſe il Nobile Veneto Giovanni Zancaroli alla Patria, facendo dalla Tracia tragitto, ſeco portò quattro Monaci del Carmelo l'anno 1125. collocati in anguſto Tempio, & Romitaggio, qual poſcia fu da poſteri molto ampliato, longo 200. alto 60. & lato 40. cubiti con tre Navi diviſe per Archi d'arte Gotica, eretti ſopra 24. Colonne di greco marmo.*

Ad finem tamen ſequentis ſæculi deducendam eſſe Monaſterii fundationem ex antiqua ſcheda pergamena deducitur, quæ in Archivo Capituli Eccleſiæ S. Margaritæ Venetiarum aſſervata ad ipſius Eccleſiæ jura promovenda adverſus Carmelitas, noviſſime ad judicium deducta fuit: ex ea, quam mox dabimus notis illuſtratam, apparet tempus ædificationis *Sanctæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Carmelis de Venetiis*, alligandum eſſe ad annum MCCLXXXVI. ſiquidem eo anno *die ultima Auguſti ſupradicti Fratres, in recognitionem Parochialis Eccleſiæ totam, & integram oblationem, quam ipſi recipiunt in feſto Beatæ Margaritæ reſtituere, & omni anno, in quo eſt feſtum Beatæ Margaritæ, Plebano, & Clericis duas libras ceræ, & quatuor olei exolvere promiſerunt*, quas utique conventiones ex integro exequendas eſſe declaravit, mandavitque anno MCCCXX. die XV. Martii *Joannes della Rocca totius Ordinis Fratrum Carmelitarum Vicarius Generalis.*

„ In Chriſti Nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis mil-
„ leſimo tercenteſimo vigeſimo... (*a*) Indictione quarta, die
„ quintodecimo Menſis Martii; Congregato Capitulo Con-
„ ventus Fratrum Carmelorum (*b*) S. Mariæ de Venetiis, more
„ ſo-

„ ſolito àd ſomnum Campanæ in Capitulo ſuæ Eccleſiæ per
„ Religioſum virum D. Fratrem Joannem della Rocca Vica-
„ rium Generalem (*c*) totius Ordinis Fratrum Carmelorum;
„ in quo quidem Capitulo interfuerunt D. F. Marcus Mo-
„ rello (*d*) Prior Conventus S. Mariæ de Carmelis de Ve-
„ netiis, F. Bonaventura de... F. Philippus de .... Fr. Lan-
„ franchinus de Cremona, Fr. Joachinus Fratr. Carmelorum,
„ & de voluntate Dominorum Presb. Joannis de Corbellis
„ Plebani S. Margaritæ (*e*) de Venetiis, Presb. Benvenuti
„ Siacco, Presb. Franciſci Civrani, Presb. Marci Gretii,
„ Presb. Jacobi Biaſioli Diaconi, Ruberti Subdiaconi, Homo-
„ boni Thucelli, & Franciſcus Clerici, qui faciunt Capitu-
„ lum Eccleſiæ S. Margheritæ de Venetiis Diœceſis Caſtella-
„ næ, & præſentibus Dom. Thoma Civrano S. Margaritæ,
„ Almorò Pago S. Pantaleonis, Mario Civrano S. Margari-
„ tæ, Presbytero Petro Foſcareno Plebano S. Pauli (*f*) Presb.
„ Laurentio de Madio S. Pauli, Marco Auguſtino S. Raphae-
„ lis, Blaſio Valentia S. Raphaelis, Jacobus Venerio S. Ra-
„ phaelis, Nicoletto Boccarolle S. Barnabæ, Joann. de Plubis
„ S. Barnabæ, & omnes de Venetiis, & multis aliis ad hoc
„ vocatis & rogatis; Ibique F. Joannes della Rocca Vicarius
„ Generalis totius Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelorum
„ volens evitare, & evitari facere omnes queſtiones, & Zi-
„ zanias ortas, & quæ oriri poſſent, & ad hoc ne dictæ que-
„ ſtiones ulterius procedant per Priorem, Fratres, & Con-
„ ventus Sanctæ Mariæ de Carmelo de Venetiis ex una par-
„ te, & D. D. Joannes de Corbelis Plebanus Presb. & Capi-
„ tulum Eccleſiæ S. Margheritæ, ex altera ratione quorum-
„ dam pactorum non obſervatorum, modo ad præſens per
„ Priorem, & Fratres Conventus Sanctæ Mariæ de Carme-
„ lis D. D. Plebano, Presbyteris, & Capitulo Eccleſiæ S. Mar-
„ garitæ, ut per pactum obſervare tenebantur, ideo ſupradi-
„ ctus D. F. Joannes della Rocca Vicarius Generalis totius
„ Ordinis Carmelorum præcepit, & mandavit D. F. Marco
„ Morello Priori ſupradicti Conventus cum omnibus Patri-
„ bus, & Fratribus ipſius Conventus ibi in Capitulo exiſten-
„ tibus S. Mariæ de Carmelis, quod deinceps ſub virtute
„ ſanctæ obedientiæ, & effectualiter adimplerent omnia pa-
„ cta, atque conventiones olim ædificationis (*g*) Sanctæ Ec-
„ cle-

„ cleſiæ Sanctæ Mariæ de Carmelis de Venetiis inita, atque
„ facta inter Priorem & Fratres Conventus S. Mariæ de Car-
„ melis de Venetiis ex una parte, & Plebanum Presbyteros
„ & Capitulum S. Margaritæ de Venetiis, Diœceſis Caſtel-
„ lanæ ex alia ſicuti fecerunt, & obſervaverunt continue alii
„ omnes ſui prædeceſſores, & Fratres dicti ſui Conventus
„ ſupradictis Plebanis Presbyteris & Clericis S. Margaritæ de
„ Venetiis, usque ad diem hodiernum in hunc modum, ut
„ iſto Inſtrumento inferius ſcripto manu Bonifacii filii feli-
„ cis Inninciaco de Clux per Ordinem continetur, & cum
„ nihil pernotando, adendo, vel diminuendo, ſed prout in-
„ veni ita ſcripſi, & fideliter exemplavi dictum Inſtrumen-
„ tum ita ſcriptum per Bonifacium Vicia fuit prope Eccleſiam
„ S. Raphaelis de Venetiis.

„ Milleſimo ducenteſimo ſexto (*h*) Indictione quarta deci-
„ ma, die ultimo Menſis Auguſti. Item tenentur ſupradicti
„ Fratres in recognitionem ipſius Parochialis Eccleſiæ totam,
„ & integram oblationem, quam ipſi recipiunt in Feſto B.
„ Margaritæ reſtituere, & omni anno in quo eſt Feſtum B.
„ Margaritæ ipſis Plebano, & Clericis duas libras ceræ, qua-
„ tuor olei exolvere.

„ In Chriſti Nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis
„ milleſimo ducenteſimo octavo Indictione prima (*i*) die Ve-
„ neris exeunte Menſe Madii, Venetiis in Epiſcopali Pala-
„ tio Caſtellano, (*k*) præſentibus D. D. Marco Lombardo
„ Archipresbytero Andrea Cauſono Canon. Caſtell. & aliis
„ multis teſtibus ad hoc vocatis & rogatis.

„ Ibique Religioſus Vir D. F. Petrus de Bononia Ordinis
„ S. Mariæ de Monte Carmelo de Venetiis, Diœceſis Ca-
„ ſtellanæ, Sindicus & Procurator Prioris & Capituli loci ejus-
„ dem, ut publico inde patet Inſtrumento ſcripto manu Presb.
„ Andreæ Mudacio S. Raphaelis ſponte & libere, & non per
„ errorem ſuo judiciario, ſeu Procuratorio nomine prædicto-
„ rum Prioris, & Conventus loci prædicti, præſentibus Ven.
„ Patre D. B. Dei, & Apoſtolica Gratia Epiſcopo Caſtella-
„ no (*l*), nec non Priore ſuo ſupradicto volentibus, & con-
„ ſentientibus, & ſolemniter ſtipulantibus promiſit Diſcreto
„ Viro Marino Civrano Eccleſiæ S. Margaritæ de Venetiis,
„ Caſtellanæ Diœceſis Plebano (*m*) pro ſe, & ſuis ſucceſſori-
„ bus, ac Presbyteris, & Clericis jam dictæ Eccleſiæ S. Mar-

„ gari-

„ garitæ, ſeu eorum Succeſſoribus ſtipulantibus, & recipien-
„ tibus. Si Fratres prædicti Cimiterium (*n*) habere contin-
„ gerint, & aliqui de Parochianis jam dictæ Eccleſiæ S. Mar-
„ garitæ, & in dicto Cimiterio recipere contingerint, conſigna-
„ re, & dare, ſeu conſignari, atque dari facere ipſi Plebano,
„ Presbyteris, & Clericis S. Margaritæ, vel uni eorum, vel
„ ipſorum Nuntio debitæ juſtitiæ medietatem omnium, quæ
„ ipſi prædicti Priores, & Fratres gratia ſepulturæ a prædictis
„ Parochianis eorum receperint, vel habuerint quocunque no-
„ mine cenſeatur ſine lite vel aliqua contradictione prædicto-
„ rum Prioris & Fratrum, ſeu capituli loci prædicti, vel ali-
„ cujus ſuorum promittens ſuo, & Sindicario nomine ac Pro-
„ curatorio prædictorum, quorum Sindicus & Procurator eſt.
„ Item Fr. Petrus Sindicus, & Procurator prædictus, quod ip-
„ ſi D. Marino Plebano prædicto, pro dictis ſuis Succeſſori-
„ ribus Presbyteris & Clericis jamdictæ Eccleſiæ ſuæ, ſeu
„ ſuorum ſucceſſorum ſtipulante & recipiente litem, vel con-
„ troverſiam, aut quæſtionem aliquam prædicta occaſione non
„ inferre, nec inferenti conſentire, ſed prædicta omnia præ-
„ dicto nomine perpetuo firma, & rata habere, tenere, &
„ non contrafacere, vel venire per ſe, vel per alium aliqua
„ ratione, vel cauſa, vel de jure, vel de facto ſub pœna li-
„ brar. quinquaginta denar. Venet. ſtipulatione permiſſa cum
„ refectione damnorum & expenſarum litis & extra, & obli-
„ gatione bonorum loci ejusdem pœna ſoluta, vel non prædi-
„ cta omnia, & ſingula facta perdurent.

„ Renunciando ſuper hoc expreſſe ſuo, & Sindicario nomi-
„ ne prædictorum Prioris, & Fratrum omni exceptioni, & de-
„ fenſioni juris Canonici, & Civilis, doli mali, & ditioni in-
„ debiti, ſive cauſa inferendi, actioni, litteris impetrandis, &
„ impetratis, remediiſque appellationi, & omni alio auxilio,
„ ſcilicet nomine Sindicario, & Procuratorio pro prædictis D.
„ Priore, & Fratribus dicti loci, quorum Sindicus, & Procu-
„ rator eſt competenti, & competituro, & hoc ſupra per pa-
„ ctum remiſit Privilegio, & conceſſione loci contraria non
„ obſtante, & ſpecialiter beneficio reſtitutionis, & Clericali
„ beneficio, quod competit Clericis unquam conveniatur, ni-
„ ſi ſub ſuo Epiſcopo, vel Prælato. (*o*)

„ Actum Venetiis in Capitulo Eccleſiæ S. Mariæ (*p*)... Vene-
„ tiarum præſentibus Teſtibus qui dicebant ſe ipſos cognoſcere....

Le-

Digitized by Google

(*a*) Legendum eſt anno milleſimo tercenteſimo vigeſimo primo. Vox enim hæc poſtrema ſcilicet *primo* ſcripta viſitur in membrana Archivi S. Margaritæ litteris, quæ ex antiquitate fere evanuerunt. At ea lectoris animum attentum, intentumque oculum non fugit. Anno vero 1321. ac menſi Martio convenit Indictio, quæ numeratur IV.

(*b*) Fratres Carmelitæ ævo illo rudiori voce appellabantur *Carmelli* & *Carmellini*. Conſule Ducangii Lexicon mediæ, & infimæ latinitatis a Monachis Pariſienſibus Maurinis auctum.

(*c*) *Johannes de la Rocca Vicarius Generalis totius Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelorum*. Marcus Antonius Alegre in Paradiſo Carmelitici decoris adnotat pag. 282. *Guidonem de Terrena cognomento de Perpiniano, anno* 1318. *electum fuiſſe Priorem Generalem* Ordinis Carmelitici: atque *vix dum tertio ſui Generalatus anno expleto*, Majoricenſibus inſulis ornatum eſſe. Itaque temporis intervallo, quod ante electionem ſucceſſoris Joannis de Alerlo, effluxit, Ordinem regebat Joannes della Rocca, *Vicarii Generalis* titulo, in Tabulis noſtris enunciato. Electum Joannem de Alerlo Priorem Generalem narrat laudatus Auctor *anno* 1321. puta ad Pentecoſtem.

(*d*) Marcus Morellus Prior Conventus S. Mariæ de Carmelis de Venetiis, electus poſtea *Epiſcopus Domocenſis* Venetam ſui Ordinis Eccleſiam conſecravit anno 1348. *Domocus*, ſeu *Dimocus*, & *Dimonicus* Urbs eſt Epiſcopalis in Theſſalia, cujus Epiſcopus Marcus prætermittitur a Lequienio in Oriente Chriſtiano. Adfuit vero anno 1337. conſecrationi Glemonenſis Eccleſiæ in Provincia Forijulii a Bertrando Patriarcha Aquilejenſi peractæ.

(*e*) Ad tollenda diſſidia, quæ Fratres Carmelitas inter, & Clerum Eccleſiæ Parœcialis S. Margaritæ orta fuerant, communi conſenſu juſſum eſt, ut Tabulæ conficerentur, quas modo notis illuſtramus. Parœciam eo tempore regebat Joannes de Corbellis, qui enunciatur Teſtis in Teſtamento anno 1317. rogato per Joannem Pe-

regrinum Presbyterum S. Felicis : ejusdemque mentio ſervatur in Tabulario Eccleſiæ ad annum 1320.

(*f*) Petrus Foſcarenus Plebanus S. Pauli notatur Commiſſarius & Patruus Nicolai Fuſcareni de confinio S. Pauli in ipſius Nicolai teſtamento, quod anno 1318. rogatum fuit per ſupradictum Joannem Peregrinum Presb. S. Felicis. Ejusdem Petri Plebani mentio ingeritur in actis publicis ab anno 1316. ad annum usque 1321.

(*g*) Conventiones indicantur, quæ initæ fuerunt tempore ædificationis prædictæ Eccleſiæ. Conventiones iſtas, & ædificationis tempus exhibent inſtrumenta duo, quæ hiſce Tabulis inſeruntur.

(*h*) *Milleſimo ducenteſimo ſexto*, ita repræſentant attritæ litteræ in antiqua membrana. Notam ſcilicet Chronicam, ſi ita legi debeat, vitiavit oſcitantia Notarii, qui hæc inſtrumenta inſeruit. Annus itaque reponi debet *milleſimus ducenteſimus octuageſimus ſextus*: cui alligatur optime Indictio XIV. Verſantibus vetuſtas membranas ſæpe ſæpius occurrunt lapſus hujusmodi. Membranam vetuſtam præ manibus modo habeo, & quidem Authenticam, in qua notatur annus *milleſimus ducenteſimus ſeptimus* pro *milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo*.

(*i*) Anno milleſimo ducenteſimo octavo Indictione prima die Veneris exeunte Menſe Maii. Harum Tabularum, quas illuſtramus, nonnulla feruntur exempla mss. ac typis edita cum anno milleſimo ducenteſimo decimo. Verum ſi membrana attente conſideretur litteras evaneſcentes demonſtrat, quæ annum referunt milleſimum ducenteſimum octavum. Vitium hoc, quo laborat in Chronica nota, illud ipſum eſt, quod in ſuperiore inſtrumento animadvertimus. Annus reponendus eſt milleſimus ducenteſimus octuageſimus octavus, cui convenit Indictio, quæ dicitur prima. Hoc anno littera Dominicalis erat D. C. Hinc in Tabulis optime dictum die Veneris exeunte Menſe Madii: Namque Feria VI. ſeu *Veneris* incidit in diem 28. Maii *exeuntis*.

(*k*) Locus enuntiatur, ubi alterum iſtud Inſtrumentum anno 1288. confectum eſt. Ex Ughello in Caſtellanis Epiſco-

ſcopis addiſcimus Petrum Pinum, qui Venetæ ſeu Caſtellanæ Eccleſiæ præfuit ab anno 1235. ad annum usque 1255. *Epiſcopale ſubſtruxiſſe Palatium*. Hinc ibidem inſtrumentum affertur anno 1242. *Actum in Caſtello in Epiſcopali Palatio*.

(*l*) Epiſcopus Caſtellanus, cujus nomen a littera B. incipit, procul dubio eſt Bartholomæus Quirinus, hujus nominis Primus, qui Sedem Caſtellanam tenuit ab anno 1274. ad annum usque 1291. Rem animadverſione dignam affert Venetus Ughelli adnotator in Ital. Sac. Venet. Edit. Tom. v. col. 1271. Ipſum nempe Bartholomæum Epiſcopum *in ſuo Teſtamento legaſſe Fr. Jordano Capellano ſuo libras* 10. *&* *ſol.* 10. *groſſorum Fr. Jacobo Converſo Ord. Carmelitarum, qui cum eo morabantur*. Ex quo conjicere licet, ipſum Bartholomæum Epiſcopum operam ſuam contuliſſe ut Fratres Carmelitæ, quos diligebat, domicilium, & Eccleſiam haberent Venetiis, eisque pacifice potirentur.

(*m*) Marinum Civranum Plebanum circa ea tempora rexiſſe Parœciam S. Margaritæ, teſtantur publica acta ab ipſo, qui Notarius erât, confecta annis 1287. 1289. 1290. Immo in Codice ſæpius memorato Publicorum legitur Marinus Civranus Plebanus S. Margheritæ, & Notarius ipſo anno 1288. die quinta menſis Maii.

(*n*) Utique poſtea & Cœmeterium habuerunt, quod etiam innoteſcit ex Apoſtolico Julii II. Diplomate anno 1508. die xx. Auguſti, quo Fratribus Carmelitis idem Pontifex indulget, ut in eodem Cœmeterio domus erigere valeant *pro uſu & habitatione illorum, qui eas inhabitare voluiſſent*; ut videre eſt in Bullario Ordinis Tom. I. pag. 440.

(*o*) Hactenus verba Inſtrumenti anno 1288. confecti. Quo anno, patet, Venetiis extitiſſe jam Conventum Carmelitarum, immo etiam anno 1286. Sed hiſce annis cogitatum fuiſſe de Templo erigendo, initasque propterea conventiones cum Eccleſia Parochiali S. Margheritæ.

(*p*) *Actum Venetiis in Capitulo Eccleſiæ Sanctæ Mariæ*. Hæc verba pertinent ad Tabulas anno 1321. confectas. In

Digitized by Google

aliquibus exemplaribus mſs. & typis etiam editis ita legitur: *In Capitulo Eccleſiæ S. Margbaritæ*, quod aperte repugnat veritati, & eſt contra fidem exemplaris membranæ, & contra fidem alterius exempli, quod extat in Tabulario Nuncii Apoſtolici apud S. Franciſcum a Vinea: in his verba habentur, *in Capitulo Eccleſiæ S. Mariæ*: tum lacuna apparet, his utique verbis explenda *Fratrum Carmelorum*, ſeu *de Carmelis*: quibus adde, *de Venetiis*, ut in Membrana. Finis nempe Tabularum conſonat initio.

Erectam titulo Deiparæ in Cœlum Aſſumptæ Eccleſiam (quocunque tandem tempore ædificata fuerit,) Nicolaus IV. indulgentiarum muneribus decoravit, viſitantibus etenim ipſam Eccleſiam *in feſto Annunciationis B. M. V. & per octo dies feſtum ipſum immediate ſequentes* anni unius & XL. dierum remiſſionem indulſit, dato apud Urbem Veterem diplomate die XIII. Decembris anno Dominicæ Incarnat. MCCXC. ut videre eſt in Bullario Ordinis Tom. I. pag. 526. Interea paucis ab ædificato Templo tranſactis annis (ſequitur Mondinus in Libello) erectum fuit Venetiis illuſtre Sodalitium mulierum ſacra Carmelitici ſcapularis inſignia (Abitino vocant) geſtantium, quarum univerſitatem Gerardus Carmelitarum Prior Generalis, anno MCCC. Venetiis degens in omnibus miſſis, & piis operibus, quæ per Fratres Ordinis operari ſolent, participem perpetuis temporibus eſſe declaravit.

„ Dominabus & Sororibus dictæ Scolæ, & Congregationis „ S. Mariæ de Monte Carmelo, in Chriſto Jeſu ſupradilectis „ Venetiis exiſtentibus Frater Gerardus Fratrum Ordinis præ„ libati Prior Generalis, & ſervus ſalutem, & Benedictæ Vir„ ginis interventu conjungi cœtui Spirituum Beatorum. Viden„ tes, quod omnem ſolicitudinem veſtram applicatis in Jeſum „ Chriſtum Salvatorem noſtrum, cui eſt cura de omnibus „ prout devote laudes, & obſequia ſedula, quæ Matri ejus „ Virgini glorioſæ impenditis, manifeſtantur, docet nos, quo„ rum Religio præfatæ Virginis Benedictæ titulo ſpecialiter „ inſignitur, dare operam, qua poſſitis inchoatam devotionem „ ſalubriter & feliciter conſumare. Quare vos univerſas, & „ ſingulas, ac etiam eas, quæ in poſterum ſe veſtro conſortio

„ Cœ-

„ Cœlitus illuſtratæ conjunxerint, in omnibus Miſſis, Orationibus, Vigiliis, Jejuniis, laboribus, cæteriſque bonis omnibus, & beneficiis univerſis, quæ per Fratres Ordinis noſtri ubique terrarum dignabitur miſericorditer operari clementia Salvatoris, præſentialiter, & poſt vitam perpetuo facimus participes, adjicientes nihilominus, & ex ſpeciali gratia concedentes, Ut cum in noſtro Generali Capitulo, habituro veſtrarum memoria fuerit recitata; idem pro vobis fiat, quoad univerſa, & ſingula, quod pro defunctis Fratribus Ordinis noſtri ibidem communiter fieri ſolet.

„ Datum Venetiis anno Domini MCCC. in octava Apoſtolorum Petri & Pauli.

Eadem ferme Privilegia anno MCCCXVIII. die XXI. Septembris conceſſit Sodalitio huic Ambroſius de Mancalo Provincialis, Prior Lombardiæ, quæ Provincia univerſas Venetæ ditionis domus, tamdiu ſub poteſtate retinuit, donec interveniente Apoſtolico mandato Guillelmus Epiſcopus Oſtienſis S. R. E. Cardinalis Rothomagenſis nuncupatus, Carmelitici Ordinis Protector, atque Chriſtophorus Martignonus Carmelitarum Prior Generalis, anno MCCCCLXXIII. die IX. Martii Provinciam Lombardiæ Bononienſem appellatam in duas Provincias diviſerunt, quarum una, Veneta poſtea dicta, Monaſterium B. M. V. de Monte Carmelo Venetiarum, inter cætera ſibi aſſignata Cœnobia, recepit.

Ex eo Sodalitio originem inde traxiſſe Sorores, quas Beghinas ſeu Mantellatas vocant (Venetis Pizzochere dei Carmini) aſſerit Mondinus, quæ ſparſim per domos diu vixerunt, donec anno MIID. in commune hoſpitium, quod ſibi ex pia Aloyſii Vielmi donatione provenerat, ſeſe receperunt, quo in loco nomine Beatæ Mariæ de Spe inſignito in orationibus, & virtutum jugi exercitio viventes, decennio a ſui inſtitutione nondum evoluto, Apoſtolicam facultatem impetrarunt, ut in altari (quod olim ſupralaudati Sodalitii erat,) unam tantum miſſam *per quemcumque Sacerdotem idoneum celebrari facere & tempore neceſſitatis ab eodem Sacerdote eccleſiaſtica Sacramenta recipere libere, & licite* valerent. Pontificiæ Julii II. litteræ, quibus ejuſmodi facultas conceſſa fuit, referuntur in Bullario Ordinis Tom. I. pag. 441.

Conſecrationis munus Eccleſiæ huic contulit anno MCCCXLVIII. die

die vii Aprilis Marcus Morello e Priore hujus Cœnobii Epiſcopus Domocenſis, cujus ſolemnitatis per ſeptem Epiſcopos peractæ memoriam exhibet lapis hiſce verbis exſculptus.

„ Anno Domini M.CCC.XLVIII. Indicione ſexta. decima. „ die. ſexta. Aprilis. conſecrata. fuit. iſta. Eccleſia. per „ Reverendum Patrem Dominum Fratrem Marchum Morelo „ Epiſcopum Domocenſem ordinis Carmeli & ſex alios Epiſcopos tempore Prioratus Fr. Catharini de Veneciis. “ In hac epigraphe indictio XVI. ſumitur pro Indictione I.

Quatuordecim ex ſelectis marmoribus exſurgunt in hoc Templo altaria, quæ inter, & magnificentia, & religione illud eſt præclarius, quod B. Mariæ Virgini de Monte Carmelo dedicatum eſt, ubi ipſius Deiparæ imago colitur antiquo cultu, & jugi populorum veneratione celebris, ad quam omni ratione fovendam Patriarchali Joannis Theupoli Decreto interveniente, ablatum eſt anno MDCXXVI. ſericum Velum, quod olim ante ipſam Virginis imaginem in reverentiæ teſtimonium appoſitum fuerat.

„ Die Veneris XXIII. Octobris MDCXXVI. In Patriarchali Pa„ latio. Coram Illuſtriſs. & Reverendiſs. in Chriſto Patre, „ & D. D. Joanne Teupolo miſeratione Divina Patriarcha Ve„ netiarum, Dalmatiæque Primate comparuerunt Ad. R. P. „ Franciſcus Rizzerius Prior, nec non Ad. R. P. Mag. Leonardus „ Priolus Procurator Venerandi Monaſterii S. Mariæ Carme„ litarum una cum Gaſtaldione Scholæ S. Mariæ habitus Car„ melitarum ſitæ in eadem Eccleſia, & quo fieri potuerunt „ meliori modo inſteterunt Velum alias ante Imaginem Al„ taris Beatiſſimæ Virginis appoſitum elevari ad effectum, ut „ libere ab omnibus Chriſtifidelibus videatur, & ut antea „ veneretur omni meliori modo &c. qui Illuſtriſſimus, & Re„ verendiſſimus D. Patriarcha viſis, & auditis præmiſſis con„ ſideratisque omnibus rite conſiderandis mandavit, præfa„ ctum Velum elevari ad effectum prædictum omni modo „ meliori &c.

„ Joannes Teupolus Patriarcha Venetiarum.

Ea autem, quæ in Decreto enuntiatur *Schola S. Mariæ habitus Carmelitarum* in Eccleſia hac ſita, longe diverſa eſt ab antiquo ſuperius enuntiato Sodalitio, cujus altare, ut ſupra innuimus, in Sororum Mantellatarum jura pertranſiit. Hujus ori-

Digitized by Google

origo, ut ex pergameno codice (vulgo matricula) addiſcimus, ad recentiora tempora aſſignatur, ſiquidem anno MDVIC. erectum Sodalitium, anno inſequenti Xviralis Conſilii decreto confirmatum fuit. Brevi temporis ſpatio ſodalitium adeo ex piorum eleemoſynis divitiis auctum fuit, ut anno MDIC. Confratres hoſpitii exordia diſpoſuerint, in quod ſe ad Divina officia peragenda colligerent. Gemini proſpectus ex marmore, & interior ſtructuræ elegantia locum hunc inter celebriora Urbis ædificia conſtituunt.

Spirituale decus Templi ex divorum lipſanis augetur, quorum Indicem ex ſæpecitato Mondini libello exhibeo, cum nulla præterea ad ipſarum identitatem comprobandam ſuppetant monumenta.

Caput S. Ulderici Epiſcopi & Confeſſoris.

Cranium, quod unius ex ſociis S. Urſulæ Virgin. Martyr. eſſe dicitur, & Cordulæ nomine connotatur: Cum vero non unum colatur in Urbe Veneta caput, quod Cordulæ Virginis eſſe dicitur; jure dubitandum eſt, hiſce reliquiis, quæ ad Divæ Virginis comitatum pertinent, Cordulæ nomen, utpote in Martyrologio Romano nominatim expreſſum, ex inconſiderata devotione affixum fuiſſe.

Coxa S. Eliſei Prophetæ, cui adnexa eſt pergamena ſcheda antiquis caracteribus hæc exhibens:

„ 1326. 26. Martii. Hæc reliquia Beati Eliſei Prophetæ
„ fuit portata de Ravenna per quemdam Mercatorem de Ve-
„ netiis, qui vocatur Bonaventura Barletta de Contrata S.
„ Gervaſii, quæ contradita fuit Fratri Marco Morello Priori
„ Veneto Fratrum Ordinis Beatiſſimæ Mariæ de Monte Car-
„ meli.

Dens S. Luciæ Virg. Mart.

Os magnum & integrum S. Simonis Stok Carmelitæ Confeſſoris, quod ex Burdigalenſi Urbe eductum, & authenticis litteris munitum Eccleſiæ huic anno MDCXXI. die XI. Septembris dono miſit Gregorius Canalis totius Ordinis Carmelitarum Prior Generalis.

Multa item Sanctorum fragmenta, & plurima Sanctorum Martyrum oſſa e cryptis Romanis educta.

Circumciſionem Dominicam in tabulam aræ, huic miſterio ſacræ, repræſentavit Tinctoretus, alterius vero aræ tabulam, in

in qua Diva Marina Virgo aliique Sancti conſpiciuntur, depinxit Palma, qui & Chriſtum Dominum panem piſcesque multiplicantem expreſſit.

Jacet in hac Eccleſia tumulatus Jacobus Fuſcarenus, de quo verba dedimus ad Eccleſiam S. Raphaelis. Ejus mauſoleum, majorem januam, ubi aditus aperitur ad aream, magnifice exornat, eique inſcriptum eſt elogium hoc.

D. O. M.

„ Jacobo Foſcareno D. Marci Procuratori ob civilem ſa-
„ pientiam, rei militaris ſcientiam & magnam animi celſita-
„ tem univerſus Venetorum conſenſus in gravioribus Reip.
„ negotiis Primas ſemper detulit partes. Hinc ad maximos
„ Europæ Principes legatus miſſus Fidei, & Eloquentiæ, ad
„ Illyricos fines tuendos electus Vigilantiæ & fortitudinis, bis
„ maritimæ claſſis Imperator dictus providi & excelſi animi
„ Cretæ Inſulæ proviſor rectius Dictator factus ſtudii, & ſa-
„ pientiæ ſemper, & ubique Domi, foris, pace, bello, To-
„ gatus, Armatus Juſtitiæ, prudentiæ, pietatis, & virtutum
„ omnium egregium exemplar ſe ſe exhibuit. Tot igitur,
„ tantisque encomiis clarus Cœlum petiit anno 1602. Jo. Ba-
„ ptiſta Fil. D. Marci Procurator. ad paternæ Gloriæ metam
„ propius aſpirans Poſterorum incitamento P.

Habet & Monaſterium quoque ſua decora, quæ tum ex illuſtribus mox recenſendis ipſius alumnis proveniunt, tum ex ſolemni Generalium Comitiorum celebratione, quæ anno MDXXIV. in feſto Pentecoſtes ibidem coacta fuerunt, in quibus Nicolaus Audet Generalis totius Ordinis Prior enuntiatus fuit. Ipſi ad regimen religionis aſſumpto, & deffinitoribus in Capitulo Generali adhuc manentibus per Apoſtolicas litteras mandavit Clemens VII. ut ad reformationem univerſalem Carmelitici Ordinis, tam quoad mores, quam quoad reliqua ejusdem Ordinis inſtituta procederent. Hæc fuſius exarata leguntur in Bullario Ordinis Tom. II. pag. 6. 8. 10.

Marcum Morellum hujus Cœnobii Priorem, mox Epiſcopum Domocenſem jam ſuperius, ubi de Conſecratione Eccleſiæ actum eſt, & in nota 4. memoravimus.

Thomam Contarenum, & Jacobum Zeno Epiſcopos tacito Eccle-

Eccleſiarum titulo, quibus præfuerunt, recenſet in ſuperius citato Libello Mondinus.

Nicolaum Epiſcopum Scarpatenſem Ordini Carmelitarum attribuit Mondinus, cujus & emortualem epigraphen habemus in collectione ms. ſepulcralium inſcriptionum, quas e (LX.) Templis Venetis collegit Joannes Georgius Palferus Germanus. Ea autem eſt

„ Hic eſt ſepultus Venerabilis P. D. D. Frater Nicolaus Sor-
„ bolus de Venetiis Ordinis B. M. de Monte Carmelo Epi-
„ ſcopus Scarpantenſis, qui obiit anno D. M.CCCLXVIII. Die xxv. M. Septembris.

Primum lapidem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Servorum anno MCCCXVIIII. a Nicolao Scarpatenſi Epiſcopo benedictum fuiſſe, jam diximus Operis hujus Tom. II. pag. 75, ubi & ex gemino documento ipſum Heremitarum inſtituto nomen dediſſe probavimus. Itaque gemini ſunt ſtatuendi Nicolai, qui Epiſcopali Scarpatenſi titulo decorati fuerunt, quorum alter ex Heremitarum Ordine anno 1318. Venetum Templum conſecraverit, alter ex Carmelitarum cœtu anno 1368. obierit; Favet & temporum circumſtantia: nam Conſecratio Eccleſiæ diſtat ab emortuali tempore per L. & amplius annos.

Joannes Magnus Epiſcopus Equilinus inter Antiſtites ex Ordine Carmelitico aſſumptos recenſetur a Mondino, eo quia in hoc Templo humatus fuerit, cum vero nec in ſepulcrali elogio, nec in ullo documento vel inſtitutum Carmeliticum, vel vox *Frater* inveniatur, quæ Epiſcopis aliquem Ordinem regularem profeſſis affigi etiam eo tempore ſolebat, Clericali potius militiæ nomen dediſſe putarem. Hæc eſt ſepulchri inſcriptio:

„ Hic jacet Venerabilis Pater D. Joannes Magno D. G.
„ Epiſcopus Equilinus, qui obiit in MCCCXXI. die XII. Septem-
„ bris indictione quarta Orate Dominum pro eo.

Jacobus Venetus Epiſcopus Evellonenſis, qui obiit anno MCCCXLV. ut ſignat emortualis epigraphe.

„ Hic eſt ſepultus Venerabilis Pater & D. D. Frater Jaco-
„ bus de Venetiis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo
„ Epiſcopus Evelonenſis, qui obiit anno Domini MCCCXLV.
„ die penultimo Octobris.

Marcum Contarenum Archiepiſcopum Corcyrenſem Car-

Digitized by Google

melitarum cœtui adſcriptum, & in hac Eccleſia tumulatum fuiſſe anno Mcccx. aſſerit Mondinus.

Bonifacius Epiſcopus Venecopolenſis, ſeu Venecopenſis Ordinis Carmelitarum in hac Eccleſia tumulatus.

„ Hic jacet Venerabilis Pater D. D. Bonifacius Ordinis B.
„ M. de Monte Carmelo Epiſcopus Venecopenſis, qui obiit
„ anno Domini Mccclxxiv. xxvi. die M. Aprilis.

Joannes Lombardo Epiſcopus Parentinus, de quo Ughell. & adnotator Ughel. Ital. Sac. Tom. V. col. 409.

Alios quoque ex hoc Monaſterio prodiiſſe illuſtres viros enuntiat Mondinus; Natalem nempe Epiſcopum Nonenſem, ad annum Mccccl.xviii. Laurentium Lauretum Epiſcopum Adrienſem; ad annum Mdxciv. Petrum Veſpa Epiſcopum Paphenſem; ad annum Mdcliii. Chriſtophorum, & Dioniſium Abbates Oſtravicenſes, atque Nicolaum Andecium, & Gregorium Canalem Generales totius Ordinis Priores.

DE

Digitized by Google

D E

ECCLESIA PAROCHIALI SANCTÆ MARGARITÆ VIRGINIS & MARTYRIS.

PEtro Tradonico Duce, qui Rempublicam adminiſtrandam ſuſcepit anno DCCCXXXVI, Genianus Buſignacus Venetus Eccleſiam Sanctæ Margaritæ Virginis & Martyris ære ſuo ædificari curavit, ita Dandulus in Chron. lib. VIII. cap. IV. par. XXVIII. *Maurus Epiſcopus* (Olivolenſis) *natione Venetus ex Patre Geniano Buſignaco, ſedit annis* X. *Hic Genianus Eccleſiam S. Margaritæ devote conſtruxit*. Dandulo concordat Anonymus Chronologus, quem ſæculo XIII. floruiſſe ſæpe ſæpius dixi: *Genio Buſignaci, quæ Geniani appellantur, ipſi Eccleſiam fecerunt ad honorem Sanctæ Margaritæ Virginis*. Eccleſiam a Patre olim erectam a Filio in Epiſcopali dignitate conſtituto conſecratam fuiſſe, tradit Ughellus Ital. Sacr. Tom. V. col. 1196. " Mauritius, quem Maurum
„ vocat Dandulus, natione Venetus, ſucceſſit Urſo anno 853.
„ Vixit in ea dignitate ann. 10. Eccleſiam S. Margaritæ a Ger-

Digitized by Google

„ mano patre conſtructam dedicavit". Ex quo autem authore conſecrationis memoriam, & virorum nomina, quæ a Dandulo diverſa ſtatuit, vir laudatiſſimus eruerit, mihi incompertum; in Eccleſiæ enim archivo nulla de conſecratione ipſius traditio, nullum ſuppetit documentum præter immemorabilem conſuetudinem, qua, anniverſaria dedicationis feſta dies, dum antiqua ſtaret Eccleſia, ad diem XXVI. Martii ritu ſolemni celebrari conſuetum erat. In Fundatoris nomine, & patria diſcrepat, & fundationis meritum a nonnullis ſcriptoribus Mauro Epiſcopo adſcribi aſſerit Angelus Maria Venetus, Canonicus Regularis Sancti Salvatoris in ſuis Collectaneis de Epiſcopis & Patriarchis Venetis, prout affert Ughelli corrector in ſuis additionibus loco citato. " Maurus Epiſcopus ſextus Venetus natione na„ tus in Rivoalto, ex Patre Vicentio Patavino ſedit in Epi„ ſcopatu an. x. cum dimidio. Cujus pater Eccleſiam S. Mar„ garitæ devote conſtruxit. Aliqui tamen tenent, quod ipſe „ Eccleſiam prædictam ædificaverit, non ejus Pater. Fuit om„ nino piiſſimus atque ſanctiſſimus". Authori autem minime accurato, cujus opus innumeris erroribus ſcatet, & fabulis, dum diverſa a Dandulo ſcribit, nihil omnino cenſeo, eſſe deferendum. Addit hic Marinus Sanutus in Chronico, Maurum, antequam Olivolenſi Sedi præficeretur, Paræciam hanc Plebanum adminiſtraſſe. Veterem Eccleſiam, quam anno Urbis circiter CCCC. conditam aſſerit, ita deſcribit Sabellicus in ſuo de ſitu Urbis opuſculo, dum per primam regionem diſcurrit: *Divi* Barnabæ *veſtibulum recta ducit ad lapideum pontem: unde per obliquas ſemitas ad Margaritam panditur acceſſus, Mauri Antiſtitis opus; & ipſum mirandæ vetuſtatis, utpote anno Urbis circiter* CCCC. *conditum: aurea illi teſtudo cum columnis quatuor porfiritæ lapidis: aut certe illi perquam ſimilis: vaſtus ad meridiem inde ſpatiatur campus per quem ad Carmelitas itur*. Ea vero miranda vetuſtas, qua conſpicua erat Eccleſia, cum in dies nova contraheret imminentis ruinæ pericula, in cauſa fuit, ut anno MDCXLVII. piorum corrogato ære in ornatiorem formam a fundamentis Eccleſia reſtitueretur.

Templum ſacra Divæ Virginis Titularis maxilla decoratur, quæ in ſolemni ipſius Virginis Natalitia, die frequentis populi venerationi exponitur: ornatur quoque duobus manu Tincto-

Digitized by Google

ctoreti depictis tabulis, quæ Chriſtum Dominum in ultimæ Paſchæ cœna diſcumbentem, & Apoſtolorum pedes lavantem repræſentant.

Apud hanc etiam Eccleſiam aliquando habitaſſe mulierem recluſam ex iis, de quibus diſſeruimus Operis hujus Tom. II. pag. 201. & Tom. V. pag. 243. manifeſte patet ex inſtrumento conceſſionis anno MCCCXXX. die IX. Novembris confecto, quo Angelus Delphinus Epiſcopus Caſtellanus facultatem indulſit extruendi Heremitorium apud hujus Eccleſiæ S. Margaritæ ſacrarium, ut in eo mulier quædam Biſina nomine recluderetur (A). Ex eo Epiſcopali Diplomate inſtruimur eas mulieres, quæ prope Parochiales Eccleſias habitationem ſibi deligebant vere fuiſſe recluſas, ſiquidem in anguſtis domunculis *habitare* debebant *perſonaliter*, *& ſtare continue in vita ſua*, atque ideo apud Eccleſias morabantur, ut ex anguſta feneſtra Eccleſiam reſpiciente ſacris miſteriis intereſſe valerent. Num autem facultas Biſinæ indulta exeundi ſemel in anno nocturnis horis, *ut ad Eccleſiam S. Marci ad veniam recipiendam* ſe conferret, aliis quoque hujuſmodi recluſis concederetur, mihi incompertum.

Series Plebanorum Eccleſiæ S. Margaritæ.

853 Maurus, ex Patritia Familia Buſignaco, quæ poſtea *Buſnago* vocata fuit, Geniani Fundatoris filius electus anno 853. Epiſcopus Olivolenſis. Ex Chron. Marini Sanuto.

1152 Leonardus Pleb. S. Margaritæ. Ex ſententia Henrici Danduli Patriar. Gradenſ.

1233 Henricus Taleapetra Archipresb. Congr. S. Lucæ. Ex Arch. Cleri Congregationum.

1287 Marinus Civranus Not. Ex Codice Publicor.

1317 Joannes de Corbellis. Controverſiam habuit adverſus Joannem della Rocca Vicar. Generalem Fratrum Carmelitarum pro juribus ſuæ Eccleſiæ. Ex Cat. Eccl.

1343 Homobonus de Gabrielis. Ex ipſius Teſtam.

1354 Marcus Rana Can. Gradenſ. Ex rog. Ludovici Falconis Pleb. S. Stephani & Not.

1370

Digitized by Google

1370 Nicolaus Sajabianca Not. ex Inſtrum. donationis Crucis S. Jo. Evang.

1389 Simeon. Ex rog. Franciſci de Galvanis Pleb. S. Raphaelis & Not.

1404 Antonius Balbi. Ex Cat. Eccleſiæ.

1417 Antonius Baffo Not. tranſiit ad Plebanatum S. Pauli Ex Cat. Eccl.

1442 Eraſmus Zonello Archipresb. Cong. S. Mar. Matr. Domini. Ex Cat. Cleri Cong.

1455 Andreas Davanzago Not. fuit primum Pleb. S. Euphemie de Judaica, mox S. Mar. Novæ, & deinde Sanctæ Margharitæ, Archipresb. Cong. S. Mar. Matr. Domini, & Can. Duc. obiit 1462.

1462 Amadeus Cornario obiit 1487. xvii. Aug.

1487 Fidentius Fotto obiit 1540. M. V. 12. Feb.

1540 M. V. 18. Febr. Hieronymus Zuccognano Archip. Cong. S. Pauli. Ex Cat. Cleri Cong. ob. 14. Febr. 1584. M. V.

1584 M. V. Franciſcus Canaſſi ob. 1595.

1595 Laurentius de Matthæis ob. 1603. 3. Nov.

1603 Paulus de Garzaruolis ob. Kal. Dec. 1610.

1610 Laurentius Moretto Archiep. Cong. S. Lucæ, Can. Duc. ob. 1641. M. V.

1641 M. V. Dominicus Rapaccinus ob. 27. Octob. 1661.

1661 Auguſtinus Pepoli ob. Kal. Nov. 1670.

1670 Hieronymus de Barberiis Can. Duc. ob. Kal. Februarii 1692. M. V.

1692 M. V. 6. Febr. Jo. Maria Maurus obiit 2. Jan. 1724 M. V.

1724 M. V. Jo. M. Maurus J.U.D. anteceſſoris Nepos ob. 19. Octob. 1731.

1731 23. Octob. Bernardus Bolla. Obiit 8. Dec. 1746.

1746 12. Dec. Antonius Poli Canonicus Ducalis.

Ange-

Digitized by Google

Angelus Delphino Epiſcopus Caſtellanus facultatem indulget extruendi Eremitorium prope Sacrarium Eccleſiæ S. Margaritæ, ut in eo recludatur, toto vitæ ſuæ tempore permanſura, Biſina Vendrami filia.

A 1330. 9. Februarii.

Ex Autographo in Archivo Eccleſiæ S. Margaritæ.

IN Chriſti nomine Amen. Anno ejuſdem Nativitatis milleſimo trecenteſimo trigeſimo Indicione tertiadecima die nono menſis Novembris Venetiis in Epiſcopali palatio & anticamera Venerabilis Patris & domini D. Angeli Delphyno dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Caſtellani. Preſentibus Rev. Viris dominis Acurſio Præpoſito Piſtorienſi dicti domini Epiſcopi Vicario, Franciſco Delphyno Canonico Eccleſiæ Caſtellanæ & Presbytero Nicolao Sancti Pantaleonis Dioceſis Caſtellanæ, & aliis teſtibus rogatis. Coram dicto Rev. Patre & domino D. Epiſcopo Caſtellano Comparens Presb. Blaxius de Zeno Eccleſiæ S. Margaritæ de Venetiis Caſtellanæ Dioceſis Procurator & Sindicus Plebani, Presbyterorum, & intitulatorum, ac capituli Eccleſiæ S. Margaritæ ſupradictæ, ut de mandato evidenter patebat per publicum inſtrumentum, quod inferius denoratur, & ad infraſcripta ſpecialiter conſtitutus, reverenter expoſuit, quod Plebanus, Presbyteri & intitulati dictæ Eccleſiæ S. Margaritæ certos tractatus habuerat cum domina Biſina filia Magiſtri Vendrami contratæ S. Euſtachii de Venetiis ſuper modo forma, qualitatibus, convencionibus, & pactis pro edificatione & conſtructione cujuſdam heremi de muro, & in ſolario ſuper & in territorio dictæ Eccleſiæ S. Margaritæ apud Secretarium (*a*) per ipſam dominam Beſinam, ſive ejus expenſis fiendi pro habitatione ejuſdem dominæ Beſine in vita ſua, deinde libere remanſuri capitulo Eccleſiæ S. Margaritæ pro habitatione unius Sacerdotis dictæ Eccleſiæ, prout in tractatibus, pactis, & conventionibus habitis inter procuratores dictæ dominæ Beſinæ ex parte una, & ſindicum dicti Capituli ex altera latius continetur ibidem ſuper uno folio ſcriptis dicto domino Epiſcopo oſtenſis, ac eidem domino Epiſcopo humiliter ſupplicavit, ut ſibi nomine capituli antedicti licentiam liberam concedat, ſupradictos tractatus habitos pro conſtructione & hedificatione dicti heremi inter dictas partes cum dicta domina Beſina, vel cum ſuo procuratore, ſtipulandi faciendi, & confirmandi ſuam auctoritatem liberam interponendo. Qui dominus Epiſcopus conſiderans cauſam juſtam, & utriuſque partis evidentem utilitatem, peticionem, & ſupplicationem dicti Presbyteri Blaxii nomine prædicto acceptavit, eidem liberam licentiam concedens, cum dicta domina Beſina ſeu ejus legitimo procuratore pacta, conventiones & promiſſiones pro dicto heremo conſtruendo, edificando, ac inhabitando, & circumſtantiis ejuſdem faciendi, firmandi, & ſtipulandi, & auctoritatem ſuam & nunc, & decretum interpoſuit omnibus & ſingulis ſupradictis & ſuper predictis faciendis.

Tenor

(*a*) Secretarium vox antiquitus in maximo uſu habita idem eſt ac Sacrarium, Italice *Sacriſtia*.

Tenor Procuratorii Capituli Eccleſiæ S. Margaritæ.

In Chriſti Nomine Amen. Anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo Indictione tertiadecima die vigeſimo quinto menſis octubris in Sacrario Eccleſiæ S. Margaritæ Caſtell. Dioc. Venet. Preſentibus domino Presb. Johane de Marchia ſ. Nicolao de Vonigo, & ſ. Nicoleto Condulmerio omnibus de contrata S. Margaritæ & aliis. Congregato Capitulo Eccleſiæ S. Margarite more ſolito & loco debito deputato per Rev. Virum dominum Presb. Johannem de Corbellis Plebanum dicte Eccleſiæ S. Margarite, in quo capitulo interfuerunt prefatus dominus Plebanus & domini Presbyteri Jacobus de Cipriano, Marcus Guezo, & Homobonus Franciſcus Triviſanus Diac. Bertucius Pandino Subdiac. Marcus Rana, Nicolaus de Corbellis, & Johannes de Vandullo Clerici dictæ Eccleſiæ S. Margaritæ, domino Presb. Benevenuto Siaco ejusdem Eccleſiæ abſente, tamen ad capitulum legitime citato, nolente adeſſe nec contradicere, nec conſentire predictis, omnes predicti Presbyteri, Diaconus, Subdiaconus, & Clerici dictæ Eccleſiæ S. Margaritæ, qui omnes faciunt totum capitulum, excepto dicto Presb. Benevenuto Siaco, una & ſimul cum dicto domino Plebano, & ipſe domini Plebanus cum voluntate predictorum ſuorum Presbyterorum Diac. Subdiac. & Clericorum unanimiter & concorditer & per se, tamquam ipſius Eccleſiæ Univerſum capitulum, fecerunt, & conſtituerunt Presb. Blaxium de Zeno dictæ Eccleſiæ S. Margaritæ preſentem, & hoc mandatum ſponte ſuſcipientem, ſuum & dicti capituli verum nuncium, & procuratorem, actorem, & generalem atque ſpecialem Sindicum & factorem, & ſpecialiter ad comparendum coram Ven. in Chriſto Patre & domino D. Angelo Delphino dei gratia Epiſcopo Caſtellano, & ſibi ſupplicandum, quatenus de gratia ſpeciali dignetur ſuum conſenſum, & liberam voluntatem, atque auctoritatem expreſſam imponere cuidam conventioni, & tractatibus habitis inter illos de dicto capitulo ex parte una, & dominam Beſinam filiam ſ. Vendrami Cerdonis de Contrata S. Heuſtachii ex altera parte, ſuper conſtructione & hedificatione cujusdam heremitorii conſtruendi ſuper terreno dictæ Eccleſiæ ſpectante & pertinente ad ipſum capitulum & Eccleſiam predictam per dictam dominam Beſinam ſive ejus expenſis, & habitandi per ipſam dominam in ejus vitam deinde libere relinquendi pro dicto capitulo & ob id pacta obbligationes, promiſſiones, ſtipulationes facere cum pena & ſine pena, & ad ipſam auctoritatem petendum, recipiendum, nec non cum dicta domina Beſina, ſeu ejus procuratore paciſcendi ſuper & de conſtrutione dicti heremitorii, & de ejus longitudine latitudine, & altitudine, & de aliis annexis, connexis, & dependentibus, componendum & promiſſiones faciendum etiam per inſtrumentum ſub pena & penis, & bona dicti capituli cauſa predicta obligandum & generaliter ad omnia & ſingula faciendum, quæ in prædictis, & circa predicta, & predictorum quelibet forent neceſſaria & opportuna, & que ipſimet facere & exercere poſſent, ſi preſentes eſſent, dantes, & concedentes dicto ſuo ſindico liberum mandatum predicta omnia & ſingula faciendi. Promittentes dicto nomine mihi Notario, tanquam publice perſone, ſtipulanti, recipienti nomine & vice cujuslibet adverſæ partis firmum, & ratum perpetuis temporibus habituros quicquid per dictum ſuum procuratorem factum vel qualitercunque procuratum fuerit in præmiſſis & quolibet præmiſſorum, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel cauſa ſub obligatione omnium ſuorum bonorum & ſucceſſorum ſuorum ſeu dicti capituli. Inſuper volentes ſuum dictum

ctum procuratorem relevare ab omni onere ſatiſdationis promiſit judicio ſiſti, & judicatum ſolvi in omnibus ſuis clauſulis ſub ypotecha rerum ſuarum. Ego Donatus q. domini Lugarini Imperiali auctoritate Notarius omnibus his interfui, & rogatus ſs. Tenor relacionis Monicionis facte Presb. Benevenuto S. Margaritæ mihi Bonaventure Notario infraſcripto ſcribæ curiæ Caſtellanæ die decimonono Menſis Novembris milleſimi ſupraſcripti dicta die. Preſentibus Presb. Marco Sanino S. Vitalis, & Presb. Georgio diac. S. Samuelis. Retulit Presbyt. Albertinus Manſionarius S. Petri de Caſtello, nunc juratus curiæ Caſtellanæ, ſe die quarta preſentis menſis mandaſſe ex parte Vicarii dicti domini Epiſcopi Presb. Benevenuto S. Margaritæ, quod ſi vellet aliquod jus oſtendere vel contradicere, ne quodam heremitorium fiat in orto Plebani ſeu Eccleſiæ S. Margaritæ, quod die ſequenti, die quinta dicti menſis coram dicto domino Vicario comparere deberet, & retulit ipſum Presbyterum Benevenutum reſpondiſſe, quod se non intromittebat in dictis factis, & quod omnia dimittebat domino Epiſcopo, & ejus Vicario, & quod omni juri ſuo in facto illo renunciabat.

Tenor Pactorum.

In Chriſti Nomine Amen anno Ejuſdem Nativitatis milleſimo treceteſimo trigeſimo Indictione tertiadecima die vigeſimoprimo Menſis Novembris Venetiis in Epiſcopali Palatio Caſtellano ſuper ſala apud banchum, ubi jus redditur, verſus portam ſale magne ſite ſuper campum Eccleſiæ Caſtellane, preſentibus ſapiente Viro domino Rolandino de Belviſio decrectorum doctore, D. Paulo S. Fantini juris perito, Presbyteris Bartholomæo S. Bartholomæi, Alberto Vido contratæ S. Stephani Confeſſoris, Georgio S. Samuelis Diac. & Petro S. Trinitatis teſtibus rogatis, & aliis. Ibidem Presbyter Blaxius Eccleſiæ S. Margarite ſindicus & ſindicario Plebani, Presbyterorum & intitulatorum, ac capituli Eccleſiæ S. Margarite ex parte una, & Presbyt. Hoctobonus dictæ Eccleſiæ Sanctæ Margaritæ & Domin. Johannes Quirino S. Samuelis procuratores & procuratorio nomine Domine Beſine filiæ magiſtri Vendrami contratæ S. Heuſtachii de Venetiis ex parte altera, ut de procuratore predicto infra patet, habentes ſingulare mandatum ad omnia & ſingula infraſcripta ac liberam licentiam a Vener. in Chriſto Patre D. Angelo Dei gratia Epiſcopo Caſtellano ad tales ſuper conſtruendo de novo quodam Heremo compoſitiones & pacta devenerunt, videlicet quod dictus ſindicus & procurator plebani & intitulatorum, ac capituli Eccleſiæ S. Margaritæ licentiam admodum & liberam facultatem conceſſit procuratoribus dicte domine Biſine ejus nomine recipientibus, faciendi ſeu fieri faciendi unum heremitorium de novo propriis expenſis omnibus & ſingulis ipſius D. Biſine ſuper territorio in orto Eccleſiæ S. Margaritæ juxta ſecretarium ipſius eccleſiæ, quod quidem faciat de muro in ſolario longum tantum quantum eſt predictum ſecretarium, & largum pedes decem, & octo, vel circa. Item dicti procuratores dicte D. Biſine liberam deinceps habeant poteſtatem faciendi unum viatorium (*a*) amplum tribus pedibus ab heremitorio conſtruendo uſque ad cubam majorem dicte Eccleſiæ, & in ipſa cuba facere poſſint unam feneſtram quadratam longam pro qualibet parte uno pede nomine & vice dicte D. Biſine tali pacto, & condictione appoſitis & ſolemni ſtipulatione hinc inde firmatis, quod in dicto Heremitorio contrahendo quam citius commode fieri poteſt per ipſam Domi-

(*a*) Viatorium nempe Meſaula, Italice, Corridoio o ſia ſtanza lunga ad uſo di paſſare.

Digitized by Google

Dominam Biſinam ipſa D. Biſina in eodem debeat habitare perſonaliter, & ſtare continue in vita ſua libere, & quiete ſine contradictione alicujus perſonæ capituli vel univerſitatis & de eodem nullatenus exire nec recedere aliquo modo vel cauſa, ſalvo quod de eo ſe abſentare poſſit, & ipſum exire pro eundo omni anno ſi ipſa voluerit ad Eccleſiam S. Marci hic Venetiis ad veniam recipiendam in feſto Aſcenſionis Domini de nocte tantum. Ita tamen quod in continenti ad idem heremitorium & intra revertatur & permaneat, & non aliter, nec alio modo exire poſſit. Item eo pacto & conditione quod ipſum Heremitorium ſtatim poſt mortem ipſius D. Biſine, ſeu poſt ipſius heremitorii exitum aliter factum per ipſam Dom. quam ſupra contineatur, ac jura dictæ Dom. que in dicto heremo viſa fuerit habuiſſe, libere deveniant in Eccleſiam S. Margarite predicte, & expedite ſine alicujus contradictione & habitatione unius Sacerdotis vel intitulati eccleſiæ predictæ, qui intitulatus per tempora habitans in eodem teneatur dare omni anno, quo habitaverit plebano dictæ Eccleſiæ, qui fuerit per tempora in feſto S. Margarite cenſi nomine groſſos duodecim. Item hoc adito, quod dictus viatorius debeat annichilari poſt mortem vel receſſum dicte Dom. Biſine de dicto heremo. Item hoc ſpecialiter & per pactum expreſſo, quod omni anno dicta Dom. Biſina teneatur donec vixerit ſeu in dicto heremo habitaverit dare, & conſignare rectoribus ipſius Eccleſiæ unum doplerium valoris groſſ. octo in feſto S. Margarite & unum aliud doplerium in feſto S. Victoris Martyris ejuſdem valoris iſta intentione & pacto quod dicta dopleria ardere debeant in miſſis majoribus dicte Eccleſiæ Sanctæ Margaritæ a principio earum uſque ad finem ipſarum que omnia & ſingula ſuprafcripta predicte partes adinvicem ſolemnibus promiſſionibus & ſtipulationibus hinc inde intervenientibus promiſſerunt attendere & obſervare & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel cauſa ſub pena librarum quinquaginta denar. Venet. parvorum proquolibet capitulo non ſervato ac qualibet vice qua aliqua partium contradiceret vel faceret contra predicta vel aliqua predictorum ſolemni ſtipulatione promiſſa que totiens committatur peti & exigi poſſit cum effectu, quotiens contrafactum fuerit rato nihilominus ſemper manente contratu. Et pro predictis plenius obſervandis nominibus quibus ſupra obligaverunt predicte partes omnia bona eorum ſibi invicem quorum ſunt procuratores preſentia & futura. Renuntiantibus omnibus juribus conſtitutionibus & ſtatutis quibus contra predicta vel aliqua predictorum ſe defendere vellent ſeu opponere predictis poſſent vel aliquibus predictorum partes ſuperius ſepius nominatæ.

Tenor Procur. Dom. Biſine.

In Chriſti nomine Amen. Anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo Indicione tertiadecima die duodecimo menſis Novembris intrante ſub porticali Eccleſiæ S. Margarite Caſtell. Dioceſ. Preſentibus Magiſtro Ugucione ſartore de contrata S. Raphaelis Magiſtro Guidone Tupario & Johanne Tupario omnibus de contrata S. Margarite & aliis ibique Dom. Beſina filia magiſtri Vendrami de contrata S. Heuſtachii fecit conſtituit atque ordinavit Presbyt. Homobonum Eccleſiæ S. Margarite & Dom. Johannem Quirinum de confinio S. Samuelis & uterque eorum inſolidum preſentes & hoc mandatum ſponte recipientes ſuos certos nuncios procuratores actores & generales atque ſpeciales ſindicos & factores ſpecialiter ad comparendum coram Vener. in Chriſto Patre & Dom. D. Angelo Delphyno Dei gratia Epiſcopo Caſtellano & ſibi ſupplicandum quatenus de gratia ſpeciali dignetur ſuum conſenſum & liberam

liberam

Digitized by Google

beram voluntatem atque auctoritatem expreſſam interponere cuidam conventioni & contractibus habitis inter illam Dom. Biſinam ex una parte & illos de capitulo Eccleſiæ S. Margaritæ predictæ ex altera parte ſuper conſtructione & hedificatione cujuſdam heremitorii conſtruendi ſuper terreno dicte Eccleſiæ S. Margaritæ ſpectante & pertinente ad ipſum capitulum & Eccleſiam predictam per dictam Dom. Biſinam ſive ejus expenſis & habitandi per ipſam Dom. in ejus vitam deinde libere relinquendi capitulo predicto & ob id pacta obligationes promiſſiones ſtipulationes facere cum pena & ſine pena & ipſam auctoritatem petendum recipiendum, & de conſtructione dicti heremitorii, & de ejus longitudine, latitudine, & altitudine, ac de aliis connexis annexis & dependentibus componendum, & promiſſiones faciendum etiam per inſtrumentum ſub pena & penis & bona dicte Dom. Biſine obligandum & generaliter ad omnia & ſingula faciendum, quæ in predictis, & circa predicta, & predictorum quelibet forent neceſſaria & opportuna, & que ipſamet facere & exercere poſſet ſi preſens eſſet, dans & concedens dictis ſuis procuratoribus liberum mandatum predicta omnia & ſingula faciendi promittens dicto nomine mihi notario tamquam publice perſone ſtipulanti & recipienti nomine & vice cujuslibet adverſe firmum & ratum perpetuis temporibus habiturum quicquid per predictos ſuos procuratores factum vel qualitercumque procuratum fuerit in premiſſis, & quolibet premiſſorum, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel cauſa ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, & quicquid fecerint vel procuraverint dicti procuratores unus ſine altero & quicquid inceperit vel ordinaverit alter poſſit complere & diffinire. Inſuper volens dictos ſuos procuratores, & quemlibet eorum inſolidum relevare ab omni onere ſatisdandi, promiſit judicio ſiſti, & judicatum ſolvi in omnibus ſuis clauſulis ſub ypotecha rerum ſuarum.

Ego Donatus q. Domini Lugarini Imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus interfui, & rogatus ſcripſi.

Ego Bonaventura de Srabaldis Imperiali auctoritate Notarius publicus, & Curiæ Caſtellanæ Scriba ſupraſcripte licentie & compoſitioni pactorum interfui, & hæc rogatus a procuratoribus ſupranominatis cum procuratorum tenore ſcribere ſcripſi.

Digitized by Google

DE MONASTERIO S. MARIÆ GLORIOSÆ

Fratrum Minorum Conventualium.

POST Seraphici viri Divi Franciſci obitum, qui anno MCCXXVI. Aſſiſii ſanctiſſime ad ſuperos evolaverat, nonnulli ipſius inſtituti viri Venetias ſe contulerunt, ut Ordinis Minorum domum in ampliſſima quoque hac Urbe ſtatuerent. Hic tanquam pauperes & peregrini, cum nec pecuniam, nec alia ad vitæ neceſſitatem opportuna poſſiderent, ubicunque ſeſe obtuliſſet occaſio, illic hoſpitabantur, honeſtis laboribus, & pane oſtiatim emendicato victitantes. Aliquando igitur (ut ex antiqua traditione, probatisque auctoribus receptum eſt) ſub porticu S. Silveſtri, aliquando apud Eccleſiam S. Laurentii, aliquando vero in atriis Ducalis Baſilicæ orationibus, aliisque piis officiis intenti diem tranſigebant, donec ad Solis occaſum alicubi in piorum ædes ſe ſe reciperent, ne ſub dio noctes ducere cogerentur. Interea tamen dum in ſumma rerum egeſtate verſantur civitatem ad

omne

Digitized by Google

omne Chriſtianæ pietatis officium, atque virtutem vehementer accendere, tum auſteriſſimæ vitæ exemplis, tum piis hortationibus inſtiterunt. Virorum pietas, & ſeveræ paupertatis obſervantia per urbem vulgatæ tantam eis non populi ſolum, ſed & procerum benevolentiam conciliavit, ut de aſſignando perpetuo domicilio in urbe religioſis hominibus cogitantes, vetuſtam quamdam & vacuam Divæ Mariæ Abbatiam inter confinia S. Thomæ Apoſtoli, & Sancti Stephani Confeſſoris Parœciarum poſitam ipſis ultro concederent. Hanc a Monachis Benedictinis olim excultam habet antiqua traditio, cujus quidem rei teſtimonium eſſe poteſt antiqua Sancti Patris Bene dicti imago, quæ in dextero poſte oſtii, quo ex Eccleſia ad Sacrarium patet aditus, adhuc viſitur; cum vero Sanctiſſimus Monachorum Patriarcha atro appareat indutus cucullo, dubitandum jure eſt, an in eo loco Monachi albi habitaverint, ut refert in ſuo de urbe Veneta libro Sanſovinus, qui ſæpe ſæpius falſa veris admiſcens aſſerit Ædes haſce a Divo Franciſco Aſſiſinate obtentas fuiſſe, dum Venetiis ſub Henrico Dandulo Duce commoraretur. Errorem Scriptoris detegit ipſa temporum appoſitio, ſiquidem Venetum moderante Ducatum Henrico Dandulo, qui vixit usque ad annum MCCV. nondum Seraphicus Vir ad meliorem frugem ſeſe receperat, immo tunc negotiis adhuc implicitus de inſtituenda religione minus cogitabat. Diverſimode de prima loci fundatione ſcribunt Wadingus, & Toſſinianus aſſerentes Divæ Mariæ Glorioſæ Cœnobium anno MCCXXV. ſub Jacobo Theupolo Duce cœptum; in qua ſententia clariſſimos viros erraſſe fatendum eſt, ſiquidem Jacobus Theupolus, nonniſi poſt abdicationem Petri Ziani Ducis anno MCCXXIX. Ducale faſtigium aſcendit. Ut autem res inconcuſſe ſtatuatur, antiquos ſcriptores Venetos, qui de Minoritici hujus Cœnobii initiis aliquid ſcriptis commendarunt; exhibendos eſſe cenſeo. Primus ex eis ætate & merito illuſtrior ſeſe offert Dandulus, qui in Chron. lib. X. cap. V. par. XVIII. hæc affert. " Fratres quidam de Ordine Mino-
" rum de laboribus manuum ſuarum in atrio Eccleſiæ S. Syl-
" veſtri vitam ducebant, qui bonorum operum exhibentes
" exempla nunc ſub vocabulo S. Mariæ Virginis ſibi Mona-
" ſterium inchoarunt ". Concordat Sanutus, qui in Jacobo Theupolo Duce ita ſcribit: " Ancora i Frati dell' Ordine di
" San

„ San Franceſco non avevano Monaſtero in queſta Città, ed „ habitavano appreſſo la Chieſa di S. Lorenzo, & facevano „ fatiche di ſua mano, e con quelle, e con limoſine vive- „ vano. Ora in queſto tempo fu principiata la Chieſa, e „ Monaſterio de Frati Minori chiamata Santa Maria per abi- „ tazione de preſati Frati, il qual poi al tempo di France- „ ſco Dandolo Doge, Procuratore di detta fabrica Scipione „ Bon, fu compiuto“. Iis addo recentioris Chron. a Sivos concinnati fragmentum, ut ex eo firmetur Fratres Minores Venetias appulſos, aliquando etiam in atriis Ducalis Baſilicæ commoraſſe. “ Capitarono in Venetia i Frati di S. France- „ ſco, e di S. Domenico, quelli di S. Franceſco ſi puoſero „ ad habitare ſotto il Portico di S. Marco, e quelli di San „ Domenico ſi ſtavano ſotto il portico di S. Martino viven- „ do d'elemoſine, facendo vita ſanta, e predicando continua- „ mente per la Città di Venezia, in modo tale, che veden- „ do detto Doſe la bontà d'eſſi Frati, e non parendoli con- „ venienti a loro quelle ſtantie, ove habitavano, le fu pro- „ viſto per la Signoria de darle una abitazione, e così le fu „ conceſſo uno certo terreno vacuo dietro a S. Stino, nel „ qual loco edificorno de elemoſine una Chieſa e Monaſte- „ rio a honor di S. Maria dei Frati Minori; in tempo di Pa- „ pa Onorio III. cominciorno a predicar; e in tempo di Pa- „ pa Gregorio IX. fu principiata a fabricare detta Chieſa, la „ quale in progreſſo di tempo miſ. Franceſco Dandolo Doſe, „ del ſuo proprio denaro la fece più grande, & adornolla, „ come ſi vede al preſente, la qual fu poi fornita per ſ. Si- „ mion Dandolo“.

Cum itaque Danduli Chronicon, quod narrat de Minoritis, anno Jacobi Theupoli Ducis octavo, æræ ſcilicet vulgaris MCCXXXVI. aſſignet, hoc de loci ædificatione, non autem de Fratrum adventu intelligendum eſt, ſiquidem ex certis documentis liquido patet ante annum MCCXXXVI. Fratres Minoritas & locum & Rectorem loci Venetiis habuiſſe, quem Gregorius IX. Miniſtrum Fratrum Minorum de Venetiis nuncupatum diplomate Reate dato anno MCCXXXII. Apoſtolicum Delegatum creavit, ut cum Priore Fratrum Prædicatorum inquirerent, quantum Monaſterium Monialium S. Matthæi de Conſtantiaco diſtaret a S. Thomæ Torcellenſis Cœnobio.

Ut

Digitized by Google

Ut autem certa ab incertis ſecernantur, atque in unam eamdem veritatem ex æquo concurrant tum certiſſima documenta, tum Clariſſimorum Scriptorum aſſertiones, ſtatuendum eſt, religioſos Viros Venetias circa annum MCCXXVII. appuliſſe, ibique apoſtolicam vitam in ſumma rerum omnium paupertate modo hic modo illic duxiſſe, donec ad vetuſtas anguſtasque Divæ Mariæ Glorioſæ ædes deducti, magnificæ Eccleſiæ ampliſſimique Cœnobii initia diſpoſuerunt. Rei veritatem confirmat autographum inſtrumentum in Archivo Fratrum Minorum Conventualium aſſervatum, quo *Joannes Baduarius de confinio S. Jacobi de Luprio toto Ordini Fratrum Minorum, & eorum ſucceſſoribus proprietatem terræ & caſæ coopertam, & diſcoopertam in confinio S. Thomæ poſitam in perpetuum poſſidendam* obtulit, anno MCCXXXIV. menſe Octobris, quam quidem terræ proprietatem juxta ædes & Eccleſiam, ubi habitabant ipſi Fratres Minores *ab uno ſuo latere firmare* aſſeruit. (A).

Cum vero, vulgata novi inſtituti fama, plurimi e Venetis etiam ſpectatæ nobilitatis hominibus ei certatim dare nomina poſtularent, Minoritæ arctas ædes adjectis domibus ampliori ſpatio dilatare, & Eccleſiam magnæ populi frequentiæ opportunam ædificare coacti ſunt. Anno itaque MCCXXXVI. *Daniel Foſcari Procurator Fratrum Minorum apud locum S. Mariæ commorantium proprietatem terræ & caſæ in confinio S. Thomæ poſitam* pretio denariorum Venetorum CL. ab Anſelmo Rana comparavit, (B) ut ejus ſpatio anguſtæ Fratrum ædes latius paterent.

Alteram terræ & caſæ proprietatem *unum ſuum caput in proprietate, quæ fuit Anſelmi Ranæ*, firmantem, anno MCCLV. Raynerius Geno Venetiarum, Dalmatiæ, atque Chroatiæ Dux pro commune Venetiarum nomine Fratrum Minorum a Thoma Storlado coemit ſoluto *pretio placito & diffinito* inter eos *de habere communis Venetiarum*, hoc eſt de publico ærario *libras denariorum Venetorum* ſeptuaginta quinque ſupra quadringentas, (C) quod porro terræ ſpatium ampliandæ Eccleſiæ deſtinatum fuit. Decennio deinde elapſo ſupralaudatus Dux, qui antedictam *terræ & caſæ proprietatem* publico ære nomine Fratrum Minorum comparaverat, alteram adhærentem *terræ* pariter & *caſæ proprietatem* ab Andrea Rana pre-

tio

tio librarum *denariorum Venetorum*, (ut in inſtrumento die II. Septembris anno MCCLXVI. in publicas tabulas redacto notatum eſt) *triginta quinquaginta* ære proprio coemptam ad utilitatem Fratrum Minorum, pro dilatando Monaſterio deſtinavit (D).

Inter hæc magnifici Templi diſponunur exordia, atque piorum eleemoſinis ex tota urbe corrogatis primus ſacræ ædis lapis anno MCCL. die III. Aprilis ab Octaviano S. R. E. tit. S. Mariæ in via lata, Diacono Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato rite benedictus in fundamentis injicitur, ſacro ritui adſtantibus Petro Pino Caſtellano, Jacobo Bononienſe, & Vitale Thomaſino Epiſcopis. Novo extruendo Templo impoſitum fuit nomen, quo vetus Eccleſia inſignita fuerat, videlicet Sancta Maria, cum hac tamen additione *Glorioſa*, ut ab aliis Urbis Eccleſiis diſcriminaretur, atque pro ſolemnitate ipſius celebranda de ipſius Legati mandato aſſignata fuit feſta dies Aſſumptionis *ejusdem Virginis Glorioſæ*. Monumentum rei memoriam continens exhibemus: " Octavianus miſeratione " Divina S. Mariæ in via lata, Diaconus Cardinalis Apoſto- " licæ Sedis Legatus, Univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Do- " mino. Devotioni veſtræ volumus fieri manifeſtum, quod " nos Fratrum Minorum de Conventu Venetiarum ſupplica- " tionibus inclinati ad Dei reverentiam, & Glorioſæ Matris " ejus, primarium lapidem in eorum Eccleſia poſuimus, in " præſentia Domini Epiſcopi Caſtellani, D. Jacobi Epiſcopi " Bononiæ, Domini Vitalis Epiſcopi Tomaſini, & ipſi Eccle- " ſiæ nomen impoſuimus S. Maria Glorioſa, propter differen- " tiam aliarum Eccleſiarum Diœceſis Caſtellanæ, ſtatuentes " Feſtum ejus celebrari a Chriſtifidelibus in feſto Aſſumptionis " ejusdem Virginis Glorioſæ. Fecimus inſuper indulgentiam " unius anni, & quadraginta dierum omnibus auxilium mi- " niſtrantibus pium ad ipſius Eccleſiæ fabricam faciendam.

" Actum Venetiis anno Domini milleſimo duceuteſimo quin- " quageſimo die tertio currente Aprilis.

Jacto itaque novi Templi primario lapide cœpit iſtud paulatim aſſurgere, plurimis non levem pecuniæ ſummam in glorioſi operis perfectionem, ultro deferentibus. Qua in re viri te Gente Gradonica pietas vel in primis enituit, quæ columnas quatuor cum ſuis intercolumniis erigi ære proprio mandavit.

Digitized by Google

davit. Binas Vir Nobilis de Stirpe Juſtiniana, alteram vero quidam de Familia Aguie attolli juſſerunt. Paulus Sabellus inter Romanos Prænobilis, tum temporis pro Veneta Republica copiarum Præfectus Templi fornices propriis ſumptibus conſtrui voluit. Potiſſimam tamen ſumptuum partem, quæ in ampliſſimo atque ornatiſſimo Templo erogata eſt, Venetorum Civium Religio certatim adjecit. Ut autem ad Domini Majeſtatem, in ea Eccleſia collaudandam Chriſtifidelium univerſitas frequentior accederet, Nicolaus IV. Pont. Max. dato apud Urbem Veterem Diplomate die XXIII. Auguſti anno MCCLXXX. omnibus ipſam in ſtatutis ſolemnitatibus rite viſitantibus unum annum, & quadraginta dies de injuncta eis pœnitentia relaxavit (E).

In turris ſacræ ædificatione bis octo *Ducatorum* millia inſumpſit, Thomas Viadro, qui morte præventus, dum interim Fratribus Minoribus ejusdem loci ſeſe adnumerari impetraſſet, Mediolanenſibus negotiatoribus, ac Modoetianis præcipue Venetiis commorantibus locum reliquit, ut partem turris reliquam propriis ipſorum expenſis ad culmen, usque proveherent. Campanili ad perfectionem adducto affixa fuit hæc epigraphe.

„ Anno Domini MCCCLXI. Fuit inceptum iſtud Campa-
„ nile per Magiſtrum Jacobum Collega, & reductum usque
„ ad ſuperficiem terræ, ſic completum per filium ejus Magi-
„ ſtrum Petrum Paulum; A. D. MCCCLXXXXVI. Procuratores
„ ejusdem operis fuerunt Fratres ..... & Thomas Viaro, &
„ Nobiles Viri Petrus de Bernardo, Marcus Barbaro, & Ma-
„ feus Aymo. Orate pro eis, & pro aliis, qui porrexerunt
„ manum adjutricem.

Tandem annis poſt ferme centum, Scipione Bono fabricæ curam gerente, (ut teſtis eſt Sanutus in Chronico) & Franciſco Dandulo Duce impenſas, magna ex parte ſuppeditante auguſtum Templum elaboratum, atque abſolutum prodiit. Ejus Conſecratio non prius peracta fuit, quam ſæculo XV. a Fratre Petro de Trano ex eodem Minorum Ordine, (in quo antea peculiarem quamdam reformationem intentaverat,) ad Epiſcopatum Thalexinum aſſumpto. Monumentum ſequens lapidi ad perpetuam rei memoriam hoc in Templo commendatum fidem aſtruit.

Digitized by Google

„ Petrus Tranensis Artium, & Theologiæ Doctor Ordinis
„ Minorum, ac Episcopus Thelexinus consecravit hanc Ec-
„ clesiam in honorem Assumptionis Virginis Mariæ, & sta-
„ tuit Anniversarium hujus Dedicationis in die Dominico,
„ qui postremus erit ante Ascensionem Jesu Christi semper
„ esse celebrandum, & omnibus, qui eodem die manus por-
„ rexerint adjutrices XL. dies Indulgentiæ concessit, anno Sa-
„ lutis MCCCCLXXXXII. VI. Kal. Junii.

Ecclesiam ipsam pridem spiritualibus Indulgentiarum the-
sauris ditaverat, anno MCCCCLXIII. Pius Papa II. ad suppli-
ces preces Petri Cardinalis Barbo, qui *ad Ecclesiam ipsam*
(in qua Progenitores sui sepulturam elegerant, ipsiusque Car-
dinalis Germanus frater Paulus nomine novissime tumulatus
quiescebat) *specialem gerebat devotionem & affectum* (F).

Templi dignitatem pari magnificentia æquat Sacrarium, in
quo sumptuosa Reliquiarum custodia ex selectis marmoribus
assurgit statuis & pilis, ex candido lapide eleganter elaborata
studio, atque opera Antonii Pittoni olim ipsius Conventus
alumni, qui pretiosissima pignora huc illuc non absque peri-
culo collocata, uno loco eoque honorificentissimo colligi
curavit.

Reliquiarium Cathalogum non semel *Procuratoribus Divi
Marci*, quos vocant *de Supra* Senatu jubente hujus Conven-
tus Rectores obtulerunt, ex quo ipsarum indicem conte-
xuimus.

„ Pretiosissimi Sanguinis Redemptoris nostri Gutta, quæ
„ unguento Nardi Spicati S. Mariæ Magdalenæ adhærens in-
„ feriorem partem Cristallinæ Pixidis visibiliter occupat. Hæc
„ a Melchiori Trivisano Triremium Romaniæ olim Præfe-
„ cto Bizantio huc asportata. Almo huic Conventui circa
„ Annum 1480. ab ipso munifice fuit oblata.

Translationis hujusce seriem conciso sermone, exequitur quod-
dam rerum Venetarum Chronicon ab anonymo authore con-
cinnatum, in quo hæc habentur:

„ Il modo, col quale Melchior Trivisano ottenne così
„ grande Reliquia fu per quanto si narra dall' Autor mano-
„ scritto delli Successi del Principato di Giovanni Mocени-
„ go, che attrovandosi egli nell'anno 1479. a Costantinopo-
„ li come Capitano delle Galere del Traffico di Romania,
heb-

„ hebbe modo di avere un ampolina nella quale v'era del „ Sangue di Chriſto, la quale fu tratta dalla Chieſa di Santa Chriſticola, over Chriſtina che dir vogliamo, & come „ affermorono all'ora molti Nobili Veneziani ſtati a Coſtantinopoli ne tempi inanzi, quando in eſſa regnavano gl' „ Imperatori Chriſtiani, ogn' anno nel giorno del Giovedi „ Santo, era dall'Imperator iſteſſo inſieme col Patriarca tirata fuori di là, & traſportata nella Chieſa di Santa Soffia, & quivi tenuta per tutto il ſeguente giorno del Venerdì Santo, e così alli 17. del meſe di Febraio dell'anno già detto, eſſo Melchiore giunſe nella Città di Venezia, con la già detta ampolla del Sacro Sangue di Gesù „ Chriſto; la quale poi l'anno vegnente 1480. da eſſo donata alla Chieſa dei Frati Minori, fu in quella a' 19. di Marzo nella Domenica di Paſſione con Solenniſſima proceſſione, & innumerabile concorſo e divozione di tutto il popolo traſferita, e collocata &c.

Præſtantiſſimo Sacri Theſauri largitori ne ſe beneficio vinci paterentur *hujus Conventus Fratres præter alia ſpiritualia dona una cum clave ſacri ejuſdem* depoſiti *Sacellum quoque ſub Divi Archangeli Michaelis auſpiciis extructum eidem, & Poſteris perpetuo* addixere hoc appoſito ad ejuſdem Sacelli parietes elogio:

„ Melchiori Triviſano, Pauli Tri. F. qui cum Galearum „ Romaniæ Præf. eſſet ex Conſtantinopoli in Patriam rediens „ pretioſiſſimi Salvatoris N. Jeſu Chriſti Sanguinis guttam „ Mariæ Magdal. unguento infuſam Divino nutu abſportare „ meruiſſet, in Urbe jam ductus eandem Sacro huic Conventui pie & benigne donavit. Ex quo non ingrati tanto munere hujus Conventus Fratres præter nonnulla alia ſpiritualia „ dona una cum Clave ſacri ejuſdem depoſiti Sacellum hoc ſub „ Divi Archangeli Michaelis auſpiciis prout extat extructum „ eidem largitori, & Poſt. Perpetuo B. M. dicavere an. Sal. „ MccccLXXX. XVIII. Kal. Maii.

Superius enuntiatam ſacri depoſiti clavem Andreas Triviſanus noviſſimus ex ſtirpe donatoris hæres Abbatibus S. Thomæ Burgundionum ſeu de Torcello, qui ex eadem familia Triviſana aſſumuntur perpetuo cuſtodiendam legavit codicil-

 lis

lis die 1. Martii an. MDCXXXIII. ſignatis, in quibus hæc leguntur.

„ Le Chiavi del Santiſſimo Sangue Precioſo che è nelli
„ Frari voglio premorendo avanti l'Eccellent. Sig. Gerolamo
„ Treviſan reſti in vita ſua padrone, & doppo la ſua morte
„ vadi de Abbate in Abbate di S. Tomaſo de Borgognoni
„ che ſarà di tempo in tempo. Et perche vedo ſi va eſtin-
„ guendoſi, voglio che detta Chiave vadi nelli Eccellentiſs.
„ Proc. della Chieſa di S. Marco, pregando coſi detti Signo-
„ ri Abbati come li Eccellentiſs. Signori Procuratori di non
„ aprir tal Reliquia ſe non la Domenica di Lazaro come ſi
„ è ſempre oſſervato.

„ de Ligno S. S. Crucis.

„ In una Cruce argentea exiſtit una & media Spina Sal-
„ vatoris. Particula de Sepulcro Chriſti Domini, & particu-
„ la ſepulcri B. M. V.

„ Ex Lapide Columnæ Flagellationis Domini Noſtri Jeſu
„ Chriſti.

„ Digitus S. Nicolai Coſeſſoris.

„ Pes S. Danielis Prophetæ antea integer usque ad genu
„ protenſus carne, & tractabili pelle coopertus modo tamen
„ absque digito pollice.

Tres ſuperius enuntiatæ Reliquiæ videlicet portio de Sacra Columna, Digitus S. Nicolai, atque S. Danielis Pes in Coronenſi Fratrum Minorum Monaſterio Regni Peloponeſi aſſervabantur, civitate autem in Turcarum poſſeſſionem redacta cum ad Miniſtri Generalis Seraphici Ordinis Conventualium manus deveniſſent, ejus munere Eccleſiæ huic anno MD. addictæ fuerunt, quo anno Fr. Franciſcus a Salino Venetus, Divi Danielis pedem magnifico argenteo Reliquiario includi curavit, ut docet inſcriptio eidem inciſa: ✠ *Pes S. Danielis Prophetæ ex eleemoſynis P. Fr. Franciſci a Salino de Venetiis A: D. 1500 die 27: Auguſti.*

„ S. Antonii Abbatis potior pars occipitis.

„ S. Jacobi Apoſtoli Fratris Domini ex manu articulus ſes-
„ quimedius.

„ Una particula ex Oſſibus Sancti Stephani Prothomar-
„ tyris.

„ De

„ De Coſta S. Catharinæ Virg. & Mart. carne & cute in
„ extremo circumdata.

Divæ huic Virgini altare marmoreum in Eccleſia hac dicatum fuit, cujus tabulam Sanctæ martyrium exhibentem depinxit laudatiſſimo opere Jacobus Palma.

„ Duo capita ex ſociis S. Urſulæ V. M.

„ Os integer ex gutture unius ex S.S. Innocentibus.

„ Unum os ex ſociis S. Placidi Abbatis M. Ordin. Sancti
„ Benedicti.

„ In uno vaſe argenteo extat ſtrophiolum S. Bernardini di-
„ cti Ordinis, & de Coſta S. Bonaventuræ Cardinalis ejus-
„ dem Ordinis Miniſtri Generalis.

Portionem hanc ex coſta Seraphici Doctoris cum Michael Linder Germanus anno 1506. die 13. Maii Lugduni accepiſſet, ut ex authentico documento conſtat, Venetias poſtea appulſus Eccleſiæ huic S. Mariæ Glorioſæ dono dedit.

„ Manus integra B. Pacifici Ordinis Minorum Conventua-
„ lium, cujus corpus ad latus ſacrarii eſt in Mauſoleo re-
„ poſitum.

Beati viri manus adhuc carne cooperta elaboratiſſimo vaſe ex inaurato argento clauditur, ejus vero corpus in Mauſoleo quieſcere dicitur, quod magnifico opere circa medium ſæculi XIV. Scipio Bono, (quem ſuperius diximus perficiendo Templo præfuiſſe) ædificari, atque gentilitio ſuo ſtemmate hinc inde inſigniri mandavit. An ſuis ſuorumque poſterorum cineribus ut ævi illius mos ferebat, an vero Beati Franciſci Quirini Patriarchæ Gradenſis, (ut innuit Marcus Barbaro in ſua de Patritiis Familiis Venetiarum Chronologia) corpori excipiendo monumentum illud in ſublime poſitum deſtinaverit, incompertum eſt; hoc unum ex ſubjecta ſæculo inſequenti epigraphe conſtat Beati Pacifici Ordinis Minorum, corpus ibi incluſum fuiſſet. Hæc ſunt epigraphes verba: "In hoc
„ ſepulcro depoſitum fuit corpus B. Pacifici Ordinis Mino-
„ rum, Anno Domini MCCCCXXXVII. die XXI. Julii.

Operis hujus Tom. III. pag. 32. retulimus monumentum hoc anno MDCLX. in profundo noctis ſilentio apertum fuiſſe, ut ex ejus interiori inſpectione, quid in eo clauderetur, innoteſceret. Inventum itaque fuit (hoc a religioſis viris omni exceptione majoribus accepi) unius viri cadaver Seraphi-

Digitized by Google

ci inſtituti habitu involutum utraque manu carens, quas da-
ta opera abſciſſas fuiſſe noſcebatur.

Quisnam vero fuerit Beatus iſte Pacificus, incerta prorſus
res eſt, cum nulla ſuppetant Archivi Documenta, & multi
hujus nominis Beati viri in Seraphicis faſtis efferantur. De
Beati Pacifici corpore Venetiis quieſcente nullam afferunt
mentionem Minoritæ ſcriptores, ejusque geſta, & translatio-
nem alto ſilentio prætermittunt. Petrus Rodulphius Toſſi-
nianenſis, qui inter juniores Seraphici Ordinis hiſtoricos an-
numerandus eſt, Beatum Pacificum Venetiis quieſcentem B.
Patris Franciſci diſcipulum fuiſſe aſſerit, hæcque de eo in li-
bro I. Hiſtoriæ Seraphicæ pag. 126. affert: “ Beatus Pacificus
„ Picens primo Poeta ſui ævi celebris, Rex enim verſuum
„ appellatus eſt, a Fridericoque laurea donatus primus fuit
„ Miniſter Franciæ miſſus a B. Franciſco, quam Provinciam
„ provide rexit. Hic in habitu adhuc ſæculari degens Bea-
„ tum Franciſcum reperit prædicantem apud Caſtrum S. Se-
„ verini Provinciæ Marchiæ, & cum vidiſſet duos enſes ful-
„ gentes in modum Crucis ſuper caput B. Franc. tanto viſo
„ miraculo, & verbis ejus auditis, compunctus eſt, mundo-
„ que neglecto, eidem patri cohæſit, in Ordineque Sancte
„ vixit, tandem virtutibus, & Sanctitate vitæ plenus obdor-
„ mivit in Domino. Hic quoque meruit videre illud Thau
„ in fronte B. Franciſci, quod colorum varietate diſtinctum,
„ faciem ejus miro venuſtabat ornatu. Venetiis in æde Fra-
„ trum Minorum eſt adhuc Sarcophagum, ubi repoſitum fuit
„ corpus ejus cum ſubjectis verbis: In hoc ſepulchro depoſi-
„ tum fuit corpus B. Pacifici Ordinis Fratrum Minorum an-
„ no 1432. die 21. Julii “. In alio vero loco ſuæ Hiſto-
riæ hujus B. Pacifici corpus Ripæ in cuſtodia Veronenſi con-
ditum eſſe aſſerit. Utramque viri ſententiam falſam eſſe Ar-
turus in Martyrologio Franciſcano ſub die x. Julii multorum
ſcriptorum teſtimonio demonſtrat, corpusque ejus marmoreo
incluſum ſepulcro in Conventu Lenſenſi Diœceſis Atrebaten-
ſis quieſcere aſſerit, ubi etiamnum miraculis coruſcat, ejus-
que emortuale elogium affert. “ Sub hoc lapide recondita
„ ſervantur Oſſa Sacra B. Pacifici Ordinis Minorum, qui ip-
„ ſe primus fuit Provinciæ Franciæ Miniſter “. Rem e den-
ſis tenebris, quibus offunditur, eruendam, & clara veritatis
luce

Digitized by Google

luce illuſtrandam piis eruditisque viris, quibus affluit Seraphicus Ordo relinquo.

„ Oſſa (*ſequitur Cathalogus*) B. Franciſci Patriarchæ Gra-
„ denſis dicti Ordinis.

De Franciſci Quirini Patriarchæ Gradenſis dignitatibus, documentis, ſepultura, & aſſerto Monachatu ſatis dictum eſt ad Eccleſiam S. Silveſtri Operis hujus Tom. III. pag. 25.

„ Oſſa B. Gentilis Piceni Ordinis ſupradicti Babiloniæ marty-
„ rii palma inſigniti.

De hoc Beato Martyre hæc affert Wadinghus ad annum 1340. Tom. III. pag. 467.

„ Hoc etiam anno 1340. Martyrii lauream adeptus eſt B.
„ Gentilis Picenus apud Perſas in Civitate Toringiæ, Mate-
„ licæ ortus, adoleſcens Franciſcanis nomen dedit, abſoluto-
„ toque ſtudiorum curriculo, annis multis vixit in monte
„ Alvernæ, & virtutibus plurimis animum exornavit. Vir
„ fuit parci ſermonis, longæ orationis, noctesque ducebat in-
„ ſomnes in Eccleſia, ut plurimum abſorptus & extra ſe fa-
„ ctus, cœleſtia contemplatus. Bis regendis fratribus præfe-
„ ctus ita diſcrete fecit, ut absque ullius querela omnium
„ animos ad diſciplinæ regularis normam compoſuerit. Ani-
„ mabus Chriſto lucrandis ad ultimos Ægypti & Perſiæ fi-
„ nes penetravit; magnoque, ſed irrito, ſtuduit conatu, lin-
„ guam Arabicam, illis nationibus vulgarem, addiſcere. De-
„ ſperans itaque ex idiomatis defectu fructum animarum, con-
„ ſtanter voluit in Italiam reverti. Itineri præcincto apparuit
„ Dominus, & dixit: *Ecce poſui verba mea in ore tuo: ad*
„ *quæcumque mittam te, ibis, & quæcumque mandavero tibi,*
„ *loqueris ad gentes iſtas apoſtatrices*, ſtatimque infudit ei lin-
„ guam Perſarum. His porro ferventer prædicavit, Domino
„ ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Teſtatus eſt Mar-
„ cus Cornarius Venetiarum Dux 69. qui tunc in illis par-
„ tibus legatione pro ſua Republica fungebatur, ſe vidiſſe
„ varias avicularum ſpecies ad Gentilem advolantes, ejusque
„ verbis veluti rationabiles creaturas intendiſſe. Stupefacti &
„ convicti Perſæ multis, quæ operabatur prodigiis, turma-
„ tim ad eum confluebant, & doctrinam Baptiſmumque ſu-
„ ſcipiebant. Ultra decem millia paganorum, recenſita ſunt
„ ab eo ad fidem converſorum, qui cum quid crederent, &

„ in-

„ interrogarentur, dicebant: ſe fidem fratris Gentilis profite-
„ ri. In Civitate Cachenſi familiam nobilium hebræorum
„ baptizavit, & in fide inſtruxit, quæ per multos annos vo-
„ cabatur, domus Chriſtianorum B. Gentilis.

„ Ita large ſeminabat Perſis ſpiritualia, ſed parciſſime me-
„ tebat eorum temporalia, tenui victu & rudi contentus ami-
„ ctu. Offerebant illi facultates & prædia, ſed nobili animo
„ cuncta contemnes, dignum ſe probabat operarium Evange-
„ licum. Cum affatim exhiberentur eleemoſynæ, illius diei dum-
„ taxat victum admittebat, reliqua jubebat aliis pauperibus
„ diſtribui. Perſarum Imperator Venetis quadam de cauſſa
„ infenſus, omnes illius gentis Mercatores deprædari, & in
„ carcerem agi præcepit. Miſſi ſunt a Republica ad placandum
„ barbari principis animum Oratores duo, Marcus prædictus
„ Cornarius, & alius, qui obvium Gentilem ſecum duxerunt
„ in comitatu. Cornarius autem periculoſo contracto morbo
„ cum mortem præ foribus adeſſe timeret, advocato Gentili,
„ pectoris arcana & conſcientiæ ſcrupulos detexit. Quem il-
„ le bono ut eſſet animo, juſſit, prophetico more quatuor
„ prænunciatis, primis felicibus, poſterioribus adverſis, pri-
„ ſtinæ dixit reſtituendum valetudini, ſecundo ad ſuæ Rei-
„ publicæ principatum evehendum, tertio ante reditum in
„ patriam deceſſuros Patrem, uxorem, & aliquot conſangui-
„ neos; quarto carcerem & vincula paſſurum. Ita quidem
„ omnia juxta vaticinium Gentilis evenere: ex infirmitate
„ convaluit, Dux Venetus creatus eſt; obiere, parens, con-
„ jux, conſanguinei; Miſſus legatus in Germaniam ad Im-
„ peratorem cum Joanne Gradonico, & Laurentio Celſo,
„ dum regrederentur, Cornarius & Gradonicus a quodam re-
„ gulo Germanico intercepti ſunt, & in arcem quandam igno-
„ minioſiſſime abducti; Celſus averſo itinere in Patriam re-
„ verſus eſt.

„ Mirabilius ſane alterius ejuſdem prædictionis complemen-
„ tum. Dum in Patria Perſico ſe accingeret itineri, patri
„ ſeni dolenti, & conquerenti, quod in mortis anguſtiis de-
„ futurum erat religioſi filii auxilium, & opportunum con-
„ ſilium, firma ſponſione promiſit ſe adfuturum. Eo vero
„ tempore, quo Pater ad mortem infirmabatur Matelicæ in
„ Piceno, conſcendebat Gentilis cum præfato Cornario Mon-

„ tem

Digitized by Google

„ tem Sina in Arabia, ſepulchrum viſurus B. Catharinæ,
„ evanuitque repente ex oculis ſociorum. Quid de illo fa-
„ ctum eſſet neſcientes hinc inde perquirebant, nunc ſuſpi-
„ cantes alio delapſum, nunc timentes a feris diſcerptum.
„ Poſt dies octo denuo apparens, interrogatus, & Sacramen-
„ mento a Cornario adſtrictus ut veritatem enarraret, & ubi
„ octiduo delituerit, ediceret palam, Confeſſus eſt ſe patri
„ mortaliter adcumbenti adſtitiſſe, morienti ſalutis monita
„ ſuggéſſiſſe, defuncti funus curaſſe, res domeſticas diſpoſuiſ-
„ ſe. Reverſus Italiam heros, dum Lauretanam ædem invi-
„ ſeret Matelicam abiit, hæc dumtaxat exploraturus, exce-
„ pitque omnia cohærere Gentilis narrationi, quem inter ſe
„ per dies octo degentem conſpexerunt omnes, eo ipſo tem-
„ pore, quo patrem ſuum obiiſſe, ille retulit in Arabia.

„ In Trapezundia & Salmaſtra Cuſtodiæ Chauſtenſis, & Vi-
„ cariæ Orientis, dum multa ſigna faceret; tandem marty-
„ rii coronam adeptus eſt in Civitate Toringiæ, dum innu-
„ meri a Mahometis perfidia ad veram Chriſti fidem convo-
„ larent. Corpus caputque pretio redemptum, Vir nobilis
„ Nicolaus Quirinus Venetias deportavit. Cornarius ab hoc
„ obtinuit caput, quod magna reverentia domi aſſervavit, &
„ demum Fratribus Minoribus obnixe poſtulantibus conceſ-
„ ſit. Conſtruxerunt ſacris reliquiis nobile ſacellum heroes
„ Quirini, & familia de Cambernardis in æde Minorum ſub
„ invocatione S. Hieronymi, ubi ſub altari ſacra pignora con-
„ diderunt. Dum vero longa hominum ſupplicatione & ſo-
„ lemni ritu ferrentur a regione S. Pauli per plateam S. Tho-
„ mæ, filius cujusdam Ludimagiſtri ſubmurmurans dicebat:
„ timere tantum exhiberi honorem viro, cujus ſanctitas non
„ omnibus eſſet explorata; Sed ſtatim ſenſit ſuper ſe divinam
„ ultionem, ore ex utroque latere magno hiatu ad aures re-
„ torto.

„ Agnita culpa, humili confeſſione, emiſſoque voto ad Vi-
„ ri Sancti ſepulchrum de venerandis ejusdem reliquiis per-
„ fecte convaluit. Paulo poſt Cornarius Dux, deſperata jam
„ prole ejusdem interceſſione duos filios obtinuit, & Paganus
„ quidam ab eo converſus, in ignem conjectus, apparente ſi-
„ bi F. Gentile illæſus exivit, & capite plectendus eundem
„ habuit conſolatorem.

Duos quoque filios *meritis & interceſſione Sancti hujus* ſuſcepiſſe ſupradictum Marcum Cornelium, *qui poſtea fuit Dux Venetiarum* teſtatur Rodulphius Hiſtor. Seraph. l. I. pag. 103. qui & ipſius Beati oſſa in Capella S. Hieronymi, ſub altari condita fuiſſe confirmat. Sacellum porro hoc ad quod & hujus Beati Martyris oſſa, & Beati Patriarchæ Quirini corpus adducta fuerunt, cum aram haberet ex ligno inaurato confectam ex nomine Divi Doctoris, cui primo dedicatum fuit, nuncupabatur *S. Girolamo d' oro*, nunc vero S. Franciſci de Paula nuncupatur, in cujus titulum tranſiit circa medium ſæculi jam elapſi, eo videlicet tempore quo Beati Gentilis oſſa ex altari in ſacrarium delata fuerunt. Inter cæteras enim ſacrarii reliquias duæ capſulæ ligneæ oſſibus refertæ viſuntur inauratis ornamentis circumdatæ, cryſtallisque a parte anteriori munitæ, quibus & Seraphicæ Religionis inſignia, & tempus tranſlationis inſculpta ſunt.

„ Oſſa B. Gentilis Ord. Fratrum Minorum Martyrio coro-
„ nati in partibus Babiloniæ.

„ Fr. Marinus Cavaletti Venetus pro gratiarum actione 1642.

Caput Beati Martyris, quod (ut teſtatur Wadingus) Marcus Cornarius obtinuit, & Fratribus Minoribus *obnixe poſtulantibus* conceſſit, nunc temporis nec in ſacrario, nec in vetuſto S. Hieronymi altari, (ubi etiamnum multa oſſa in goſypio jacent) reperitur, & quo loco quieſcat ignoratur omnino.

Hæc, quæ de Beato Martyre proferimus *ſatis certa cultus indicia* in cauſa fortaſſe erunt, ut ipſius nomen, ab Antuerpienſibus Hagiographis Tom. II. & die v. Septembris inter prætermiſſos rejectum, in ſupplementis præclariſſimo ipſorum operi aliquando addendis ſimul cum iis, quæ inveniri poterunt Martyris actis enuntietur.

Intra ſepta hujus Cœnobii ſive in Eccleſia, locus enim latet, conditus fuit Beatus Chariſſimus de Clugia, de quo Wading. Tom. III. Annal. ſub ann. 1305. hæc affert:

„ In Conventu S. Mariæ Venetiarum in Provincia S. An-
„ tonii B. Cariſſimus de Cluſia (ſcribunt aliqui de Clodia)
„ arborem ſiccam frondere fecit, & fructificare. Supinus ſe-
„ pultus, poſt aliquot annos inventus eſt genuflexus in ſepul-
„ cro. Multa etiam hic patravit Miracula.

Ibidem,

Digitized by Google

Ibidem, loco pariter ignoto, jam ab anno 1369. jacet Corpus alterius Servi Dei Franciſci pauperculi cognominati, profeſſione Laici, de quo idem Wadingus t. 4. ad annum 1369.

„ Circa hoc tempus obiit Venetiis in Æde Sanctæ Mariæ „ F. Franciſcus Laicus, cognominatus pauperculus, Annum „ agens 84. Nudis ſemper incedebat pedibus absque Sandaliis, una contentus tunica, & fæmoralibus. Venetiis, & „ Avinione magna charitate, & curialitate officium exercuit „ Oſtiarii. Sub Urbano V. Venetias profectus accidit, ut univerſum Cœnobium igne flagraret. Reliquis Fratribus per „ feneſtras evadentibus, ſolus hic ſub tecto, & in medio flammarum remanſit præ ſenectute, & cathenis, quibus toto „ circumligabatur corpore ad pœnitentiam, impeditus. Genuflexus in tanto periculo ſe Domino commendavit; & „ factum eſt, ut quantumvis tota domus flagraret, & Cella, „ in qua orabat; ipſe tamen illæſus in agone expiravit. Extinto igne, Fratres, & Cives dum Famulum Dei ita intactum conſpiciunt, cum honore ſepeliunt, & ad hæc usque „ tempora miraculis corruſcantem reverentur “. Si deſidioſa oblivio multos ex antiquis non infeciſſet, de quibusdam inſuper aliis Servis Dei, quorum Corpora hic beatam expectant Reſurrectionem, poſſemus modo verba contexere.

Cœnobium, ad cujus ampliorem dilationem quasdam terræ proprietates jam ſuperius diximus fuiſſe comparatas, eodem ferme tempore (ut innuere videntur Dandulus & Sanutus) quo Eccleſia ad complementum accedebat, ædificatum fuiſſe creditur, amplum adeo & ſpatioſum, ut convenientes ab univerſo Chriſtiano orbe Fratres plurimos capere potuerit anno MCCCXLVI. quo *indicta Venetiis comitia Generalia* fuerunt, *quibus celebrandis multa privilegia conceſſit Miniſtro Generali Romanus Pontifex* Clemens VI. *datis ad eumdem pleriſque litteris, ſed ea præſertim in qua Capitulares omnes paterne hortatur, ut proſpiciant univerſi ſodalitii profectui*. Apoſtolicum Clementis Diploma referunt Annal. Seraph. Tom. VII. pag. 330. Fratrum numerum, qui ad hæc Religionis comitia advenerunt, notat marmorea epigraphe in Columna Chori e regione ſacrarii poſita:

„ Frequentiſs. Hujuſce religionis conventum, qui eo ipſo „ anno quo F. Donatus P. eſt declaratus, in hiſce ædibus

Digitized by Google

Duos quoque filios *meritis & interceſſione Sancti hujus* ſuſcepiſſe ſupradictum Marcum Cornelium, *qui poſtea fuit Dux Venetiarum* teſtatur Rodulphius Hiſtor. Seraph. l.I. pag. 103. qui & ipſius Beati oſſa in Capella S. Hieronymi, ſub altari condita fuiſſe confirmat. Sacellum porro hoc ad quod & hujus Beati Martyris oſſa, & Beati Patriarchæ Quirini corpus adducta fuerunt, cum aram haberet ex ligno inaurato confectam ex nomine Divi Doctoris, cui primo dedicatum fuit, nuncupabatur *S. Girolamo d' oro*, nunc vero S. Franciſci de Paula nuncupatur, in cujus titulum tranſiit circa medium ſæculi jam elapſi, eo videlicet tempore quo Beati Gentilis oſſa ex altari in ſacrarium delata fuerunt. Inter cæteras enim ſacrarii reliquias duæ capſulæ ligneæ oſſibus refertæ viſuntur inauratis ornamentis circumdatæ, cryſtallisque a parte anteriori munitæ, quibus & Seraphicæ Religionis inſignia, & tempus translationis inſculpta ſunt.

„ Oſſa B. Gentilis Ord. Fratrum Minorum Martyrio coro-
„ nati in partibus Babiloniæ.

„ Fr. Marinus Cavaletti Venetus pro gratiarum actione 1642.

Caput Beati Martyris, quod (ut teſtatur Wadingus) Marcus Cornarius obtinuit, & Fratribus Minoribus *obnixe poſtulantibus* conceſſit, nunc temporis nec in ſacrario, nec in vetuſto S. Hieronymi altari, (ubi etiamnum multa oſſa in goſypio jacent) reperitur, & quo loco quieſcat ignoratur omnino.

Hæc, quæ de Beato Martyre proferimus *ſatis certa cultus indicia* in cauſa fortaſſe erunt, ut ipſius nomen, ab Antuerpienſibus Hagiographis Tom. II. & die v. Septembris inter prætermiſſos rejectum, in ſupplementis præclariſſimo ipſorum operi aliquando addendis ſimul cum iis, quæ inveniri poterunt Martyris actis enuntietur.

Intra ſepta hujus Cœnobii ſive in Eccleſia, locus enim latet, conditus fuit Beatus Chariſſimus de Clugia, de quo Wading. Tom. III. Annal. ſub ann. 1305. hæc affert:

„ In Conventu S. Mariæ Venetiarum in Provincia S. An-
„ tonii B. Cariſſimus de Cluſia (ſcribunt aliqui de Clodia)
„ arborem ſiccam frondere fecit, & fructificare. Supinus ſe-
„ pultus, poſt aliquot annos inventus eſt genuflexus in ſepul-
„ cro. Multa etiam hic patravit Miracula.

Ibidem,

Digitized by Google

Ibidem, loco pariter ignoto, jam ab anno 1369. jacet Corpus alterius Servi Dei Franciſci pauperculi cognominati, profeſſione Laici, de quo idem Wadingus t. 4. ad annum 1369.

„ Circa hoc tempus obiit Venetiis in Æde Sanctæ Mariæ
„ F. Franciſcus Laicus, cognominatus pauperculus, Annum
„ agens 84. Nudis ſemper incedebat pedibus absque Sanda-
„ liis, una contentus tunica, & fæmoralibus. Venetiis, &
„ Avinione magna charitate, & curialitate officium exercuit
„ Oſtiarii. Sub Urbano V. Venetias profectus accidit, ut uni-
„ verſum Cœnobium igne flagraret. Reliquis Fratribus per
„ feneſtras evadentibus, ſolus hic ſub tecto, & in medio flam-
„ marum remanſit præ ſenectute, & cathenis, quibus toto
„ circumligabatur corpore ad pœnitentiam, impeditus. Ge-
„ nuflexus in tanto periculo ſe Domino commendavit; &
„ factum eſt, ut quantumvis tota domus flagraret, & Cella,
„ in qua orabat; ipſe tamen illæſus in agone expiravit. Ex-
„ tinto igne, Fratres, & Cives dum Famulum Dei ita inta-
„ ctum conſpiciunt, cum honore ſepeliunt, & ad hæc usque
„ tempora miraculis corruſcantem reverentur“. Si deſidioſa oblivio multos ex antiquis non infeciſſet, de quibusdam inſuper aliis Servis Dei, quorum Corpora hic beatam expectant Reſurrectionem, poſſemus modo verba contexere.

Cœnobium, ad cujus ampliorem dilationem quasdam terræ proprietates jam ſuperius diximus fuiſſe comparatas, eodem ferme tempore (ut innuere videntur Dandulus & Sanutus) quo Eccleſia ad complementum accedebat, ædificatum fuiſſe creditur, amplum adeo & ſpatioſum, ut convenientes ab univerſo Chriſtiano orbe Fratres plurimos capere potuerit anno MCCCXLVI. quo *indicta Venetiis comitia Generalia* fuerunt, *quibus celebrandis multa privilegia conceſſit Miniſtro Generali Romanus Pontifex* Clemens VI. *datis ad eumdem plerisque litteris, ſed ea præſertim in qua Capitulares omnes paterne hortatur, ut proſpiciant univerſi ſodalitii profectui*. Apoſtolicum Clementis Diploma referunt Annal. Seraph. Tom. VII. pag. 330. Fratrum numerum, qui ad hæc Religionis comitia advenerunt, notat marmorea epigraphe in Columna Chori e regione ſacrarii poſita:

„ Frequentiſs. Hujuſce religionis conventum, qui eo ipſo
„ anno quo F. Donatus P. eſt. declaratus, in hiſce ædibus

„ peractus eſt, ubi M. & D. Illi Patres multa quotidie, do-
„ ctrinæ, & probitatis exempla edidere, & florentiſs. hæc ci-
„ vitas, ex J. C. publico ære ipſorum inopiam ſublevans, a
„ vetere ſuo inſtituto non diſceſſit. nec non Bonaven. pio
„ coſtazaro Præſidi idem eſt honos propter virtutem propaga-
„ tus. Hujus Templi Præfecti poſteris notum eſſe voluere.
„ Anno Domini MDXLVI. XIII. Junii.

Prænarrata pretioſa mors Fratris Franciſci, pauperculi annum ſignat MCCCLXIX. quo tota ea domus ex incendio conflagravit. Nova itaque molitione opus fuit. Cum vero fluxu temporis Minoriticæ paupertatis vigor deferbuiſſet in eam magnificam ornatamque formam redacta eſt, ut Magna Domus deinceps appellari conſueverit. Multorum hac in re perficienda interceſſere annorum periodi, nec prius amplitudinem, quam præſefert, conſecuta eſt, quam poſt annum MCCCCLXIII. ob eam cauſam, quam refert Annalium Parens Wadingus tom. *6.* ad An. cit. num. 144. Damus eadem ipſiusmet verba.

„ Anno 1463. Fabricæ Domus S. S. Franciſci (ſcilicet Fra-
„ trum S. Franciſci) S. Mariæ Venetiarum, *la Caſa Grande*
„ vulgariter nuncupatæ, deputantur fructus magnæ ſummæ
„ pecuniarum depoſitæ apud Campſores Impreſtitorum Urbis
„ Venetæ, pro uſibus, & neceſſitatibus Domus ejusdem Or-
„ dinis apud Peræ Oppidum è regione Urbis Conſtantinopo-
„ litanæ conſtructæ nunc autem a Turcis deſtructæ.

Poſtremo noſtra hac ætate Antonius Pittoni Monaſterii alumnus, ut introeuntium oculis hujuſce Domus aditus gratior evaderet, ac elegantior ſuis ſumptibus januæ majoris periſtylium refici magnificentius curavit, marmoreisque ſtatuis hinc inde erectis circumdari, ac in areæ medio ad communem utilitatem puteum lapideis pariter ſimulacris exornatum inſtrui juſſit.

Nec ea tantummodo, quæ ſuperius retulimus Generalia Ordinis Seraphici Comitia Venetiis celebrata fuerunt, ſed iterum iterumque Capituli Generalis indictio in hanc domum facta eſt. Contigit altera anno MCCCCLVII. verum Caliſto III. jubente revocata fuit, & comitia Romæ fuerunt coacta. Altera anno MCCCCLXIX. “ *Aſſumpto* enim (ut ait Wadingus
„ to. XIII. pag. 435.) ad Cardinalatum Miniſtro Generali Fran-
„ ciſco Saonenſi de Ruvere, commiſſoque ei per Pontificem
„ Or-

„ Ordinis regimine, usque ad proxima Comitia Generalia ſta-
„ tuit ea hoc anno Venetiis indicere, & Præſidem Vicario
„ nomine ſtatuere Joannem, ſive Zanetum Utinenſem Pro-
„ vinciæ S. Antonii, Miniſtrum Virum doctum Sacræ Theo-
„ logiæ Magiſtrum. Collatis itaque ſuffragiis, die 19. Maii
„ compertum eſt ſexaginta tria in unum Zanetum abiiſſe, om-
„ niumque applauſu aſſumptus eſt, ad totius Ordinis Præfe-
„ cturam.

Primus eos inter, qui Fratrum Minorum inopiam certis aſſignatis redditibus levaverunt memoratur Marcus Ziani Comes Arbenſis, Petri Ziani Ducis Venetiarum filius, qui in teſtamento a ſe condito, anno 1253. diſpoſuit præter cætera, ut redditus locationis cujusdam domus in confinio S. Geminiani poſitæ, inſumerentur per ſuæ voluntatis poſtremæ executores in Tunicis Fratrum Minorum permanentium apud S. Mariam, quibus ita ſe præbuit addictum, ut morti proximus eorum veſte indui voluerit, & tanquam alter ex ipſis in communi eorum tumulo ſepeliri. Damus ipſiſſima teſtamenti verba. “ Item ordinamus, ut domus ubi eſt Stupha in confinio
„ S. Geminiani ædificata cum ſuis officinis, de quibus omni
„ anno tolluntur lib. den. Venet. ſexaginta, in perpetuum
„ per noſtros Commiſſarios debeant locari & dislocari, & fa-
„ cere tolli ad affictum, per noſtros Commiſſarios debeant
„ expendi in Tunicis Fratrum Minorum permanentium apud
„ S. Mariam de Ordine Fratrum Minorum in Diœceſi Caſtel-
„ lana &c.

Memorabilis quoque eſt reddituum acceſſio, quæ ex unione Torcellanenſis Conventus S. Jacobi de Palude ad hunc S. Mariæ Glorioſæ Conventum, ex Pontificio decreto derivavit. Fuſe rei ſeriem ex documentis authenticis depromptam inter Torcellanas Eccleſias, Deo dante afferemus, ſatis erit hic Clariſſimi Wadinghi teſtimonium exhibere in Annal. Tom. XII. fol. 302.

„ Anno 1455. In provincia S. Antonii & Cuſtodia Venetia-
„ rum, habent Patres Conventuales Conventum S. Jacobi de
„ Palude, qui prius erat Monaſterium Sororum Ordinis Ci-
„ ſtercienſis. Hoc anno conceſſus eſt Fratribus Franciſco Bol-
„ du, & Petro Cretenſi; ſed quædam objicientibus Moniali-
„ bus, & impedientibus ne in Fratrum poteſtatem deveniret,

„ an.

Digitized by Google

„ an. 1459. orante Paſchale Maripetro Venetorum Duce, Pius
„ II. Pontificatus anno II. & III. Idus Decembris tradi vo-
„ luit Magiſtro Franciſco Ariminenſi, ut collabentem do-
„ mum, ferme deſertam, & cultu divino deſtitutam, tranſ-
„ latis Monialibus ad Monaſterium S. Margaritæ de Majur-
„ bio, reſarciret. Sed hæc translatio non niſi ſub Paulo II.
„ & Principatu Chriſtophori Mauri Venetorum Ducis anno
„ 1469. facta eſt, tradito in poteſtatem Minorum Monaſterio
„ cum omnibus juribus & pertinentiis. Eccleſiam ruinæ pro-
„ ximam Magiſter Baptiſta Berna Venetus, ultimo hoc ſæ-
„ culo refecit.

Plurimi ex hoc Cœnobio doctrina, & pietate præſtantes viri ad Epiſcopale onus in diverſis Eccleſiis aſſumpti fuerunt, quorum nomina, & effigies in Sacrario noviſſime depictæ conſpiciuntur eos inter Rodulphius nimio ſui inſtituti ſtudio addictus ſex inſerit Caſtellanos Epiſcopos Thomam Francum, Bartholomæum Quirinum, Jacobum Contarenum, Joannem Barbum, Franciſcum Faletrum, & Marcum Landum. Ex iis Jacobus Contarenus, & Joannes Barbus quidquid aſſerat Sanſovinus, cum nunquam (ut ex ſuo loco dicendis apertiſſime conſtabit) Caſtellanam adminiſtraverint Eccleſiam, ex Epiſcoporum Venetorum albo expunguntur, reliqui vero, cum nulla de regulari inſtituto appareant documenta, an Seraphicæ familiæ adnumerari debeant, fides ſit penes Authorem.

Cæterorum, quos ex Wadingh. præcipue collegimus nomina hæc ſunt.

Petrus Cornarius ſeu Cornelius Nobilis Venetus, Epiſcopus Coronenſis in Peloponneſo, ſub Archiepiſcopo Athenarum anno 1367. De eo Wading. Tom. 8. p. 202.

Marcus Viarus Venetus ad Archiepiſcopatum Trapezuntinum in Mari Euxino a Martino V. electus 3. Idus Aprilis anno 1447. Wadinghus Tom. x. p. 122.

Nicolaus Treviſanus Venetus Sac. Theolog. Profeſſor creatus Archiepiſcopus Thebanus ab Alexandro V. an. 1410. Wadinghus Tom. IX. pag. 341.

Marcus Venetus a Capitulo Raguſino in Archiepiſcopum electus, quique naturæ debitum ante conſecrationem perſolvit. Wadingus Tom. v. pag. 86. Decretum ejus electionis habetur apud eumdem in eodem Tomo p. 461.

Domi-

Digitized by Google

Dominicus Benigni Venetus Epiſcopus Conadienſis vulgo Conad in Panonia, qui, ut traditum eſt ſacram turrim hujus Eccleſiæ, magna ex parte ſolutis impenſis perfici curavit. De eo Wadingh. Tom. 9. p. 158.

Joannes Lucianus Venetus Epiſcopus Burguduenſis in Infidelium partibus an. 1369. electus Wadinghus Tom. 8. p. 219.

Catharinus Barbo Venetus Epiſcopus Agienſis in Inſula Cretenſi anno 1390. 4. Idus Octobris creatus. Wadinghus Tom. 9. pag. 97.

Franciſcus Andreæ Venetus Epiſcopus Crenſis, vel Ceenſis in Inſula Cea, ſeu Zea ſub Archiepiſcopo Athenienſi a Martino V. creatus. Wadinghus ad ann. 1422. & Lequienius in Oriente Chriſtiano Tom. 3. p. 867.

Jacobus Venetus Epiſcopus Thinarum. Lequien. Tom. 3. p. 1061. Wading. Tom. x. p. 133. quique apud eumdem Wadingum in eodem Tomo p. 430. in Regeſtis ſcribitur Epiſcopus Thinarum, & Michonarum.

Joannes Quirinus Venetus ad Hierapetrenſem, in Cretenſi Inſula Epiſcopatum promotus 9. Kal. Nov. anno 1390. a Bonifacio IX. Wadingh. Tom. IX. p. 97.

Lucas Mudatius Epiſcopus Caprularum ab Eugenio IV. anno 1434. deſignatus. Ughell. Tom. 5. pag. 1340. Wading. ad eumdem annum.

Paulinus Venetus Epiſcopus Puteolanus, vulgo Pozzuolo in Regno Neapolitano a Joanne XXII. creatus, propter præclara ejus merita, & præſtita Eccleſiæ obſequia, ut ait Wadingh. Tom. VII. p. 35. & p. 360. Fuit Pœnitentiarius Apoſtolicus, ut ait idem Wading. p. 49. Quemdam etiam edidit librum, de quo, ejusque cum Marino Sanuto conſecratione litteraria diſput. idem Wadingh. in eod. Tom. p. 407.

Petrus Martyr Ruſca Venetus Epiſcopus Caprularum. Ejus elogium extat apud Ughel. Tom. v. p. 1342.

Joſeph Maria Bottari, ex Miniſtro Generali ad Epiſcopatum Polæ in Iſtria aſſumptus. Ejus elogium apud Ughellum Tom. v. p. 484.

Petrus Manoleſſus Epiſcopus Juſtinopolis. Ughel. To. v. p. 386.

Iis adduntur ab aliquibus.

Ludovicus de Martinis Venetus Epiſcopus Arienſis in Provincia Cretenſi anno 1537. electus.

Ber-

Bernardus Quirinus Epiſcopus Arienſis, & Chiſamenſis anno 1590. in Creta ſub Gregorio XIV.

Horatius Bellotti Epiſcopus Nonæ in Dalmatia anno 1580.

Angelus Gradi Epiſcopus Nonæ in Dalmatia anno 1628.

Dominicus Carli Epiſcopus Zacinthi, & Cephaloniæ anno 1550.

Julius Fioretti Epiſcopus Chironenſis: vulgo Chironiſſo anno 1592.

Joannes Baptiſta Bernardi Epiſcopus Chironenſis, ſeu Cheronenſis in Creta ſub Clemente VIII. anno 1592.

Intra hujus Cœnobii ſepta Inquiſitoris contra hæreticam pravitatem munus geſſit Ludovicus Donatus, qui eloquentia & doctrina clariſſimus meruit inter novem celebres annumerari Theologos, qui anno 1360. convenerant pro inſtitutione ſtudii Theologicæ facultatis in Accademia Bononienſi. Is anno 1379. Miniſter Generalis Ordinis renuntiatus eſt, ac paulo poſt ab Urbano VI. in Cardinalium numerum aſcitus.

Eamdem Quæſitoris Generalis dignitatem obtinuerunt anno 1356. Michael Piſani Patritius Venetus, atque anno 1373. Nicolaus Mutius pariter Venetus, qui univerſa S. Gregorii Papæ opera ad materias clara methodo diſpoſitas revocavit, opusque ipſum Gregorio XI. nuncupavit, & alii, quorum nomina dabimus ad Monaſterium S. Dominici de Caſtello, ubi Sacræ Inquiſitionis Sedes eſt.

Nec a Venetis tantum, ſed & ab exteris quoque aut nominis celebritate, aut dignitatum ſplendore clariſſimis viris Cœnobium hoc aliquid honoris, ac ornamenti ſuſcepit. Frater Franciſcus de Ruvere poſtmodum in Petri Sede Sixtus IV. appellatus circa annum 1440. artium Lector in hac magna domo fuit, & niſi Papiæ Venetias perrecturo lætus ei de ſacra purpura ſibi collata Nuntius adveniſſet poſt ſupremam Ordinis Præfecturam prudenter adminiſtratam Venetiis ſacram Theologiam docuiſſet, ut in animo diſpoſuerat. Frater Felix Peretus a Montealto, qui poſtea ad Summi Pontificatus apicem, aſſumpto Sixti V. nomine, ſublimatus fuit, & ipſe aliquo tempore hac in domo diverſatus eſt, Quæſitoris fidei munus agens.

Studiorum cauſa accola fuit hujus Cœnobii B. Antonius Scozectus ſanctitate celebris, de quo Wadingus Tom. 6. Ann. ſub

Digitized by Google

ſub ann. 1470. ita ſcribit : „ B. Antonius Scozectus, cum Ve-
„ netiis Theologiæ operam daret, & Magiſtrum ſuum in pro-
„ prietatis, cumulatæque pecuniæ pœnam miſerabiliter periiſ-
„ ſe videret, in Patriam reverſus ad Obſervantes tranſivit,
„ inter quos tantum brevi profecit, ut totius perfectionis ſpe-
„ cimen videretur. Ferventi doctrina, vita immaculata, gra-
„ tia miraculorum, & vivens, & poſt obitum eluxit. Jacet
„ in Conventu S. Bernardini Amanteæ Oppidi Calabriæ.

Aſſumptionem Virginis in aræ majoris tabula, ipſamque Deiparam inter Divos Petrum, Franciſcum & Antonium poſitam ad ejus altare depinxit Titianus; Victor Carpatius in Sacello Sancti Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi ipſum inter alios Sanctos ſtantem in aræ tabula expreſſit; Beatam Mariam Virginem, puerum Jeſu amplexantem Divosque Nicolaum, & Bernardinum in tribus tabulis ad Sacrarii aram collocatis repræſentavit Joannes Bellinus.

Jacet in hac Eccleſia ornatiſſimo incluſus ſepulchro Jacobus Piſaurus Epiſcopus Paphenſis ſæpius in hoc opere memoratus, cujus hæc eſt emortualis inſcriptio : " Jacobus Piſau-
„ rius Paphi Epiſcopus, qui Turcas Bello ſeipſum pace vincebat
„ ex Nobili inter Venetos ad Nobiliorem inter Angelos Fa-
„ miliam delatus, Nobiliſſimam in illa die Coronam juſto Ju-
„ dice reddente, hic ſitus expectat. Vixit Annos Platonicos.
„ Obiit MDXLVII. IX. Cal. April.

Franciſcus quoque Foſcarus Dux, & Nicolaus Throno Dux pariter Venetiarum emortualem ſibi requiem in hoc Templo delegerunt, quorum hæc ſunt elogia.

„ Accipite Cives Franciſci Foſcari veſtri Ducis imaginem,
„ ingenio, memoria, eloquentia adhæc juſtitia, fortitudine
„ animi, ſi nihil amplius, certe Summorum Principum glo-
„ riam æmulari contendi. Pietati erga patriam meæ ſatiſfeci
„ nunquam. maxima bella pro veſtra ſalute & dignitate, ter-
„ ra, marique per annos plusquam triginta geſſi, ſumma fe-
„ licitate confeci. Labantem ſuffulſi Italiæ libertatem, Tur-
„ batores quietis compeſcui, Brixiam, Bergomum, Ravennam,
„ Cremam, Imperio adjunxi veſtro. Omnibus ornamentis
„ patriam auxi. Pace vobis parta Italia in tranquillum fœ-
„ dere redacta, poſt tot labores exhauſtos ætatis An. LXXXIV.

Digitized by Google

„ Ducatus Quarto ſupra triceſimum Salutisque MCCCLVII.
„ Cal. Novemb. ad æternam requiem commigravi. Vos Ju-
„ ſtitiam & concordiam quo ſempiternum hoc ſit Imperium
„ conſervate.

„ Nicolaus Thronus Optimus Civis, Optimus Senator,
„ Optimus Ariſtocratiæ Princeps fuit. Quo fœliciſſimo Duce
„ florentiſs. Venetorum Reſp. Cyprum Imperio aſcivit, cum
„ Rege Parthorum contra Turchum ſocia arma conjunxit,
„ fraudatam pecuniam viva illius effigie reſignavit, cujus in-
„ nocentiſs. manibus hanc meritam divini operis molem Phi-
„ lippus filius perenni æternitate poſuit.

Melchior quoque Triviſanus Venetæ Claſſis Imperator; Franciſcus Bernardus Eques, Paulus Savellus pro Republica Veneta adverſus Carrarienſes exercitus Imperator; Benedictus Piſaurus Divi Marci Procurator; atque Jacobus Marcello quater in Bello Cameracenſi Claſſis Dux, Ludovicus quoque Fuſcarenus Divi Marci Procurator, Federicus Cornarius, atque Petrus Æmilianus Vicentiæ doctiſſimus Epiſcopus monumentum, & elogium pariter in hac habent Eccleſia, in qua & Marcus Zeno Epiſcopus Torcellanus tumulatus fuit.

Franciſco Dandulo, atque Jacobo Piſauro Ducibus Venetiarum magnifica mauſolea erecta fuerunt, quibus inciſa leguntur ipſorum elogia.

„ Laudibus innumeris meritisque parentibus iſte
„ Franciſcus virtute nitens clariſſima proles
„ Dandula quem genuit, patriæ venerabilis hujus
„ Dux fuit illuſtris, qui libertatis amator
„ Edomuit faſtus tumidos & vincla reſolvit
„ Marchia quas dudum nimium quoque preſſa jacebat
„ Terviſina quidem vicinaque caſtra Salinis
„ Attentata ruit, clara dum rexit habenas,
„ Quaque decus terraque Mari ſucceſſibus auxit,
„ Hic Venetum patriam hoſti magis eſſe timenda
„ Fecit, at undeno ſolii præſignis in anno
„ Deceſſit fœlix Domini tunc mille trecentos.
„ Ter denosque novem Phœbus devolverat annos
„ Luxque novembris erat cunctis celeberrima divis:

„ Joan-

„ Joannem Piſaurum Venetum Ducem, aureum inter opti-
„ mos Principem vides, qui per mortes ad vitam prodiens
„ in lethali puerperio matrem ſervavit naſcendo . idem pa-
„ tria auguratus, cui naſceretur poſt inde patriæ totus vi-
„ vens, nullus ſibi apud Allobroges cum Carolo Emman. ar-
„ canam illam molitus machinam in Tellinæ vallis invaſores
„ impactas Ven. libertati compedes fregit in Galliam Ludov.
„ juſto glorioſe orbi catholico neceſſariæ Venetis, opportunæ
„ Gallicanæ quieti allaboravit in apulia Jacobi Regis mira
„ calliditate celatum, mira ſagacitate rimatus; priſcam be-
„ nevolentiam feliciter firmavit Romæ, intonante novo titu-
„ lorum decreto, Joanni Piſauro debuit Reſpub. quod maxi-
„ mis æquata regibus, avita jura ſervavit, hinc labris inna-
„ ta ſuada legatus ligatos eloquio Principes, quo Iubebat ad-
„ ducturus, ſemel ad Ladislaum Poloniæ Regem, bis ad Fer-
„ dinandum Auguſtum conciliator; mox ad Monaſterii Con-
„ ventum caduceator deſignatus, Mercurius videri potuit, ni
„ Martem oſtendiſſent Eridano Ripæ Romanis ereptæ, aut
„ Venetis aſſertæ; vel teſte calumnia; quæ veri facem, &
„ viri famam, ut extingueret, clariorem fecit ventilando.

„ Hoc vero, vel nolens fatere livor, quod regni pulcher-
„ rimi jactum voce argenti proprii exemplo publico ferro
„ cunctanter, ac conſtanter averſatus avertit, & Cretenſem
„ Venetis coronam, Venetam Italis gloriam conſervavit, ac
„ fere abſorptam Ottomanis extorſit, hinc tot labores maxi-
„ ma cumulans, labore Principatu proh quantum Patriæ Prin-
„ cipem dedit, nempe qualem orbis optaret, qui caput Rei-
„ pub. de vultu noſceretur, cui pro ſupercilio comitas, pro-
„ verbiis oracula, pro eroica teſſera conſtantia, atque reli-
„ gio, in dubiis magnificentia, ſupra regalem in conſiliis ſa-
„ pientiam, qua ævi ſui Salomon audiit in votis implacabi-
„ lis, in Chriſti hoſtes hoſtilitas; in nutu ſemper victris au-
„ ctoritas, quæ nuper quem major privato fuerit in privato,
„ feliciter oſtendit ingeniorum eruditioni, amor pietati; cœ-
„ litum plauſui reſtituta Societas Jeſu, ſic heu nimis breve
„ Principatus ſpatium, quod menſe poſt annum primum ſex-
„ to abſolvit geſtorum granditate protendit, atque ut etiam
„ poſt fata Reip. prodeſſet, florentiſs. ſobolem Patriæ oppi-

Pp 2 „gno-

Digitized by Google

„ gnoravit ex Leonardo fratris filio, qui opum hæres, Sena-
„ tor operum, Reipub. Procurator, Patrum amantiſs. qua de-
„ buit pietate vivum coluit qua potuit redivivum patriæ red-
„ didit. Vixit annos LXX. Devixit anno MDCLIX. Hic revi-
„ xit anno MDCLXIX.

In Capitulo autem honorifico ſepulcro conditum fuit corpus Joannis Gradonici Ducis, ſicuti & in Clauſtro viſitur ſepulcrum marmoreum deauratum, in quo jacet Jacobus Contarenus Dux Venetiarum.

Prope aram Crucifixi depoſitum fuit in pavimento Eccleſiæ anno 1576. corpus Titiani Vecellii Pictoris celeberrimi equeſtribus inſignibus exornatum, nullo tamen appoſito elogio. Emortualem ejus epigraphen Jacobus Palma poni curavit in Eccleſia S.S. Joannis & Pauli.

Ex adverſo Eccleſiæ latere ædes, & Oratorium Sodalitii Dominicæ Paſſionis exſurgunt. Initia apud Divi Juliani Templum habuiſſe incerto ævo traditur, quo ex loco ad Divæ Mariæ Glorioſæ Templum deductum fuit, ubi ad religioſos uſus hoſpitium, & in eo ſibi aram erexit: Cum vero ex vaſto incendio ædificia conflagraſſent anno MCVIIC. eleganti opere reſtituuntur, ut notat marmorea epigraphe loco affixa.

„ Ædes has olim incendio abſumptas, gratuito piorum ho-
„ minum ære reficiendas curarunt Jo. Baptiſta a Bella, hujus
„ Confraternitatis Cuſtos major, Jo. Serenellius Vicarius, Jo.
„ Beltramius cuſtos minor, & Jo. Archerius Scriba una cum
„ aliis Collegis Anno MDXCIII.

Oratorium in quo nonnullæ Sanctorum Reliquiæ coluntur, picturis ad aram, & ad lacunas diſpoſitis exornavit Jacobus Palma.

Licet Sodalitium hoc inter majora Urbis non adnumeretur, iisdem tamen, quibus & illa, fruitur privilegiis, Decemviralis Conſilii auctoritate protectum.

Joan-

Digitized by Google

Joannes Baduarius de confinio S. Jacobi de Luprio donat quamdam ſuam proprietatem terræ Ordini Fratrum Minorum.

A 1234. Octobris.

Et Archivo Fratrum Minorum S. Mariæ Glorioſæ.

IN nomine Domini Dei, & Salvatoris Noſtri Jesu Chriſti milleſimo ducenteſimo trigeſimno quarto menſis Octobris Indictione octava Rivoalto. Cum ad ſulcimen totius Catholicæ Religionis Ordo Fratrum Minorum noviter in Eccleſia ſit exortus, (a) quorum exemplo, verbo, & opere ad fructus pænitentiæ efficiendos quamplurimi incitantur qui vitam Apoſtolicam elegerunt, relinquentes omnia, quæ ſuper terram poſſederunt, ſolumque Jeſum Chriſtum Crucifixum ſequuntur, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis crucifigentes, dignum creditur, & Deo valde acceptum præſertim ad conſtructionem Domus Dei, in qua quidem ejus miſericordia imploratur, & laudes conferuntur, quod ſi quis de ſuis bonis ſive poſſeſſionibus aliquid duxerit eidem conferendum ſcripturarum vinculo annotetur, quæ facti ordinem exigente tempore manifeſtius repreſentent.

Igitur Ego quidem Joannes Badovarius de confinio S. Jacobi de Luprio cum meis heredibus facio manifeſtum quia vobis toto ordini Fratrum Minorum & veſtris ſucceſſoribus in Dei & Chriſti nomine do, dono, offero, atque tranſacto in perpetuum poſſidendum & habendum, hoc eſt cunctam & ſſipratotam illam proprietatem terræ & caſe coopertam & diſcoopertam in confinio S. Thome poſitam ſecundum quod firmat uno ſuo capite in calle communi vicinorum quæ diſcurrit juxta rivum, & alio ſuo capite firmat partim in quoddam calle eorumdem vicinorum communi, quæ diſcurrit in lacu, & partim in alio calli, quæ diſcurit juxta piſcinam, uno ſuo latere firmat in calli communi ipſorum vicinorum, quæ diſcurrit juxta locum alio ſuo latere firmat partim in tentorio & Eccleſiam eorumdem Fratrum Minorum habitant. Hanc autem cunctam & ſupertotam terram & prædeſſignatam partem terræ & caſe coopertæ & diſcoopertæ vobis prædicto Ordini Fratrum Minorum do, dono, offero, atque tranſacto cum omni longitudine & latitudine ſua cum capitibus & lateribus ſuis cum callibus quoque & viis ſuis cum acceſſu & egreſſu ſuo per terram & per aquam atque omnibus ſuis habentiis & pertinentiis ſeu coadiacentiis ſuis intro & foris, quæ tam ſubter terram, quam ſupra terram ibidem adeſſe noſcuntur, amodo in antea pleniſſimam virtutem & poteſtatem habendi, donandi, cultandi, & quidquid volueritis in ea ædificandi & faciendi, & cuicunque volueritis tranſactandi, & in perpetuum poſſidendi, vel quicquid inde vobis placuerit faciendi cum omnibus cartis novis & veteribus, & illarum vigore & robore nullo vobis homine contradicente, quia inde me per omnia foris facio. Unde plenam & irrevocabilem ſecuritatem facio ego predictus Joannes Baduario cum meis hæredibus vobis ſupraſcripto Ordini Fratrum Minorum & veſtris ſucceſſoribus quatenus de cuncta & ſupratota ſupraſcripta & prædeſſignata proprietate terræ & caſæ coopertæ & diſcoopertæ ſecure & quiete permaneatis impoſterum, quia nihil inde remanſit unde vos amplius requirere aut compellere valleam per ullum ingenium. Si igitur contra hanc

(a) Ordo Minorum a Divo Franciſco inſtitutus confirmatus fuit ab Honorio III. anno 1210.

hanc donationis & oblationis certam ire temptavero, tunc emendare debeam cum meis hæredibus vobis & veſtris ſucceſſoribus auri libras quinque, & hæc donationis, & oblationis, atque ſecuritatis carta maneat in ſua firmitate.

✠ Ego Johannes Badovario m. m. ss.
✠ Ego Daniel Fuſchari tt.
✠ Ego Marinus Zane tt.

Ego Donatus S. Mariæ Matris Domini Presb. & Not. complevi & roboravi.

Daniel Fuſchari nomine Fratrum Minorum emit quamdam proprietatem terræ poſitam in confinio S. Thomæ.

B 1236. 5. Julii.

Ex autographo in Archivo S. Mariæ Glorioſæ Fratrum Minorum.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jesu Chriſti. Anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo ſexto. Die quinto intrante menſe Julio Indictione nona rivoalti. Manifeſtum facio Ego Anſelmus rana de confinio S. Thoma cum meis heredibus, quia do vendo atque tranſacto tibi namque Danieli Fuſcari de confinio S. Crucis, procuratori videlicet Fratrum Minorum apud locum S. Mariæ commorantium, & tuis ſucceſſoribus, hoc eſt totam unam meam proprietatem terre & caſe coopertam & diſcoopertam in ſupraſcripto confinio S. Thome poſitam ſecundum quod firmat ab uno ſuo capite in calle communi, quæ diſcurrit verſus locum Fratrum Minorum & ab alio ſuo capite firmat in rivo. Unum ſuum latus firmat in .... ſuum latus firmat in dicto loco Fratrum Minorum. Hanc autem ſupraſcriptam & predeſignatam proprietatem terre & caſe coopertam & diſcoopertam cum omni longitudine & latitudine ſua cum capitibus ſuis cum callibus & viis ſuis cum acceſſu & egreſſu ſuo per terram & per aquam atque cum omnibus habentiis, & pertinentiis ſeu adjacentiis ſuis ab intus & foris, que tam ſubtus terram quam ſupra terram ibidem adeſſe noſcuntur, atque cum omnibus cartis novis & veteribus & illarum vigore & robore ad ſupraſcriptam & predeſignatam proprietatem pertinentibus tibi do, vendo, & tranſacto amodo in antea intromittendi, habendi, tenendi, dominandi, dandi, donandi, vendendi, commutandi, & in perpetuum poſſidendi, vel quicquid inde tibi placuerit faciendi nullo tibi homine contradicente quia exinde me per omnia foris facio. Pretium autem placitum ac diffinitum exinde a te recepi libr. denar. Venet. centum quinquaginta Quapropter plenam & irrevocabilem ſecuritatem facio Ego ſupraſcriptus Anſelmus Rana cum meis heredibus tibi prefato Danieli Fuſcari Procuratori dictorum Fratrum Minorum & tuis ſucceſſoribus quatenus tam de ſupraſcripta & predeſignata proprietate terre & caſe cooperta & diſcooperta quam & de ſupraſcripto ejus pretio ſecurus & quietus permaneas in perpetuum, quia nichil inde remanſit unde te amplius requirere aut compellere valeat per ullum ingenium. Excepto quod ſi aliquod ædificium vel laborerium aliquis ædificare & facere voluerit ſuper terram ſupra-

Digitized by Google

ſupraſcripte & predeſignate proprietatis gronda ipſius edificii vel laborerii, quod factum & edificatum ibi fuerit non debet excedere nec tranſcendere inferiorem ſuglarem (*a*) illarum trium feneſtrarum, que ſunt poſite in muro mee proprietatis in qua reſideo, nec debet pluere ipſa gronda ſuper murum dicte mee proprietatis, ſed juxta ſecundum uſum & modum noſtre patrie. Et ſi aliquo tempore laborerium vel edificium ſuper ipſam terram predeſignate proprietatis aliquis edificare vel facere voluerit in ſolario vel alio modo elevare ſuper ſupraſcriptas feneſtras ipſum laborerium vel edificium debet diſtare & fieri quatuor pedibus longe a muro ſupraſcripte mee proprietatis, in quantum videlicet comprehendunt ſupraſcripte tres feneſtre, prout modo eſſe videntur. Quod ſi contra hanc venditionis & ſecuritatis cartam ire temptavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus tibi & tuis ſucceſſoribus totum tuum ſupraſcriptum pretium in duplum, & inſuper auri libras quinque, & hæc venditionis & ſecuritatis carta in ſua firmitate permaneat. Signum ſupraſcripti Anſelmi qui hec fieri rogavit.

✠ Ego Leonardus Presb. tt. ss.
✠ Ego Albertus Diac. tt. ss.

Ego Joannes Presb. & Pleb. Eccl. S. Silveſtri & Not. complevi & roboravi.

Raynerius Geno Dux Venetiarum, nomine Fratrum Minorum emit proprietatem terræ & caſæ poſitam in confinio S. Thomæ.

C 1255. 5. Februarii M. V. (*b*)

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ Glorioſæ de Venetiis.

IN Nomine Dei Eterni Amen. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto menſis Februarii die quinto intrante Indictione quartadecima Rivoalti. Manifeſtum facio Ego Thomas Storlada filius Phylippi Storladi de confinio S. Bartholomæi. Quia in Dei nomine do, vendo, atque tranſacto vobis Domino Raynerio Geno Dei gratia Venetiarum, Dalmatie, atque Croatie Duci pro commune Venetiarum nomine Fratrum Minorum & veſtris ſucceſſoribus cunctam & ſuper totam unam meam proprietatem terre & caſe poſitam in confinio S. Thome Secundum quod firmat unum ſuum caput in proprietate, que fuit Anſelmi Ranæ, & aliud ſuum caput partim firmat in proprietate quondam Leonardi Guilielmi, & firmat in calle quinque pedes latitudines ejuſdem Leonardi partimque in calle communi, unum ſuum latus firmat partim in proprietate quondam dicti Leonardi & partim in rivo. Aliud ſuum latus firmat partim in proprietate quondam Ma-

(*a*) Suglaris fortaſſe ponitur pro Solario, qua voce uſi ſunt, ſæpe ſæpius ſcriptores in Documentis Inferioris Ævi-Veneti vulgo *ſogier* appellant limen ſeu feneſtrarum, ſeu portarum.

(*b*) Annus 1255. ex appoſitione Indictionis XIV. cenſendus eſt annus Veneto nomine ſignatus, ideoque annus æræ vulgaris 1256.

Digitized by Google

Marini Guilielmi & partim in calle communi. Hanc autem ſupraſcriptam & predeſignatam proprietatem terræ & caſæ coopertæ & diſcoopertæ vobis do, vendo, atque transacto cum omni longitudine & latitudine ſua cum capitibus & lateribus ſuis cum callibus quoque & viis ſuis cum acceſſu & eggreſſu ſuo per terram & per aquam, atque cum omnibus habentiis & pertinentiis ſeu adjacentiis ſuis intus & foris, quem tam ſubtus terram, quam ſuper terram ibidem adeſſe noſcuntur. Amodo pleniſſimam virtutem & poteſtatem intromittendi, habendi, tenendi, dandi, vendendi, commutandi, in perpetuum poſſidendi, vel quicquid inde vobis placuerit faciendi cum omnibus cartis novis & veteribus, & illarum vigore, & robore ſupraſcriptæ & prædeſignatæ proprietati pertinentibus, ex ipſa enim ab hodie in antea me foris facio, & in veſtra pleniſſima virtute & poteſtate relinquo, & refuto ad faciendum inde quicquid vobis placuerit, nemine vobis contradicente. Pretium autem placitum & diffinitum intes nos a vobis de habere dicti communis Venetiarum libr. denar. Venet. Quingenta minus viginti quinque Recepi. Quapropter plenam & irrevocabilem ſecuritatem facio Ego ſupraſcriptus Thomas Storlado cum meis heredibus vobis ſupraſcripto Domino Duci & veſtris ſucceſſoribus, quatenus de ſupraſcripta & predeſſignata proprietate terre, & caſe, & de ejus ſupraſcripto pretio ſecuri, & quieti permaneatis. Quia nihil inde remanſit, unde vos requirere, aut compellere valeam per ullum ingenium. Si igitur contra hanc venditionis, & ſecuritatis cartam ire temptavero, tunc emendare debeam cum meis heredibus vobis, & veſtris ſucceſſoribus totum ſupraſcriptum pretium in duplum, & inſuper auri libras quinque & hæc venditionis & ſecuritatis carta nihilominus in ſua permaneat firmitate Signum ſupraſcripti Thomæ qui hæc rogavit fieri.

✠ Ego Petrus Fuſcarenus teſtis.
✠ Ego Grandonius de Troja teſtis.

Ego Johannes Presb. S. Bartholomei Not. complevi & roboravi.

Raynerius Geno Dux Venetiarum, nomine Fratrum Minorum Sanctæ Mariæ emit domos poſitas in confinio S. Thomæ.

D 1266. 2. Septembris.

Ex autographo in Archivo S. MariæGlorioſæ Fratrum Minorum.

IN Chriſti Nomine Amen Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ducenteſimo ſexageſimo Sexto Menſis Septembris die ſecundo intrante Indictione decima Rivoalti. Manifeſtum facio Ego Andreas Rana de confinio S. Thomæ cum meis heredibus. Quia in Dei & Chriſti nomine do, vendo, atque tranſacto vobis Domino Raynerio Geno Dei gratia Venetiarum, Dalmatiæ, atque Chroatiæ Duci & veſtris ſucceſſoribus nomine Fratrum Minorum de Venetiis totam meam partem de cuncta videlicet & ſuper totam unam proprietatem terre & caſe coopertam & diſcoopertam in eodem confinio S. Thomæ poſitam ſecundum quod tota ipſa proprietas firmat ab uno ſuo capi-

capite in rivo unde habet introitum & exitum junctorium & jaglaciones & alio ſuo capite firmat in via communi unde habet introitum & exitum uno ſuo latere firmat in loco fratrum Minorum & ab alio ſuo latere firmat interra vacua, que eſt piſcina unde habet introitum & exitum & junctorium, & jaglationes in dicto rivo, in qua parte de terra hujus proprietatis poteſtatem habet faciendi buſinum ſubterraneum qui diſcurrere debet in dicto rivo illam videlicet proprietatem, que firmat ab uno ſuo capite in dicto rivo unde habet introitum & exitum junctorium & jaglaciones & ab alio ſuo capite firmat in muro, qui eſt poſitus inter porticum & cameram hujus proprietatis porticellum vero claudere debet utraque pars de omnibus expenſis a terra ſurſum quantum eſt ille murus alter & ita groſſus eſſe debeat per totum ſicut murus.... qui murus totus ab uno capite diſcurrendo recto tramite per latitudinem in ſuis poſituris usque ad aliud caput communis de.... habet in eam proprietatem & diviſionem Homoboni Rana fratris mei, ita quod illa pars, quæ laborare voluerit ſuper prædicto muro laborare poſſit quandocunque voluerit ita quod alteri proprietati dampnum ſuccedere non poſſit quod ſi illa pars, que non laboraverit ipſum murum utilitatem voluerit in ipſo muro....... omnibus terralibus ponendis in ipſo; medietatem vero ipſius muri proprietati, que laboraverit perſolvere debeat ab uno ſuo latere firmat in .... Fratrum Minorum & alio ſuo latere firmat in ſupraſcripta terra vacua tamen hec pars habere debet portam & introitus quam proprietas noſtri Judicis exinde ſecundum meum conſtitutionis ordinem ... fuerunt libras denar. Venet. triginta quinquaginta & poſtmodum ſtradari fecerunt .... vel ... aut aliquis alius eam emere vellet ... nullus comparuerit, qui eam emere voluiſſet, niſi vos qui comparueritis infra triginta dies pro ipſa emenda, & pignus ad rationem de decem libr. per centenarium preſervaſtis nomine Fratrum Minorum ſupraſcriptorum idcirco pro ſupraſcriptis libris denar. Venet. triginta quinquaginta dictam proprietatem vobis do, vendo, atque tranſacto nomine dictorum Fratrum Minorum cum omni longitudine & latitudinem ſua cum capitibus & lateribus ſuis cumcallibus quoque & viis ſuis cum acceſſu & egreſſu ſuo per terram, & per aquam, atque cum omnibus habentiis & pertinentiis, atque adjacentiis ſuis intus & foris, quæ tam ſubtus terram quam ſupra terram ibidem adeſſe noſcuntur amodo cum plena virtute & poteſtate intromittendi, habendi, tenendi, vendendi, dominandi, dandi, donandi, & in perpetuum poſſidendi, cum omnibus cartis novis & veteribus & illarum vigore & robore ad ipſam proprietatem pertinentibus nemine vobis contradicente. Pretium autem ſecundum ſupraſcriptorum Judicum examinatorum extimationem a vobis nomine ſupraſcriptorum Fratrum Minorum .... libr. denar. Venet. triginta quinquaginta. Quapropter plenam & irrevocabilem ſecuritatem facio Ego ſupraſcriptus Andreas Rana de confinio S. Thomæ cum meis heredibus vobis ſupraſcripto Domino Raynerio Ven. Inclito Duci Venetiarum cum veſtris ſucceſſoribus quatenus tam de ſupraſcripta & predeſignata proprietate, quam de ſupraſcripto ejus precio ſecuri & quieti permaneatis in perpetuum, quod nichil inde remanſit unde vos requirere aut compellere valeam per ullum ingenium. Si igitur contra hanc vendicionis & ſecuritatis cartam ire temptavero tunc emendare debeam cum meis hæredibus vobis & veſtris ſucceſſoribus auri libras quinque & hec vendicionis & ſæcuritatis carta in ſua maneat firmitate. Signum ſupraſcripti Andrea qui hec rogavit fieri.

Ego Aldegarinus Presb. teſt. ss.

Ego Johannes Flabanicus Cler. tt. ss.

Ego Beltramus Presb. Canonicus & Not. complevi & roboravi.

Digitized by Google

Nicolaus IV. viſitantibus Eccleſiam Beatæ Mariæ Virginis Fratrum Minorum de Venetiis certis ſtatutis diebus Indulgentias elargitur.

E

1280. 23. Auguſti.

Ex Autographo in Monaſterio S. Mariæ Glorioſæ Venetiarum.

NIcolaus Epiſcopus Servum Servorum Dei univerſis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis. Vitæ perennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium coronat aciem Civium ſupernorum a redemptis pretio ſanguinis ſuſi de pretioſo corpore Redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter que illud eſſe pregrande dinoſcitur, quod ubique, ſed precipue in Sanctorum Eccleſiis Majeſtas Altiſſimi collaudetur. Rogamus itaque univerſitatem veſtram & hortamur in Domino in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Eccleſiam dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum de Venetiis Caſtellanæ Dioceſis imploraturi a Domino veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim ut Chriſtifideles quaſi per premia ſalubriter ad merita invitemus de Omnipotentis Dei miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui eamdem Eccleſiam devote viſitaverint annuatim in ſingulis B. M. V. in cujus honore dicta Eccleſia dicitur eſſe conſtructa, ac Sanctorum Franciſci & Antonii Confeſſorum feſtivitatibus, & per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes unum annum & quadraginta dies de injuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus.

Datum apud Urbem Veterem (a) x. Kal. Sept. Pontif. Noſtri Anno III.

(a) Apud Urbem Veterem degens Nicolaus IV. multa Diplomata edidit, quæ refert Raynaldus in Hiſt. Eccl. ad ann. 1280.

Pius II. Indulgentias elargitur viſitantibus Eccleſiam S. Mariæ Glorioſæ Venetiarum certis ſtatutis ſolemnitatibus.

F

1463. 20. Maii.

Ex Archivo S. Mariæ Glorioſæ Fratrum Minorum.

PIus Epiſcopus Servus Servorum Dei Univerſis Chriſtifidelibus preſentes litteras inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dum precelſa meritorum inſignia, quibus Regina cœlorum Virgo Dei Genitrix Glorioſa ſedibus prælata ſidereis quaſi ſtella matutina prærutilans devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur. Dum etiam intra pectoris archana revolvimus, quod ipſa, utpote miſericordiæ mater, & gratiæ ac pietatis amica, humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui delictorum oneribus pregravantur ſedula exoratrix & pervigil ad Regem, quem genuit, intercedit. Dignum quin

potius

potius debitum arbitramur oratoria ad honorem sui nominis dedicata gratioſis remiſſionum proſequamur impendiis, & indulgentiarum muneribus decoremus. Cum itaque ſicut dilectus filius noſter Petrus Barbo (a) titulo S. Marci Presb. Cardinalis Venetiarum nobis nuper expoſuit ipſius progenitores a tempore memoria hominum excedente in Eccleſia S. Mariæ Domus ſive Conventus Fratrum Ordinis S. Franciſci Venetiarum della Caſa grande nuncupata ſepulturam ſuam elegerint, & inibi inhumari conſueverint, & noviſſime quondam Paulus Barbo ipſius Cardinalis Germanus in Eccleſia ipſa Eccleſiaſticæ ſepulturæ traditus exiſtat, & propterea Cardinalis ipſe ad Eccleſiam ipſam, ut aſſerit ſpecialem gerat devotionem & affectum. Nos ipſius Cardinalis piam devotionem in Domino plurimum commendantes, & cupientes, ut Eccleſia ipſa proinde congruis honoribus frequentetur, & Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa ad eccleſiam ipſam confluant, & ad illius ac dictæ domus reparationem & conſervationem, nec non calicum, librorum, ornamentorum, & luminarium manutentionem eo promptius manus porrigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono celeſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos, dicti Petri Cardinalis in hac parte ſupplicationibus inclinati de Omnipotentis Dei miſericordia ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus Chriſtifidelibus vere penitentibus & confeſſis, qui in ſingulis Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti & Aſſumptionis B. Mariæ nec non dicti S. Franciſci feſtivitatum diebus eccleſiam ipſam anno quolibet devote viſitaverint, & ad Eccleſiæ & domus hujuſmodi reparationem & conſervationem, ac luminarium, calicum, librorum, paramentorum, & aliorum inibi neceſſariorum manutentionem manus adjutrices porrexerint, aut alias inibi pias elemoſinas erogaverint, in ſingulis feſtivitatum hujuſmodi diebus ſeptem annos & totidem Quadragenas de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Preſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem; quod ſi alias viſitantibus dictam Eccleſiam, ſeu ad illius fabrice reparationem, reſtaurationem, & conſervationem manus adjutrices porrigentibus, aut alias inibi pias elemoſinas erogantibus ſeu alias aliqua indulgentia imperpetuum, vel ad certum tempus forſan vel nondum elapſum duratura per nos conceſſa fuerit preſentes littere nullius exiſtant roboris vel momenti.

Datum Romæ apud S. Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo tertio. Tertiodecimo Kalend. Junii Pontificatus noſtri Anno Quinto.

(a) Fuit poſtea Paulus II.

DE MONASTERIO SANCTI NICOLAI DE LACTUCA.

NIcolaus Leo Divi Marci Procurator, cui ob deteɛtam Marini Faletri Ducis conjurationem Reſpublica libertatem, & ſalutem jure refert acceptas, dum æger decumberet Lactucas, (quas cupidus fruſtra alibi quæſiverat) a Fratribus Minoribus Conventualibus ex ipſorum horto decerptas dono accepit, quarum comeſtione priſtinæ ſanitati (ut traditur) reſtitutus in grati animi teſtimonium prope ipſorum Fratrum hortos Eccleſiam Divo Nicolao ſacram erexit, ex mirabilis ſanitatis eventu Sancti Nicolai de Lactuca nuncupatam, cui deinde ædes adjecit, quas anno MCCCXXXII. Divi Marci Procuratoribus de Ultra in Juſpatronatum ab ipſo commiſſas teſtatur marmorea inſcriptio Eccleſiæ parietibus affixa.

Nico-

Digitized by Google

Nicolaus Leo Procurator
Templo Cœnobioq. D.Nicolai funditus extructis
D. Marci Procuratoribus de Ultra
In Juspatronatum committit
Anno 1332.
Tanti Herois Religionem Providentiam
Procuratores de Ultra
Angelo Mauroceno Capſario
Hoc Monumento inſtaurato
Eternitati donarunt.

Anno deinde MCCCLIII. ipſe Nicolaus Avenionem profecturus pro Republica Veneta ad Summum Pontificem Innocentium hujus nominis Sextum Orator deſignatus teſtamento die 13. Februarii, ejusdem anni confecto Eccleſiam, & Monaſterium Fratribus Minoribus Conventualibus, quos receptæ ſalutis Miniſtros agnoſcebat perpetuo munere attribuit ſtatuto Fratrum numero, qui Divina officia ibi frequentarent.

Præter eam, quam recenſivimus Epigraphen, binæ aliæ marmori pariter inſculptæ ſeſe offerunt conſpiciendæ, in quarum una Januæ, qua patet aditus ad ſacrarium, appoſita benefici fundatoris memoria, & annus ejus emortualis renuntiatur.

Nicolao Lion Senatori Optimo Oratorii hujus
Atque Monaſterioli benefico Fundatori
Obiit Anno Chriſti 1356.

In altera vero anno 1677. parieti affixa, Diſthicon ſequens cauſam aperit fundationis.

Anno MCCLXXVII. Nicolaus Leo
Victoriam mortis dedit hic Lactuca Leoni
Inque domo, & Templo vivit & ipſe Leo.

Cla-

Clariſſimi Viri effigies parieti ſacrarii adhæret, & ſubjecta illi inſcriptio nomen ejusdem, & legationes commemorat, quibus Reipublicæ nomine apud Clariſſimos Europæ Principes ſingulari prudentia perfunctus eſt.

„ Nicolaus Leono Orator Duci Auſtriæ, Archi-Præſuli Me-
„ diolani Duci bis, Auguſto Cæſari ac Innocentio VI. Pont.
„ Max. D. Marci Procurator Monaſterii hujus Fundator.
„ Obiit anno Domini 1356.

Eccleſia nonnullis Divorum lipſanis decorata, atque eximiis Titiani aliorumque Clariſſimorum Pictorum laboribus exornata a Marco Medice Clodienſi Epiſcopo anno 1582. conſecrata fuit, cujus ſolemnitatis memoriam lapidi inſcribi juſſit Frater Federicus Ulmius, dum in eo Monaſterio Cuſtodis munere fungeretur.

Templum hoc Divo Nicolao
Dicatum
Conſecratum fuit a R.^{mo} Pre.
Dno. Marco Medice Epiſcopo Clo-
dienſi. Anno milleſimo Gen.° Octua-
geſimo ſecundo. Die Decima Sep-
tima Auguſti.
F. Federicus Ulmius
Ad perpetuam rei memoriam.

Ulmii mentionem ingerit epigraphe, quam ipſe ad Divi Franciſci Seraphici Sacellum a ſe in Domus Periſtylio ædificatum juſſit inſcribi.

In

In honorem Dei Opt. Max.
Seraphico Petri Franciſco
Federicus Ulmius Venetus ex
Ordine Minor. Cuſtos hujus
Monas. ſingulari devotione
Hoc Sacellum dicavit.
An. M.DXCVIII. Menſ. Apr.

Alterum quoque Sacellum Eccleſiæ adjacet, Deiparæ Virgini, quam a Pietate vocant, dicatum, cujus aram, primo in Urbe Veneta privilegio, indulgentiis ampliſſimis ditavit Gregorius XIII. Pontifex Maximus.

GREGORIUS XIII. PONTIF. MAX.

„ Precibus R. D. D. Annibalis de Capua ejus Legati perpetuo conceſſit, ut quoties Sacerdos quicumque ſit Miſſam ad Altare Pietatis in hoc D. Nicolai Templo nuper erectum pro unius animæ in Purgatorio exiſtentis libertate celebraverit, eas peccatorum remiſſiones, eaſdemque indulgentias ipſa obtineat Anima, quas ſi ad Altare S. Gregorii de Urbe huic tam pio operi deputatum hujuſmodi Sacra perſolverit, omnino conſequeretur, quod etiam diplomate ſtabili voluit eſſe teſtatum.

PONTIFICATUS SUI ANNO VI.

„ Altare hoc Pietatis primum in Civitate privilegiis decoratum fuit. Anno Salutis MDLXXVII.

Jacet in hac Eccleſia Urbanus Bolzanius Bellunenſis de ejusdem Monaſterii familia Vir Latinæ, Græcæque linguæ peritiſſimus, qui Venetiis Homerum frequentiſſimis auditoribus interpretando explanavit, tum Græce linguæ elementa, & inſtitutiones ad ſtudioſæ juventutis uſum duobus libris complexus

xus eſt ; in cujus tumulo Vir Clariſſimus Pierius Valerianus hoc elogium inſcripſit.

Urbano Bolzanio Bellunenſi
Minorit. Familiæ Sacerdoti
Summæ integritatis & innocentiæ.
Qui Græcas litteras extorres jam pridem
Et procul a terra Italica exulantes
Nobis ſumma cum docendi, tum ſcribendi cura
Princeps aſſeruit.
Pierius Valerianus Bolzanius ex fratre nepos
Inſtitutionis, educationisque memor poſuit.
Vixit annos LXXXV. menſes III. dies XII. In voluntaria
Paupertate fœliciſſimus
In omnes, quod potuit, officioſiſſimus,
Nulli unquam injurius. MDXL. Menſe Aprilis.

Reliqua hujus Monaſterii monumenta deſiderantur ſiquidem Anno 1743. ex fortuito incendio intempeſta nocte cohorto potior Monaſterii pars conflagravit, quæ tamen Divina favente clementia in priſtinam formam reſtituta eſt.

Digitized by Google

DE
ECCLESIA
S. ROCHI CONFESSORIS.

Obſcura, & exilia apud Divi Juliani Templum exordia habuit illuſtre nunc Divi Rochi Sodalitium, quod inter magnas (ut vocant) Urbis ſcolas principem locum, & ædium magnificentia, & piorum operum numero jure & merito ſibi vindicat. Fundatum fuiſſe in ea Eccleſia traditur circa annum Mccccxv. eo ſcilicet tempore, quo xvi. Synodus Œcumenica Conſtantiæ coacta Divi Rochi ſanctitatem & cultum publico venerationis teſtimonio approbavit, ejuſque patrocinium adverſus fœde gliſcentem peſtilentiam proſpero eventu populi paſſim omnes implorarunt; quæ quidem circa tempora, & aliud minoris ſane nominis Sodalitium apud S. Mariæ Glorioſæ, Eccleſiam Fratrum Minorum erectum fuit, cujus documenta penitus perierunt. Dum igitur in ea Eccleſia piorum virorum cœtus aſſiduis ſeſe exercet Chriſtianæ religionis officiis, horrida peſtis urbem invaſit, a qua cum in dies multa hominum millia abſumerentur, religioſum Divi Rochi Sodali-

Digitized by Google

tium, interveniente Decemviralis Conſilii Decreto Anno MCCCCLXXVIII. die XXX. Novembris edito, iram Altiſſimi humilis pœnitentiæ operibus ab urbe avertere ſtuduit, ſolemnique ſupplicatione indicta plurimi ex Confratribus centeſimum æquantes numerum obtecto vultu nudatisque humeris publice flagellis ſe cedere maxima cum urbis admiratione voluerunt; nec eorum pietati ſatis fuit ſanguinem pro populi peccatis effundere, ſed & animam pro fratribus ponentes ſpreto mortis timore Confratrum defunctorum corpora peſtifero morbo exanimata eccleſiaſticis ritibus tumulo dederunt.

His admirabilis pietatis officiis ita civium ſibi animos devinxerunt, ut Confratrum numero in dies excreſcente, de Collegio ampliori in loco fundando conſultum ſit. In Divi Samuelis confinio ab Eccleſia Divi Juliani digreſſos primum conſtitiſſe teſtis eſt Sabellicus, qui lib. II. de ſitu Urbis aſſerit *Rochianum Collegium ad Rochi & Suſannæ aram conceſſiſſe*. Authoris verba jam Operis hujus Tom. III. pag. 388. allata, liceat hic iterum exhibere: " Hinc flexus ad Rochi & „ Suſannæ aram: huc his paucis annis Rochianum Colle„ gium conceſſerat, ac pluribus ædificiis ſolo æquatis, quæ „ ad hoc ipſum coemerat novum ſibi conclave, cum divi æde „ erigere adortus eſt: ſublato inde veteri lupanari ingentem „ explicaverat ad ædificandum aream: quum repente mutato „ conſilio cum ipſis ſacris, ac Divi corpore ex gallia nuper „ delato: & quod pro tempore in Geminiani phano religio„ ſe fuerat aſſervatum: in vetuſtiſſimum phanum ultra rivum „ commigravit: noviſſime hinc cum omni cerimonia profe„ ctum eum circa Minorum ædem locum inſtauravit, ubi „ prima fuerant divo jacta fundamenta, eſt id hodie quam„ quam recens ex quinque celeberrimis urbis collegiis; unum „ illis igitur abeuntibus locus eſt iterum prophanatus: ſed „ non multo poſt in ſacrum uſum reſtitutus: traductusque „ eo frequens virginum cœtus ædes cum virginio tumultua„ rio pene opere extructa: Rocho & Suſannæ ſacra relin„ quunt ". Vetuſtiſſima & ignotæ originis ibi erat Divæ Suſannæ Eccleſia (Romanæ ne an Babilonenſi dicata incertum) cujus titulus ex Sodalitii adventu adjecto Rochi nomine geminatus fuit, & Sanctorum Rochi & Suſannæ dicta eſt, poſtmodum vero ex fundato a Sanctimonialium S. Margaritæ Torcel-

Digitized by Google

cellenſis Cœnobio in Titulum Sanctorum Rochi & Margaritæ pertranſiit, quamvis enim Divi Rochi ſodalitas ex loco ante Monaſterii conſtructionem receſſiſſet, religioſa tamen Decemvirum lege die XXIII. Septembris anno MXVD. lata cautum fuerat, ne locus ipſe, neve adjacentes ædes (ad quas nonnullæ meretriculæ ſeſe receperant) in lupanar converterentur. Eo itaque in loco dum Collegium Divo Rocho dicatum ſedem haberet, venerabili Divi Protectoris corpore (ſi Sabellico, qui circa ea tempora opus ſuum concinnavit adhibenda ſit fides) potitum fuit, quod ex Viguerico Mediolanenſis ditionis. oppido recenter delatum per aliquod temporis intervallum in Divi Geminiani Eccleſia, teſte eodem Sabellico religioſe aſſervatum fuit : Ubi autem egregius vir aſſerit Divi corpus *ex Gallia* fuiſſe delatum, de Ciſalpina Gallia Italice *Lombardia* utique intelligendus eſt, in cujus finibus conſtat Viguericum Oppidum ſitum exiſtere. Translationis hiſtoriam mox afferemus.

Nec tamen eo in loco diutius conſiſtere ex ædium anguſtia datum fuit, quapropter devoti viri de ampliori ſitu ſolliciti facultatem a Decemvirali Conſilio die XXXI. Auguſti anno MXXD. impetrarunt, ut ſibi apud Fratrum Minorum ædes transferre ſe liceret, eique Sodalitio ſe adjungere, quod eodem in loco antiquis temporibus conſtitutum fuerat, quo Decreto Sodalitium Sancti Rochi, Magni nomine inſignitum illuſtrioribus Urbis Collegiis (Scholas Magnas vocant) quinto loco adnumeratum fuit; nec multo poſt anno nempe inſequenti die XVI. Martii conſtitutiones pro meliori Sodalitii regimine exaratæ, & in codicem vulgo *Mariegola* redactæ novo Xvirum juſſu confirmatæ fuerunt.

Quamvis autem ex Decemvirali lege ad Ædes Fratrum Minorum accedere oporteret, tamen hoſpitio ibidem vix incepto imperfecta re ad S. Silveſtri Eccleſiam transmigrarunt, ubi Patriarchale olim Gradenſe Palatium Maphæus Girardo Patriarcha Venetiarum *viſa* prius *licentia ſibi conceſſa per Nicolaum Franco Legatum Apoſtolicum a latere, & viſa licentia Illuſtriſſimi Conſilii de Decem*, quæ data fuerat anno MXVD. die XXV. Maii, *inſigni jurisconſulto D. Andreæ de Bolzano Guardiano Scholæ S. Rochi, & ſ. Jacobo de Datiariis Vicario pro ſe & omnibus confratribus acceptantibus jure livelli ſeu*

emphiteoſis publico inſtrumento ſub annuo canone livellavit. Conceſſionis inſtrumentum die xviii. Junii anno MccccLxxxvi. in publicas tabulas redactum dedimus ex integro in Eccleſia S. Silveſtri Tom. III. pag. 145. Hæc omnia obſcure, & confuſe innuit ipſe Sabellicus dum ait: *Collegium Rochianum in vetuſtiſſimum phanum ultra rivum commigravit: noviſſime hinc cum omni ceremonia profectum eum circa Minorum ædem, locum inſtauravit: ubi prima fuerant Divo jacta fundamenta.*

Per tres circiter annos apud S. Silveſtri Eccleſiam perſtiterunt Confratres, qui anno Mxid. die vii. Aprilis de perpetua manſione ibidem firmanda legem tulerunt. Exorto mox inter ipſos, & Divi Silveſtri Plebanum acri diſſidio ſtatutum fuit communi omnium ſuffragio die xvii. Junii ejuſdem anni inchoata apud S. Mariæ Glorioſæ Templum ædificia repetere, quod ut ſolidius ageretur quatuor ex Confratrum cœtu delecti ſunt viri, qui cum Fratribus Minoribus de loco comparando convenirent; & Decemviralis Conſilii facultatem ad transmigrandum impetrarent. Publica itaque facultate die xxvi. Septembris ad pium opus accepta pactiones in plurima capita diſtributæ firmatæ fuerunt, die xxiii. Decemb. eodem anno Mxd. & in publicas tabulas per Paſinum de Gratarolis, Venetum Notarium redactæ.

Sacra itaque ædes iiſdem ferme diebus a fundamentis inchoatur, quam mirabili celeritate perfectam fuiſſe ex ſolemni Sodalitii ſtatuto deducitur, quo die xxi. Martii anni ſeſequentis Mixd. Comitia Confratrum Generalia juſſerunt, ut venerabile Divi Rochi Protectoris corpus ex loco S. Silveſtri ad recens apud Fratres Minores ædificatam Eccleſiam deduceretur. Quamvis autem in nondum perfecto Sodalitii Templo Officia Divina peragerentur, tamen ipſius Comitia adhuc ann. Mixd. in Patriarchali Gradenſi Palatio cogebantur, cujus anni die xxviii. Auguſti ſtatutum, ut ejuſdem Palatii emphitheoſim renuntiantes de apto loco in quo hoſpitium errigerent, cum Capitulari Divi Pantaleonis Collegio agerent; Anno deinde Mdxiv. die vi. Auguſti placuit omnibus, ut quædam lateritia fornax, treſque ei adhærentes domunculæ in loco, qui Caſtrusfortis dicitur, in confinio S. Pantaleonis apud novam Divo Rocho erectam Eccleſiam, a Capitulo S. Pantaleonis æquo pretio emerentur, quod cum ſtatutis pro

pre-

Digitized by Google

pretio *mille ducatis auri* actum fuiſſet, Joannes Franciſcus de Ricciis SS. Hermagoræ & Fortunati, & Jacobus de Graſſolariis S. Apollinaris Plebani, Commiſſarii & Exequtores Apoſtolici a Leonardo S. R. E. titulo S. Suſannæ Cardinali, magno pœnitentiario ſpecialiter deputati, *transactionem & alienationem in evidentem utilitatem dictæ Eccleſiæ S. Pantaleonis cedere* cognoſcentes, ipſam authoritate Apoſtolica ſibi conceſſa approbaverunt, & confirmarunt die VIII. Auguſti anno MDXVI. (A). Loco igitur in Sodalitii jura rite deducto, in eo aulam & hoſpitium ad religioſos Confratrum uſus magnificentiſſimo opere erigi mandatum eſt, quorum perfectiori diſpoſitioni Architectus præficitur Sanctus Lombardus Julii filius, qui celeberrimi Patris ſcientia & auxilio fretus elegantiſſimum, & plane admirabile ædificium erexit.

Impenſas tanto tamque ſumptuoſo operi neceſſarias affluenter pietas Divina ſuppeditavit, ſiquidem cum ad Pilam Sacelli majoris expoſita fuiſſet, veneranda imago Jeſu Redemptoris fune a carnificibus pertracti, vivis adeo coloribus, & dolenti forma a Titiano expreſſa, ut intuentes ad miſerationem attraheret tanta Civium veneratio, tantusque pie condolentium affectus ſequutus eſt, ut ex eleemoſynis ſponte oblatis ſplendidiſſimum ædificium ad perfectionem deduceretur. Sacram poſtmodum effigiem, ut decentius honoraretur Collegii Rectores loco moveri, & ad elegans altare e ſelectis lapidibus extructum in Sacello ad lævam principis aræ ſito deduci, in pila vero ejusdem imaginis exemplar candido marmore exſculptum collocari mandarunt.

Eccleſia non ſatis eleganti nec firmo labore pridem ædificata, cum ad ruinam vergeret, cœpta eſt anno MDCCXXV. in ornatiorem formam a fundamentis renovari, marmoreis hinc inde diſpoſitis aris, & elegantia ſtructuræ, & tabularum pictura ornatiſſimis.

Antiquam & modo dirutam Eccleſiam die I. Januarii conſecratam fuiſſe ex traditione accepimus.

Templi & Sodalitii parietes decorant ingentis magnitudinis, egregiique laboris picturæ, queis efformandis præſtantiſſimi authores inſudarunt. Etenim præterquamquod in Eccleſia Divi Rochi geſta in quatuor tabulas diſtributa, & Chriſtum Dominum ad probaticam piſcinam ſanitatum beneficia

lar-

Digitized by Google

largientem expreſſit, nunquam ſatis laudato labore Tinctoretus, in hoſpitio etiam Præcurſoris Matrem a Deipara Virgine viſitatam, & Redemptorem noſtrum in præſepe natum, ad Jordanem baptizatum, ex monumento reſurgentem, cum Apoſtolis diſcumbentem, panes piſcesque multiplicantem, cœcum natum illuminantem, ad cœlos Aſcendentem, & paralyticum ſub probaticæ piſcinæ porticu ſanantem, mirabili artis prodigio repræſentavit. Tabula quoque Altaris ejusdem pennicillo efformata Divum Rochum infirmos ſanantem exhibet, ejusque pariter labores ſunt Divorum Rochi & Sebaſtiani imagines, inter aulæ feneſtras diſpoſitæ, nec non plurimæ antiqui teſtamenti hiſtoriæ in ejusdem aulæ lacunari ligneis cælaturis ornato collocatæ. Quod autem celeberrimum illuſtris authoris opus extat, eſt Jeſu Redemptoris Crucifixio, quæ in hoſpitio (Albergo vocant) aulæ adjacenti ex adverſo januæ viſitur, cujus meritum cum ipſi authori placuiſſet; eidem nomen ſuum inſcribere voluit, anno 1565. quod tribus tantummodo ex ſuis operibus ſuppoſuiſſe, pro certo habemus. Ad alios hujus hoſpitii parietes Chriſtum veſte alba circumdatum, in prætorium adductum, atque ad Calvariæ locum Crucem deferentem, nec non in lacunari admirandam vere Divi Rochi imaginem ſuperius laudatus vir admirabili arte repræſentavit. De hac Divi Rochi effigie memoriæ proditum eſt, quod dum ædificatæ ædis tempore plurimi ejus ævi illuſtres pictores, certatim labores ſuos ad tanti ædificii ornatum exhiberent, Sodalitii rectores juſſerunt, ut unusquisque diagramma aliquod in ſuæ peritiæ teſtimonium efformarent, quæ dum alii parant Tinctoretus non celeritate minus quam ſcientia præditus imaginem Divi Titularis in laqueari collocandam obtulit, cujus pulchritudinem cum æmuli quoque, ut par erat, laudibus extuliſſent, ad locum ornandum cæteris ſeſe ſubducentibus unanimi Confratrum conſenſu electus fuit.

Jam ſuperius dictum eſt Chriſtum fune alligatum, & in ara Eccleſiæ honorifice collocatum Titiani opus eſſe, qui & Virginem a Gabriele Archangelo Annuntiatam pinxit ad ſcalæ majoris parietes collocatam.

Antiqui cultus Divo Rocho exhibiti teſtimonia erant vexilla quædam ſerica depicta a variis Italiæ civitatibus in gratia-

tiarum actionem ipſius Divi ſepulcro oblata ; ex iis unum adhuc accurate aſſervatur celeberrimi Annibalis Caracii labor, quod piiſſima Divi Rochi Bononienſes ſodalitas Venetias, ut Divi Tutelaris ſui exuvias veneraretur adveniens anno 1605. in perenne venerationis, & grati animi teſtimonium obtulit, ut notant Antuerpienſes Biographi Tom. III. Auguſti pag. 338.

Illuſtre, & omni theſauro pretioſius ornamentum Eccleſiæ hujus ex Divi Rochi tutelaris ſui venerabili corpore provenit, quod ex Viguerici alias Ugheriæ oppido (Italice Vogherra) clam ereptum Venetias detulit quidam Frater Maurus Camaldulenſis Ordinis, qui menſe Auguſto anni præcedentis, dum per calumniam carcere incluſus Divi Rochi patrocinium implorat ejus detecta innocentia e cuſtodia liberatur. Incompertum quidem eſt, quibus de cauſis, quoque modo Divi hujus, qui in Monte Peſſulano extremum diem clauſiſſe traditur, corpus ad Ditionis Mediolanenſis Oppidum deductum fuerit, ipſum tamen *apud Angleriam* (idem eſt ac Viguericum) quieſcere teſtatur Florarium ms. a Biographis Antuerpienſibus citatum, quod ad diem xvi. Auguſti ita Rochum annuntiat, & laudat: “ *Apud Angleriam* Lombardiæ civitatem, „ depoſitio S. Rochi Confeſſoris, viri præclariſſimi genere & „ ſanctitate. Hic inter cætera infirmitatum genera, mor„ bum, quem homines vulgariter peſtilentiam nominant, ſo„ litus eſt curare. Et ideo hujuſmodi homines tali morbo „ gravati, hunc ſanctum Rochum cum devotione invocare „ deberent “. Certum itaque exploratumque eſt Angleriæ ſeu Viguerici, qui ut diximus vicus non ignobilis eſt Mediolanenſis Ducatus ſanctiſſima lipſana Rochi Confeſſoris ſæculo XV. ad finem vergente ab affluentibus illuc devotionis cauſa populis exculta fuiſſe, quod ex ſevero examine patet Maphæi Girardo Patriarchæ Venetiarum juſſu confecto pro ipſius ſacri corporis identitate rite confirmanda. Qua ratione ſacrum pignus ferris vectibusque cuſtoditum e loco abducere potuerit Maurus; ex ipſius verbis addiſcimus, quibus in cauſæ examine conſtitutus, ex integro rei ſeriem expoſuit.

Die

Die ultimo Aprilis 1485.

„ Frater Maurus quon. Franciſci Camaldulenſis Teſtis no-
„ minatus in II. & III. Capitulo ultraſcripto juratus ad de-
„ lationem præfati Reverendiſs. D. Patriarchæ ad probandum
„ contenta in ultraſcriptis Capitulis monitus & examinatus
„ per eumdem ſuo Sacramento teſtificando dixit, ut infra.

„ Primum & ante omnia dictus Teſtis dixit, quod de men-
„ ſe Auguſti proxime præteriti dum eſſet in carcere hic Ve-
„ netiis, vovit ire ad viſitandum ſacrum Corpus S. Rochi,
„ quod reperiebatur in quadam Civitate dicta Ughiera in di-
„ ſtrictu Mediolanenſi, qui locus poſſidetur per Comitem Pe-
„ trum del Verme, & cum Dei gratia liberatus eſſet de car-
„ cere, ivit ad Eccleſiam S. Rochi, hic Venetiis ſitam ad
„ faciendum devotionem ſuam; & cum ibi eſſet vidit ſ. Tho-
„ maſium de Albertis Guardianum Scholæ S. Rochi, & cum
„ ipſum videret reponere certas res de Altari, ei dixit: Io
„ voglio andar a viſitar il corpo de S. Rocho, perchè ho fat-
„ to vodo de andar là. (*Ego accedere volo ad Divi Rochi*
„ *ſepulchrum ejus corpus viſitaturus, illuc enim accedere vo-*
„ *vi*) & ipſe Thomaſinus dixit ei: Sel ſaveva onde chel
„ jera: (*an ſciret ubi quieſceret.*) & ipſe reſpondit, quod ſic
„ quoniam ſibi dictum fuerat, quod erat in dicto loco & Ca-
„ ſtro nominato Ughiera: & tunc ipſe Thomaſius dixit ei.
„ Sel vè baſta l'animo de portar de za quel Corpo, io vi
„ farò uno bel preſente, che vi piacerà. (*Si animus adeo*
„ *tibi conſtans eſt, ut corpus illud huc transferas id tibi mu-*
„ *nus, quod tibi placebit elargiar.*) quoniam habebat inten-
„ tionem & voluntatem prius habendi dictum Corpus, & tracta-
„ verat cum aliis perſonis per antea illud habere, & ad hoc
„ reſpondit ipſe Teſtis, che el ge ſaria una gran difficultà a
„ portarlo za, per che el non ghe era mai ſtado là, & non
„ ſaveva la condition del luogo, ne in che fortezza chel foſ-
„ ſe: (*Difficile nimis erit corpus illud huc advehere, nun-*
„ *quam enim illuc acceſſerat, neque loci indolem, aut cuſto-*
„ *diæ firmitatem agnoſcebat:*) & his dictis inde receſſit,
„ deinde die 12. Octobris proxime præteriti ipſe Teſtis arri-
„ puit iter ad faciendum votum ſuum & die 20. dicti men-
„ ſis

„ ſis appulit ad locum prædictum Ughieriæ, & mane ſequen-
„ ti ingreſſus eſt dictum caſtrum ubi erat dictum Corpus, &
„ quod ibi eſt unum Hoſpitale dictum S. Rochi, cui adhæret
„ quædam Subbraita trabibus conteſta juxta murum dicti Hoſpita-
„ lis, in quo loco eſt unum Altare lapideum, & dictum fuit,
„ quod intus dictum Altare erat una capſa cum dicto corpo-
„ re & portella lignea ante Altare per medium, in facie,
„ quæ portella aperiebatur in duas partes cum uno vecte &
„ clauſura ab extra & ibi cum appuliſſet requiſivit ab illis
„ qui illic aderant, quod volebant videre dictum corpus, &
„ illi dixerunt, quod illi qui habebant claves non aderant,
„ & quod erant quatuor, qui illas tenebant. Videlicet unam
„ portellæ ligneæ, alteram unius grardæ ferreæ & duas capſæ
„ ipſius, & tunc non obſtante quod non poſſit videre, tamen
„ pro devotione ſua fecit illic celebrari unam miſſam, & ſte-
„ tit duos dies, deinde receſſit, & Venit Venetias, & inve-
„ nit dictum ſ. Thomaſium, cui dixit qualiter fuerat ad ſuum
„ viagium, & fecerat ſuam devotionem ſatisfaciendo voto ſuo,
„ & dictus ſ. Thomaſius ei dixit, el non ve ha baſtado l'ani-
„ mo de portare quello corpo ſanto: (*Numquid animus tibi*
„ *defecit ad auferendum ſanctum corpus*:) & ipſe reſpondit,
„ chel giera in fortezza ſotto 4. chiave, ma che el non ge
„ era guarda alcuna, & chel ge baſtava l'animo ſel voleva
„ di portarlo in queſta terra, (*Forti loco ipſum cuſtodiri quat-*
„ *tuor clavibus clauſum, attamen nullo cuſtode tutum ſatisque*
„ *erecto animo eſſe, ut ſi ipſi placeret, ſacrum corpus Venetias*
„ *adduceret*,) cui dictus ſ. Thomaſius habuit dicere. Sel ve
„ baſta l'animo io vi farò un bel preſente, (*Si ad hoc par*
„ *es, egregium munus rependam*) & ipſe Teſtis reſpondit, io
„ ge farò fantaſia, & ſe ge vorò andare, io ve vignarò a
„ trovare, (*Rem mente contrectabo, & ſiquidem ire delibe-*
„ *ravero, in ſermonem prius ad te veniam*.) Et in iſto car-
„ nis privio proxime præterito poſtquam fecerat propoſitum
„ eundi ivit ad dictum ſ. Thomaſium, & ei dixit, io ho fatto
„ deliberatione in ogni muodo de andar a tor queſto corpo ſan-
„ to, (*ſtatui firmiter ad ſacrum corpus auferendum me con-*
„ *ferre*,) & ipſe reſpondit, ſel portaride, io vi farò uno bel-
„ lo preſente, (*Si illud huc deduces amplo te munere affi-*
„ *ciam*,) & ipſe confiſus hiis verbis receſſit hic primo die

Digitized by Google

„ quadrageſimæ proxime præteritæ, & ivit ad dictum locum
„ Ughieriæ, & illuc appulit die 24. Februarii proxime præ-
„ teriti hora 22. & allogiavit in uno Hoſpitio intus in Ca-
„ ſtro Ughieriæ, quod Hoſpitium dictum a Gallo, & illic
„ ſtetit die Veneris, & die Sabbati ſequenti, & quod quarta
„ hora noctis die Sabbati receſſit de dicto hoſpitio, & ivit
„ ſubtus unum porticum ſitum ex oppoſito Monaſterii S. Fran-
„ ciſci fratrum Conventualium, & pulſata hora 4. noctis in-
„ de receſſit, & ivit ad dictam Eccleſiam S. Rochi, & per
„ quandam Curtem a parte poſteriori ingreſſus fuit per unam
„ feneſtram apertam ſine aliqua clauſura, quæ ſola feneſtra
„ eſt in dicta Eccleſia, & per dictam feneſtram ſe dimiſit
„ intus in ipſam Eccleſiam, quia travamenta erant baſſa, &
„ cum ibi ſtetiſſet per mediam horam ad auſcultandum ſi quis
„ eum præſentiſſet, & neminem videret, neque ſentiret, ni-
„ ſi quaſdam fœminas, quæ erant in ipſo Hoſpitali; tunc ip-
„ ſe incæpit elevare Pallium, quod erat ante altare, & cum
„ una clavi facta ad ſimilitudinem Grimaldeli, aperuit clau-
„ ſuram, & illa aperta invenit unam Gradam ferream cum
„ uno vecte, & tunc ipſe aſſumpſit unam tenaleam, & unum
„ celte, ſive ſcarpelum quas res ſecum habebat, & cum ipſis
„ rupit, & aperuit, & hoc facto invenit unam capſam ligneam
„ factam in forma ſepulchri, ſuper quam erat incollata tella
„ rubea ab intus & extra, & circulata ab extra circulis fer-
„ reis cum duabus clauſuris ab utroque capite factis ab intus
„ a bul... quam capſam inde extraxit extrahendo per unum
„ lignum, quod erat ſubtus, quæ capſa erat longitudinis trium
„ pedum vel circa, & cum aliquantulum ibi ſtetiſſet, poſtea
„ aperuit unam portam, quæ porta vadit ſubtus porticum
„ Hoſpitalis, nam habet & alias duas portas, & aperta di-
„ cta porta aſſumpſit dictam capſam ſuper humeros, & ipſam
„ portavit ad quandam Turreſinam murorum dicti caſtri, &
„ ibi aſſumptis dictis ferreis fregit dictas clauſuras capſæ, &
„ ipſa capſa aperta, primum inde extraxit caput dicti corpo-
„ ris Sancti Rochi, quod erat involutum in uno fazoletto &
„ ipſum caput poſuit in unam Saccam a pane, quam porta-
„ vit ſecum ab una parte, & poſtea aſſumpſit oſſa brachio-
„ rum & crurum & aliorum membrorum omnium, quæ illic
„ invenerat, exceptis duobus fruſtis, quæ quia involuta vi-

„ dit

„ dit in quibusdam ſtraciis ibi reliquit & prædicta oſſa poſuit
„ in dicta ſacca ab altera parte, involuta cum quodam ſuo
„ fazuolo, quem ſecum portaverat, quo facto ipſe reportavit
„ dictam capſam vacuam ad prædictum ſuum locum & re-
„ poſuit ut ibi prius preſtabat, claudendo clavi ſua, cum qua
„ aperuerat, & cum reverſus fuiſſet ad turreſinum prædictum
„ jecit per unum foramen in foveas muri dicta ſerramenta
„ & aſſumpta dicta ſacca cum dictis reliquiis ivit ad porti-
„ cum antedictum ex oppoſito S. Franciſci & pulſata eſt ho-
„ ra ſexta, noctis ibi latuit, & ibi ſtetit usque ad Auro-
„ ram, & cum ſentiſſet aperiri januam caſtri aſſumpta dicta
„ ſacca cum reliquiis ſuper humeros, inde receſſit, & venit
„ Papiam, & inde ad laudem & per dicta loca nunquam fuit
„ queſitus, neque interrogatus ab aliquo quid faceret, & quid
„ haberet in dicta ſacca, & hoc quia religioſi non ſolvunt
„ bulletas, nec queruntur, quid habeant & cum veniſſet ex-
„ inde Cremam & Brixiam, & alias Urbes noſtras tandem
„ appulit cum dicto ſancto corpore in hanc civitatem die 3.
„ Martii proxime præteriti hora 22. & hoſpitatus eſt ad Ho-
„ ſpitium Serpe, & ibi accepit unum Thalamum & eodem
„ ſero cum dimiſiſſet in dicto thalamo dictam ſaccam cum re-
„ liquiis, ivit ad inveniendum dictum ſ. Thomaſium, quem
„ caſualiter reperit in platea S. Marci, cui expoſuit qualiter
„ tullerat dictum corpus ſacrum & ipſe ſ. Thomaſius dixit,
„ ſe l'è vero io ve farò uno bel preſente, (*ſi hoc verum eſt,*
„ *operi mercedem rependam*) & cum conveniſſet tandem poſue-
„ runt mane ſequenti & portaverunt ipſum corpus in quen-
„ dam locum ſecretum clauſum clavi, quam habebat dictus
„ ſ. Thomaſius, & ipſe frater Maurus habet clavem capſæ
„ ubi poſitum eſt dictum corpus.

Viri enarrationi concordarunt alii teſtes ad veritatem eruendam vocati, qui cum Viguerici ad Beati Rochi ſepulcrum ex voto peregrinati ibique ſacra ejus oſſa attente fuiſſent intuiti, mox eadem Venetiis ſibi oſtenta reviſentes, eadem ipſa eſſe jurejurando interpoſito affirmarunt, quæ in oppido Viguerici olim quieſcentia venerati fuerant, in firmius rei teſtimonium aſſerentes ſe *in oſſe cruris & inguinum ſignale quoddam ubi habuerat peſtem, quod eſt in medio quaſi res combuſta, & a latere aliquantulum nigra* cognoſcere, quod *viderant in Ughieria*. Hæc virorum teſtimonia juramento ſuo confirmavit qui-

dam Presbyter nomine Angelus, qui Divi corpus attente Venetiis perſcrutatus *illud eſſe dixit, quod viderat in Ughieria per ſigna, quæ vidit in ipſis oſſibus, in quorum uno dixit eſſe ſignale peſtis habitæ in Crure ex viſione quadam, & ingrediens apparente in oſſe cruris præciſe, ut vidit in Ughieria*. Rei veritatem, quam ex diligenti examinis disquiſitione clariſſime compererat prudens Patriarcha Decemvirali quoque Conſilio per ſuas epiſtolas innoteſcere voluit, cui & facultatem alio transmigrandi ſodalitio conceſſam a ſe fuiſſe ſignificavit.

„ Mapheus Girardo miſeratione divina Patriarcha Venetiarum Dalmatiæque Primas tenore præſentium ſignificamus vobis Magnificis D.Capitibus Illuſtr. Conſili X. qualiter per ea, quæ habuimus & habemus corpus & reliquiæ S. Rochi fuerunt oblatæ de loco Ughieriæ ubi erant conditæ, & hoc certum habemus per ea, quæ habuimus ſimiliter & habemus exiſtunt, in hanc Urbem ad quam habemus eſſe adducta & de preſenti eſſe. Ulterius ſignificamus Magn. Viris, quod dedimus licentiam illis de Schola, & maxime Guardiano S. Rochi, quod libere poſſint diruere fabricam totam eſſe per eos fabricatam de eleemoſynis, & traducere ad locum, ubi fabricabunt Eccleſiam, & lapides, & ligna, & ferramenta, & omnia, quæ erant in prima Eccleſia apud Fratres Minores attento, quod illa Eccleſia non erat conſacrata.

„ Datum in noſtro Patriarchali Palatio die 8. Maii 1485.

Author eſt Arturus in notis ad ſuum Martyrologium Franciſcanum corpus S. Rochi ex Urbe Monpeſſulana Arelatem authoritate Apoſtolica translatum fuiſſe, anno MCCCLXXII. per Joannem Meingrum Boncicaldum Franciæ Mareſcallum, qui illud dono dedit Religioſis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum (Gallice Mathurini) Conventus Arelatenſis, ubi *tanta frequentia colitur*, (ait ipſe) *ut haud mirum ſit ſi quæque nationes, & regna etiam remotiſſima hujus ſacratiſſimi corporis particulas* (reliquias poſtea nominatim enuntiat e corpore decerptas, & diverſis locis dono datas) certatim exoptarint. Hæc eruta ex Archivis Conventus Urbis Arelatenſis, & ad ſe ſub ſigillo traſmiſſa fuiſſe, Arturus ipſe teſtatur. Documenta porro hæc, quæ propitia ſorte Arturus accepit, alios latuerunt clariſſimos Martyrologos.

Cardinalem Baronium præcipue laudatiſſimum Martyrologii Romani correctorem, qui ad diem XVI. Auguſti Rochi comme-

Digitized by Google

memorationem apponit his verbis: “ In Gallia Narbonenſi „ apud Montem Peſſulanum depoſitio Beati Rochi Confeſſo- „ ris, qui multas Italiæ urbes a morbo epidemiæ ſigno crucis „ liberavit: cujus corpus Venetias poſtea translatum fuit. “ Nec Baronium tantummodo Maurolicum, Galeſinium, aliosque eximios Hagiographos, ſeu Cronologos, ſed & Gallicos quoque Scriptores latuerunt, quorum unus pietate non minus, quam titulis illuſtris Joannes Pinus Toloſanus Senator, dum Venetiis degeret, & Gallici Regis apud Rempublicam Venetam Orator, pro ea, qua Divum Rochum proſequebatur, ut ipſe fatetur ſumma veneratione ipſius vitam concinnavit, atque typis Alexandri de Bindonis anno MDXVII. vulgari curavit, quæ etiam eodem anno Pariſiis prodiit per Jodocum Badium. Clariſſimus Vir poſtquam ſanctiſſimi peregrini mirabilia geſta, & pretioſam mortem exaravit, magnificam quoque funeris pompam, & *amplum* ei *&* *opulentum Templum* enunciat, deinde addit: “ In hac antiqua nobili & opulenta Vene- „ ta urbe hoc ſanctiſſimum corpus miro & incredibili quodam „ civium omnium ſtudio atque favore colitur, nec eſt, quod „ innumeris ejus enarrandis miraculis verboſius occupari velim.

Translationis Venetæ tempus & pompam refert Jacobus Philippus Bergomenſis in ſupplemento Chronicorum: “ Ejus au- „ tem (Rochi) ſanctum corpus hoc anno, qui eſt MCDLXXXV. „ Venetias a quibusdam furtim delatum, a Senatu & cuncto „ populo tanta cum devotione & gloria exceptum eſt, quan- „ tam quis ſcriptor enarrare poſſet: eidem enim ſtatim tem- „ plum celeberrimum ingenti impenſa conſtruere cœperunt.

Adde, quæ ex Ciapetto pag. 137. afferunt Biographi Antuerpienſes Regem nempe Galliæ Ludovicum, per oratorem ſuum Venetiis fragmentum oſſis obtinuiſſe. Plura apud ſupra laudatos Bollandiani operis continuatores videre eſt in Actis D. Rochi Tom. III. Auguſti.

Præter ſupra laudatum Joannem Pinum Gallicum Senatorem, Venetus quoque Senator Franciſcus Diedus Doctor Philoſophus, & Juridicus, dum Brixiæ pro Veneta Republica Prætoris munere fungeretur admirabiles D. Rochi virtutes, ejusque prodigia ſigno Crucis patrata, anguſtias quoque & ſanctiſſimam mortem litteris commendavit.

Sepulchrum, quod D. Rocho ad aram principem ex ſele-

ctis

Digitized by Google

ctis lapidibus conſtructum viſitur, a Principe votiva celebritate Senatu comitante quotannis inviſitur, ob liberatam a ſæviſſima peſte civitatem, quod utique ſingulare Divinæ Clementiæ beneficium Urbs Veneta Deiparæ Virginis interceſſioni primum mox Divi Rochi etiam patrocinio acceptum refert, ut ſignat epigraphe ad ſodalitii gradus affixa.

„ MDLXXVI. Aloiſio Mocenigo principe Veneto, ſæviebat „ peſtifera lues; qua nulla unquam vel diuturnior vel perni- „ cioſior extitit, noſtrorum criminum ultrix; paſſim urbe to- „ ta cadavera jacere proſtrata, carbunculis, maculis, buboni- „ bus horrentibus obſeſſa; iisdem ædibus, eadem hora funera „ funeribus continuari. Ubique lacrymæ, ſuſpiria, ſingultus: „ ubique totius civitatis miſerabilis adſpectus, civibus repen- „ te vel obeuntibus, vel metu perterritis dulcem patriam de- „ ſerentibus. Demum aliquando Deipara Virgine, ac Beatiſſi- „ mo Rocho deprecatoribus, viſa eſt hæc Erynnis adeo triſtis „ ac dira, extremo menſe Decembris, cum Martio cœpiſſet „ graſſari ac furere, vim fere omnem amiſiſſe. Quo quidem „ temporis intervallo cum ſocietatis noſtræ CD. plus minus fra- „ tres intercidiſſent, iisdem ipſis fratribus, eorumque familiis „ præſtantiſſimi viri Dominici Ferro, magni ſocietatis magi- „ ſtri ſtudium, diligentia, benignitas, charitas numquam ſa- „ ne defuit. Qui quidem tantam cladem hoc ipſo monumen- „ to teſtatam voluit, utque legens poſteritas admiretur, in- „ gentemque Venetorum multitudinem peſtis crudelitate ab- „ ſumptam pientiſſimis lacrymis proſequatur.

Quo autem anno in nobile illud ſepulcrum illatum dicatur corpus Sancti indicat ſequens inſcriptio apud Ciapetum p. 136.

D. ROCHO SERVAT. AB
OMNI LUE CIVIB.
ILLATQ. HOC CONDIT
RELIQUIIS D.
MDXX.

De templi autem conſecratione Martinellus pag. 352. hanc producit epigraphen.

„ Reparatam a fundamentis ædem cum turri proxima, Di- „ voque Rocho dicatam Dominicus Alerius Epiſcopus Chiſi- „ menſis conſecravit, quod collegio, quodque templum viſen- „ tibus felix fauſtumque perpetuo ſit, anno Chriſtiane ſalutis „ MDVIII. Kal. Jan. die Dominico primo.

Ple-

Digitized by Google

Plebani S. Hermagoræ, & S. Apollinaris Judices delegati a Cardinali Penitentiarii approbant venditionem Capituli S. Pantaleonis de quibuſdam domunculis factam Sodalitio S. Rochi tamquam utilem ipſi Eccleſiæ S. Pantaleonis.

A 1516. 8. Auguſti.

Ex Cataſtico Eccleſiæ S. Pantaleonis.

IN Chriſti Nomine Amen. Anno a Nativitate ejuſdem milleſimo quingenteſimo ſextodecimo Ind. IIII. Die vero mercurii XVI. Julii Pont. Santiſs. D. N. D. Leonis divina providentia PP. X. anno quarto.

Coram Rev. Patribus D. D. Jacobo de Graſolariis Aulæ Sereniſs. Principis Venetiarum Cancellario, & S. Apolinaris, nec non Franciſco Ritio Sanctorum Hermagoræ & Fortunati Eccleſiarum Venetiarum plebanis, Judicibus, commiſſariis & executoribus Apoſtolicis a Reverendiſs. D. Leonardo miſeratione divina S. Suſanæ Presb. Card. penitentierio Apoſtolico, cauſæ & partibus infraſcriptis ſpecialiter deputatis. Conſtituti Rev. D. Sebaſtianus Bozzia Eccleſiæ S. Panthaleonis Plebanus agens nomine capituli & presbyterorum dictæ Eccleſiæ, nec non ſpecialis D. Franciſcus Joannis Vicarius ſcholæ batutorum S. Rochi agens nomine totius dictæ ſcolæ & confraternitatis, ea qua decuit reverentia exhibuerunt & preſentarunt prefatis D. D. Judicibus & commiſſariis litteras ejuſdem Reverendiſs. D. Cardinalis ſigillo pendenti officii penitentiariæ cum cordulis rubei coloris ſignatas ſanas quidem & integras ut in ejus prima facie apparebat, non vitiatas, non abraſas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpitione carentes, quarum quidem litterarum Tenor de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis; videlicet, Leonardus miſeratione divina tituli Sanctæ Suſanæ Presb. Card. Diſcretis Viris Sanctorum Hermagoræ & Fortunati, ac S. Apolinaris Eccleſiarum Venetiarum plebanis. Salutem in Domino. Ex parte Plebani capituli & Presbiterorum titulatorum Eccleſiæ S. Panthaleonis martyris & Guardiani ac Sociorum Scolæ ſeu confraternitatis batutorum S. Rochi Venetiarum nobis oblata petitio continebat quod alias ipſis poſtquam diu inter dictam Eccleſiam S. Panthaleonis vel agentes pro ea ex una, & dictam Scolam ſeu confraternitatem partibus ex altera, cauſa & occaſione fabricæ eccleſiæ & cujuſdam domunculæ in ſolario ſcolæ & confinium earumdem, coram certis judicibus laycis litigatum fuerat communium amicorum interpoſitione ad infraſcriptas concordiam, alienationem & transactionem devenientibus, plebano & capitulo ac procuratoribus eccleſiæ predictæ guardiano & ſociis ſcolæ prefatæ quandam quantitatem tunc expreſſam cujuſdam terreni vacui nuncupati caſtrifortis de juriſdictionibus propriis dictæ Eccleſiæ cum ſex manſiunculis a ſergentibus dictæ Eccleſiæ ruinam minantibus, & vetuſtate collabentibus & de quibus omnibus terreno & manſiunculis dicta Eccleſia S. Panthaleonis ſolita eſt exigere ſingulo anno de affictu ſeu penſione ducat. Quinquaginta quinque deductis tamen oneribus & reparationibus quottidianis necnon quandam areolam ſive ſpatium terreni contigui domunculæ dictæ ſcholæ quæ omnia poſita ſunt in parochia S. Panthaleonis coherentia & confirmantia cum eccleſia & aliis juribus ſcolæ predictæ & ſuper quibus terreno & juribus prædicti Guardianus & ſocii ſuam ſcolam cum albergo fundare inten-

tendunt ſub certis pactis & conditionibus tunc expreſſis dederunt & conceſſerunt, prout in publico inſtrumento deſuper confecto latius continetur. Cum autem ſicut eadem ſubiungebat petitio prefati exponentes cupiant pro eorum ſecuritate majori traſactionem alienationem & conceſſionem hujuſmodi Apoſtolica auctoritate confirmari & approbari ſupplicari fecerunt humiliter eis ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer provideri. Nos igitur attendentes quod in his quæ ad eccleſiarum & aliorum piorum locorum utilitatem pertinent favorabiles eſſe debemus atque benigni auctoritate D. Pape cujus Penitentiariæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato ſuper hoc vivæ vocis oraculo nobis facto diſcretioni veſtræ conjunctim committimus. Quatenus ſi juris ordine & forma ac aliis ſolemnitatibus in ſimilibus obſervari ſolitis debite obſervatis traſactionem alienationem & concordiam predictas in evidentem utilitatem dictæ Eccleſiæ S. Panthaleonis cedere & ceſſiſſe repereritis ſuper quibus veſtram conſcientiam oneramus, illas ac prout eas concernunt omnia & ſingula in dicto inſtruimento contenta confirmatis & approbetis omneſque & ſingulos deffectus tam juris quam facti ſi qui forſan intervenerint in præmiſſis ſuppleatis. Non obeſtantibus fel. record. D. Pauli PP. II. ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub ſigillo offitii penitentiariæ. Tertio Nonas Julii Pont. D. Leonis PP. X. anno Quarto. B. de Mantua. Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum preſentationem ſupraſcripti D. D. Plebanus & Vicarius dictis nominibus reſpective petierunt & inſteterunt per dictos Reverendiſs. D. Commiſſarios & exequtores ſervatis ſervandis procedi debere ad ipſarum exequtionem juxta earumdem vim formam & tenorem qui quidem Reverendiſs. D. D. Commiſſarii & exequtores audita dicta requiſitione & intellecto tenore ſupraſcriptarum litterarum ob reverentiam Sedis Apoſtolice dictas litteras acceptaverunt offerentes ſe paratos illas exequtioni demandare quantum in eis fuerit, & ut rite & recte procedatur comiſit mihi notario preſentibus ipſis partibus ut edictum eorum parte fierem in forma effigendum in valvis eccleſiarum S. Pantaleonis & S. Rochi monendo & citando omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes, quatenus in termino trium dierum poſt affixionem prædictorum cōram nobis comparere debeant in domo ſolitæ reſidentiæ præfati Reverendiſs. D. Plebani Eccleſiæ S. Apolinaris ad allegandum cauſas rationabiles, ſi quas habent, propter quas hæc fieri non debeant, aut non poſſint, & alias dicendum de juribus ſuis, vel prout eis videbitur ſi quid dicere contradicere vel allegare intendunt alias elapſo dicto termino & ipſis non comparentibus procedent, &c.

Actum Venetiis ad Stationem Cancellarii & notarii infraſcripti poſitam in rivoalto, preſentibus Ven. Viro Presb. Franciſco filio q. Bernardini Eccleſiæ S. Lodovici & Nicolao Gabrielis notario. Teſtibus ad præmiſſa habitis vocatis & rogatis.

In Chriſti nomine Amen. Nos Joannes Franciſcus de Ritiis SS. Hermagore & Fortunati & Jacobus de graſolariis, Sancti Apollinaris Eccleſiarum Venet. Plebani Commiſſarii & exequtores Apoſtolici ad infraſcripta a Reverendiſs. in Chriſto patre D. Leonardo miſeratione divina tituli S. Suſanæ presb. Card. Santiſs. D. N. Papæ magno penitentiario ſpecialiter deputati. Chriſti Nomine repetito Sanctorumque Panthaleonis & Rochi de quorum peculio nunc agitur, & eorum juditium nec fallit, nec fallitur: Sedentes pro Tribunali in loco infraſcripto quem pro idoneo loco & Tribunali noſtro ad hanc noſtram ſententiam confirmationis & laudationis ferendam ellegimus & deputavimus, auctoritate Apoſtolica nobis, ut prefertur, attributa, & qua fungimur in hac parte ambo concordes dicimus

mus pronunciamus & declaramus tranſactionem, conceſſionem, alienationem, & concordiam prædictas in evidentem utilitatem dictæ Eccleſiæ S. Panthaleonis imo evidentiſſimam cedent cum omnibus & ſingulis pactis conventionibus terminis pretio, ac aliis in dicto inſtrumento contentis & deſcriptis & prout omnia prædicta concernit fore & eſſe laudandas confirmandas & approbandas, prout nos vigore preſentis ſententiæ auctoritate prædicta laudamus, confirmamus & approbamus, non obſtantibus ſe: re: D. Pauli PP. II. conſtitutione prædicta ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque que prefactus Reverendiſs. D. Cardinalis in dicta noſtra commiſſione obſtare non voluit. Supplentes vigore libertatis nobis attributæ quod ſupraſcripti agentes pro ſcola ſive confraternitate S. Rochi vel ſucceſſores ſui non poſſint nec valeant [illegible]ponere manum in domunculis prædi[illegible] ipſas deſtruere pro ædificando [illegible] ſcolam niſi prius dederint [illegible]ſaverint ſupraſcriptis [illegible] ſaltem duc. mille auri inveſtiendos [illegible] & formis ſupraſcriptis ſive dederint [illegible]m effectu exburſaverint affictus ſive [illegible]ſiones dictarum domuncularum eiſde[illegible] Plebano & capitulo antequam dictas domunculas deruant ſive deſtruant & non aliter nec alio modo & hoc ſub pœna damnorum & intereſſe que prefata Eccleſia S. Panthaleonis quomodolibet pateretur & ſuſtineret in juditio & extra. Et hæc dicimus ſententiamus & pronunciamus auctoritate nobis ut ſupra conceſſa, non tantum præmiſſo, verum etiam omni alio meliori modo quo de jure poſſumus & debemus.

Lata Lecta & promulgata fuit ſupraſcripta ſententia per ſupraſcriptas Reverendiſs. D. Judices ubi ſupra, præſentibus Ven. Viris D. Presb. Hieronymo de Auguſtinis q. ſ. Alberti Sacriſta dictæ Eccleſiæ S. Apolinaris & Presb. Aloyſio filio D Joannis de Macis manſionario in dicta Eccleſia & Franciſco Bernardini Eccleſiæ S. Lodovici Diacono Teſtibus ad præmiſſa habitis vocatis & rogatis ſub anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto. In dict. quarta, die vero octavo menſis auguſti Pontificatus Santiſs. D. N. D. Leonis divina providentia PP. X. anno Quarto.

Præſentibus ſupraſcripto D. Plebano Eccleſiæ S. Panthaleonis ut procuratore dicti Capituli Presb. Marino ruſcho Hieronymo nigro & D. Joanne Franciſco a puteo presbyteris titulatis dictæ Eccleſiæ nec non ſupraſcripto D. Franciſco Joannis Vicario & Procuratore dictæ Eccleſiæ Sancti Rochi cum nonnullis ex ſociis dictæ ſcolæ laudantibus approbantibus & ratificantibus omnia & ſingula ſupraſcripta.

Præſentibus ad predictam ratificationem ſupraſcriptis teſtibus.

Ego Joannes Franciſcus a puteo clericus venetiarum publicus Apoſtolica [illegible]eriali & venetiarum auctoritatibus [illegible] Reverendiſs. D. Patriarchæ [illegible]llarius quia ſupraſcriptis omnibus [illegible] ſic agerentur & fierent una cum [illegible]aſcriptis teſtibus interſui eaque rogatus ſcribere ſcripſi ac in notam ſumpſi aliis vero negotiis impeditus per alium in hanc publicam formam redegi feci & in præmiſſorum fidem me ſubſcripſi Signo meo appoſito conſueto.

Digitized by Google

tendunt ſub certis pactis & conditionibus tunc expreſſis dederunt & conceſſerunt, prout in publico inſtrumento deſuper confecto latius continetur. Cum autem ſicut eadem ſubiungebat petitio prefati exponentes cupiant pro eorum ſecuritate majori traſactionem alienationem & conceſſionem hujuſmodi Apoſtolica auctoritate confirmari & approbari ſupplicari fecerunt humiliter eis ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio misericorditer provideri. Nos igitur attendentes quod in his quæ ad eccleſiarum & aliorum piorum locorum utilitatem pertinent favorabiles eſſe debemus atque benigni auctoritate D. Pape cujus Penitentiariæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali mandato ſuper hoc vivæ vocis oraculo nobis facto diſcretioni veſtræ conjunctim committimus. Quatenus ſi juris ordine & forma ac aliis ſolemnitatibus in ſimilibus obſervari ſolitis debite obſervatis traſactionem alienationem & concordiam predictas in evidentem utilitatem dictæ Eccleſiæ S. Panthaleonis cedere & ceſſiſſe repereritis ſuper quibus veſtram conſcientiam oneramus, illas ac prout eas concernunt omnia & ſingula in dicto inſtruimento contenta confirmatis & approbetis omneſque & ſingulos deffectus tam juris quam facti ſi qui forſan intervenerint in præmiſſis ſuppleatis. Non obſtantibus fel. record. D. Pauli PP. II. ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub ſigillo offitii penitentiariæ. Tertio Nonas Julii Pont. D. Leonis PP. X. anno Quarto. B. de Mantua. Poſt quarum quidem litterarum Apoſtolicarum preſentationem ſuprascripti D. D. Plebanus & Vicarius dictis nominibus reſpective petierunt & inſteterunt per dictos Reverendiſs. D. Commiſſarios & exequtores ſervatis ſervandis procedi debere ad ipſarum exequtionem juxta earumdem vim formam & tenorem qui quidem Reverendiſs. D. D. Commiſſarii & exequtores audita dicta requiſitione & intellecto tenore ſuprascriptarum litterarum ob reverentiam Sedis Apoſtolice dictas litteras acceptaverunt offerentes ſe paratos illas exequtioni demandare quantum in eis fuerit, & ut rite & recte procedatur commiſit mihi notario preſentibus ipſis partibus ut edictum eorum parte facerem in forma effigendum in valvis eccleſiarum S. Pantaleonis & S. Rochi monendo & citando omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes, quatenus in termino trium dierum poſt affixionem prædictorum coram nobis comparere debeant in domo ſolitæ reſidentiæ præfati Reverendiſs. D. Plebani Eccleſiæ S. Apolinaris ad allegandum cauſas rationabiles, ſi quas habent, propter quas hæc fieri non debeant, aut non poſſint, & alias dicendum de juribus ſuis, vel prout eis videbitur ſi quid dicere contradicere vel allegare intendunt alias elapſo dicto termino & ipſis non comparentibus procedent, &c.

Actum Venetiis ad Stationem Cancellarii & notarii infraſcripti poſitam in rivoalto, preſentibus Ven. Viro Presb. Franciſco filio q. Bernardini Eccleſiæ S. Lodovici & Nicolao Gabrielis notario. Teſtibus ad præmiſſa habitis vocatis & rogatis.

In Chriſti nomine Amen. Nos Joannes Franciſcus de Ritiis SS. Hermagore & Fortunati & Jacobus de graſolariis, Sancti Apollinaris Eccleſiarum Venet. Plebani Commiſſarii & exequtores Apoſtolici ad infraſcripta a Reverendiſs. in Chriſto patre D. Leonardo miſeratione divina tituli S. Suſanæ presb. Card. Santiſs. D. N. Papæ magno penitentiario ſpecialiter deputati. Chriſti Nomine repetito Sanctorumque Panthaleonis & Rochi de quorum peculio nunc agitur, & eorum judicium nec fallit, nec fallitur: Sedentes pro Tribunali in loco infraſcripto quem pro idoneo loco & Tribunali noſtro ad hanc noſtram ſententiam confirmationis & laudationis ferendam ellegimus & deputavimus, auctoritate Apoſtolica nobis, ut prefertur, attributa, & qua fungimur in hac parte ambo concordes dicimus

mus pronunciamus & declaramus tranſactionem, conceſſionem, alienationem, & concordiam prædictas in evidentem utilitatem dictæ Eccleſiæ S. Panthaleonis imo evidentiſſimam cedent cum omnibus & ſingulis pactis conventionibus terminis pretio, ac aliis in dicto inſtrumento contentis & deſcriptis & prout omnia prædicta concernit fore & eſſe laudandas confirmandas & approbandas, prout nos vigore preſentis ſententiæ auctoritate prædicta laudàmus, confirmamus & approbamus, non obſtantibus fe: re: D. Pauli PP. II. conſtitutione prædicta ac aliis conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque que prefactus Reverendiſs. D. Cardinalis in dicta noſtra commiſſione obſtare non voluit. Supplentes vigore libertatis nobis attributæ quod ſupraſcripti agentes pro ſcola ſive confraternitate S. Rochi vel ſucceſſores ſui non poſſint nec valeant ponere manum in domunculis prædictis, nec ipſas deſtruere pro ædificando dictam eorum ſcolam niſi prius dederint & cum effectu exburſaverint ſupraſcriptis Plebano & Capitulo ſaltem duc. mille auri inveſtiendos modis & formis ſupraſcriptis ſive dederint & cum effectu exburſaverint affictus ſive penſiones dictarum domuncularum eiſdem Plebano & capitulo antequam dictas domunculas deruant ſive deſtruant & non aliter nec alio modo & hoc ſub pœna damnorum & intereſſe que prefata Eccleſia S. Panthaleonis quomodolibet pateretur & ſuſtineret in juditio & extra. Et hæc dicimus ſententiamus & pronunciamus auctoritate nobis ut ſupra conceſſa, non tantum præmiſſo, verum etiam omni alio meliori modo quo de jure poſſumus & debemus.

Lata Lecta & promulgata fuit ſupraſcripta ſententia per ſupraſcriptas Reverendiſs. D. Judices ubi ſupra, præſentibus Ven. Viris D. Presb. Hieronymo de Auguſtinis q. ſ. Alberti Sacriſta dictæ Eccleſiæ S. Apolinaris & Presb. Aloyſio filio D Joannis de Macis manſionario in dicta Eccleſia & Franciſco Bernardini Eccleſiæ S. Lodovici Diacono Teſtibus ad præmiſſa habitis vocatis & rogatis ſub anno a Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo decimo ſexto. In dict. quarta, die vero octavo menſis auguſti Pontificatus Santiſs. D. N. D. Leonis divina providentia PP. X. anno Quarto.

Præſentibus ſupraſcripto D. Plebano Eccleſiæ S. Panthaleonis ut procuratore dicti Capituli Presb. Marino ruſcho Hieronymo nigro & D. Joanne Franciſco a puteo presbyteris titulatis dictæ Eccleſiæ nec non ſupraſcripto D. Franciſco Joannis Vicario & Procuratore dictæ Eccleſiæ Sancti Rochi cum nonnullis ex ſociis dictæ ſcolæ laudantibus approbantibus & ratificantibus omnia & ſingula ſupraſcripta.

Præſentibus ad predictam ratificationem ſupraſcriptis teſtibus.

Ego Joannes Franciſcus a puteo clericus venetiarum publicus Apoſtolica imperiali & venetiarum auctoritatibus notarius & Reverendiſs. D. Patriarchæ Venetiarum Cancellarius quia ſupraſcriptis omnibus & ſingulis dum ſic agerentur & fierent una cum ſupraſcriptis teſtibus interſui eaque rogatus ſcribere ſcripſi ac in notam ſumpſi aliis vero negotiis impeditus per alium in hanc publicam formam redegi feci & in præmiſſorum fidem me ſubſcripſi Signo meo appoſito conſueto.

Digitized by Google

DE
ECCLESIA
SANCTI JOANNIS
EVANGELISTÆ.

INter multas naſcentis Reipublicæ curas, dum ei potiſſimum præerat Nobilis Gens Baduaria, non ultima fuit iis rebus omnibus accurate providere, quæ ad divinum cultum augendum opportuna eſſe cognoſcerentur. Quapropter cum plurimas in urbe excitaſſet Eccleſias, Divo etiam Joanni Apoſtolo, & Evangeliſtæ Templum extruxit, circa annum nongenteſimum ſeptuageſimum, ut cum Sanſovino omnes fere Chronologi rerum Venetarum conſentiunt.

Ea in Eccleſia aſſignatis redditibus Prioratum inſtituit quidam Marcus Baduarius, quem in perpetuum Gentis ſuæ juspatronatum perpetuo fore decrevit. Baduariæ Familiæ juribus eo temporis ſubjacebat, quidquid terrarum atque domorum a S. Stephani Parœcia extendebatur ad eum usque rivum, quem *Marinum* nuncupatum fuiſſe, fertur ex Marino Dandulo, qui ut haſce domos ab aliis in confinio S. Jacobi de

Lu-

Luprio ſitis ſejungeret, rivum ipſum effodi juſſerat. Hinc familia in diverſas ſtirpes partita, diverſas quoque ædes incoluit, alii enim in D. Stephani, alii vero in D. Jacobi de Luprio ædes ſibi ſtatuerunt. Hæc ex antiquo diviſionis inſtrumento maniſeſte patent, ſiquidem die III. Maii anno MCCXXX. Joannes Baduarius de S. Jacobi confinio auctos redditus, cum Stephano Baduario de S. Stephani parœcia partitus, quotquot Prioratum S. Joannis conſtituunt proventus, in ſua jura recepit. Biennio inde evoluto ſolemnem de his proprietatibus cum Abbatiſſa Monaſterii S. Laurentii pactionem egit, cui aſſenſerunt ſubſcribentes Marcus Baduarius Joannis olim de Parœcia S. Jacobi, filius, atque alius pariter Marcus Baduarius olim Joannis filius, qui ut a primo diſcriminaretur nomen quoque avi adjecit vocans ſe *Marco Badoer q. Zuanne q. Orſo da S. Stin*. Joannes Marci pater, de Parœcia S. Jacobi de Luprio portionem de terris, quæ in ſua jura ex ſuperius enunciata diviſione devenerat, pia oblatione aſſignavit Fratribus Minoribus, in vicino S. Mariæ Cœnobio degentibus die VIII. Octobris anno MCCXXXIV. queis Cœnobii, & vineæ ipſorum confinia dilatata fuerunt. Veriſimili itaque conjectura dicendum eſt, unum ex ſupra relatis Marcum nomine Prioratum S. Joannis inſtituiſſe, atque adjectum ei hoſpitale pietatis intuitu erexiſſe. Familiæ hujus ſeries per ſuas diſtincta ſtirpes in eo codice ms. apparet latius, quem de Patritiis familiis Marcus Barbaro Marci filius, & Samaritanæ Baduariæ maritus accuratiſſime concinnavit. A Marco fundatore juspatronatus, atque Priorum electio in ejusdem ſucceſſores transmiſſa fuit, quorum arbitrio nonnulli etiam ex extraneis Familiis illuſtres viri ad Prioratum evecti ſunt, ut adhuc extantia documenta ſignificant. Harum altero Bonomus Prior S. Joannis Evangeliſtæ locationem prædiorum Plebano S. Vitalis concedit anno MCCLXVIII. altero vero Rugerius Corteſius ex concordi Baduariæ Familiæ voto anno MCCCIII. Prior eligitur, cujus tempore Sodalitium D. Joannis Evangeliſtæ, quod pridem in S. Apollinaris Eccleſia erectum fuerat, hic permittente Baduaria Familia ſedem fixit. Rogerius autem cum per multos annos Prioratum adminiſtraſſet, è vivis exceſſit, conditoque Teſtamento in grati animi argumentum Prioratum ipſum, & Hoſpitale prædiis in agro Patavino poſitis auxit.

Tt 2 Ru-

Digitized by Google

Rugerio defunċto Nobiles Familiæ Viri Hieremiam Baduarium, Philippi Militis filium ſucceſſorem in Prioratu delegerunt, quorum tamen electioni Nicolaus Maurocenus Epiſcopus Caſtellanus obſiſtere niſus eſt, eam ad jura Epiſcopatus ſui aſſerens, pertinere: Re ad judicium delata Andræas Patriarcha Gradenſis die x. Decembris anno MCCCXXXIX. lata ſententia decrevit indubium eſſe Baduariæ gentis jus, adeoque electum virum eſſe confirmandum: Sententiæ fragmentum exhibemus ex ipſius Prioratus Archivo exaratum.

„ In Chriſti nomine Amen. Anno ejusdem Nativitatis mil„ leſimo trecenteſimo trigeſimo nono Indictione ſeptima. Die „ undecima menſis Decembris poſt nonam Venetiis in Pa„ triarchali Palatio Gradenſi, &c. Viſiſque productis ſuper „ principali cauſa pro parte prædictorum Dom. de cà Badua„ rio, in quibus clare apparet eos eſſe, ac fuiſſe in poſſeſſio„ ne, vel jure preſentandi Priorem, adminiſtratorem, ac Re„ ctorem in Eccleſia & Hoſpitali S. Joannis Evangeliſtæ, *præ„ dicti* tempore quo dictum D. Geremiam preſentaverunt. „ Viſis etiam aliter hinc inde productis, & allegatis, ac hiis „ quæ dicte partes dicere, proponere, & oſtendere voluerunt, „ & per ea, quæ coram Nobis fuerunt oſtenſa propoſita, ex„ hibita, & producta nec non diligenter inſpecto, quod per „ dictum D. Epiſcopum contra Priorem, vel Procuratorem „ prædictorum Dominorum de Cà Baduario, nihil oſtenſum „ fuit vel probatum &c. Super præmiſſis omnibus & ſingulis „ diligenti deliberatione prehabita Chriſti nomine invocato „ dicimus concorditer & conſulimus predictum D. Geremiam „ preſentatum per dictum Dominum Patriarcham, vel ejus „ Vicarium fore confirmandum & in poſſeſſione ejusdem Prio„ ratus, ac Rectoriæ S. Joannis Evangeliſtæ poſſendum, ac „ prædictos Nobiles de Cà Baduario, in poſſeſſione ac jure „ jurispatronatus prædictorum Hoſpitalis ac Eccleſiæ S. Joan„ nis Evangeliſtæ eſſe ac fuiſſe, ſalvo omni jure prædictis „ partibus ſuper petitorco, ſi quid eis competit vel compete„ re poſſit in futurum. &c.

Hieremiæ ſucceſſor datus fuit Jacobus Baduarius, quo Prioratum adminiſtrante Sodalitium D. Joannis Evangeliſtæ Hoſpitium ſuis uſibus, ut mox dicemus erexit. Vixit Jacobus in Prioratu usque ad annum MCCCL. eique ſuffectus fuit ipſo

anno

Digitized by Google

anno Franciſcus Baduarius, indeque Nicolaus Hieremiæ filius. Anno MCCCLVII. ſucceſſit Laurentius, anno MCCCLXXX. Rugerius, atque anno MCCCLXXXIX. Marcus omnes ex Baduaria Marci Fundatoris Familia.

Marco e vivis ſublato, cum Nicolaus & Hieremias Baduarii in Prioratum loco Marci defuncti ſuccedere poſtulaſſent, anno MCCCCIV. ex electorum ſuffragiis aſſumptus fuit Nicolaus, quod ægre ferens Hieremias de electione hujuſmodi ad Romanam Curiam appellare decreverat, a quo tamen inconſiderato conſilio mulcta ſibi ſtatuta coactus fuit abſtinere. Hæc *Baduaria* (ita Bartholomæus Zambertus in Indice) *Familia Nobilis Veneta habens juspatronatus eligendi Prioris S. Joannis Evangeliſtæ, & electiones dicti Prioris ſunt inappellabiles; & ibi nota, quod cum fuiſſet electus Prior ſ. Nicolaus Baduario, cui quidem Hieremias Baduario ſe velet appellare ad Curiam Romanam fuit ei impoſita pena Duc.* 1000. *quod abſtineret* 1405. 4. *Januarii.*

Solemnem electionis modum, quo ad Prioratum ipſius Familiæ viri aſſumebantur exhibet inſtrumentum quoddam anno MCCCCLXVII. confectum, quo *Domini de Cha Baduario* pro novo Priore ſtatuendo congregati, jurarunt ad Sancta Dei Evangelia, *quod remotis odio, amore, timore, prece, pretio, affinitate, lucro, & damno eligent unum ing. idoneum, & aptum ad regimen, & curam ipſius Hoſpitalis & Pauperum cum omnibus juribus, & rationibus tam intus, quam extra Venetias dicto Hoſpitali pertinentibus & ſpectantibus* &c.

Anno MCCCCLXXII. Raynerius Baduarius, Prior Hoſpitalis S. Joannis Evangeliſtæ innoteſcit ex Apoſtolico Diplomate quo Sixtus IV. die XIII. Julii ejuſdem anni eidem Raynerio Priori ejuſque ſucceſſoribus indulſit, ut Priores ipſius Hoſpitalis, ac *eorum filii & familiares utriuſque ſexus, & mulieres paupercula in dicto Hoſpitali pro tempore degentes Euchariſtiam, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta etiam in Paſchate ab uno ex Sacerdotibus in dicta Eccleſia officiantibus* recipere poſſent.

Prioralis dignitas, quæ a ſui inſtitutione perpetua fuerat, ex pluribus familiæ ſuffragiis ad biennium redacta fuit anno MDLXXXII.

Jam, ſuperius innuimus in hujus Prioratus Eccleſia Gentis Baduariæ permiſſu Sodalitium Divi Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ

geliſtæ ſedem fixiſſe. Exordia ſua Collegium hoc jam ab anno MCCLXI. apud S. Apollinaris Eccleſiam diſpoſuerat, quo ex loco anno MCCCVII. diſcedens ad ſacram Prioratus Baduarii ædem ſe contulit eo fortaſſe conſilio, ut in Templo nomine Divi Evangeliſtæ Patroni inſignito religionis ſuæ officia ferventiori ſtudio, & pompa ſolemniori exerceret. Chronicas originis & translationis notas affert Codex Pergamenus ipſius ſodalitii matricula nuncupatus ubi Cap. I. hæc habentur.

Al nome di Dio Eterno Amen. in lo anno del Noſtro Signor Gieſu Chriſto 1261. Ind. IV. del Meſe di Marzo. Al honor di noſtro Sig. Gieſu Chriſto, e della Glorioſiſs. Verſene Mare Madonna S. Maria e del Beatiſſimo e prezioſiſſimo Apoſtolo ed Evangeliſta M. S. Zanne Cavo e Confalonier de queſta benedetta Scuola ſo comenzada queſta riegola e fraternitade de diſciplina alla Chieſia di Miſ. S. Aponal. & in 1307. Ind. XIV. del meſe d'Avril ſo translatada la dita Scuola al preſente luogo de S. Zane Evangeliſta in lo qual nui ſemo aſſembladi al honor del qual zaſchadun de nui in zenochioni a ſoa laude e reverentia diga una fiada lo Pater noſtro cola Avemaria.

In Nomine Dei æterni Amen. Anno Domini Noſtri Jeſu Chriſti MCCLXI. Ind. IV. Menſe Martio. Ad honorem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Glorioſiſſimæ Viginis Matris Dominæ S. Mariæ & Beatiſſimi & pretioſiſſimi Apoſtoli, & Evangeliſtæ Domini S. Joannis Patroni & Vexilliferi hujus benedicti Sodalitii incœpta fuit hæc regula & confraternitas diſciplinæ in Eccleſia Domini S. Apollinaris, & anno MCCCVII. Ind. XIV. Menſe Aprilis translatum fuit dictum ſodalitium ad hunc locum S. Joannis Evangeliſtæ, in quo congregati ſumus, ad cujus honorem unusquisque noſtrum genibus ad ſui laudem & reverentiam flexis ſemel recitet Orationem Dominicam & Angelicam Salutationem.

Ut in Eccleſia Hoſpitalis pium Sodalitium reciperetur Gens Baduaria ad cujus juspatronatum ſpectat Eccleſia ipſa, facultatem indulſerat, cum autem ædes aliquæ Confratrum uſibus neceſſariæ admodum viderentur, Hieremias, qui in pacifica Prioratus poſſeſſione per Gradenſis Patriarchæ judicium an. 1339 con-

conſtitutus fuerat, anno inſequenti Paduæ degens Bartholomæum Barberium Procuratorem inſtituit, ut *Michaeli Corezario Guardiano Scholæ S. Joannis Evangeliſtæ ſuisque ſucceſſoribus*, partem aliquam ſuperiorem ipſius Hoſpitalis, quam ad Sodalitii uſus aptare poſſent ipſius Prioris nomine concederet; quod etiam eodem anno actum fuiſſe ex conventionis inſtrumento colligimus (A).

Facultate recepta Sodalitii Cuſtos ejusque ſocii Hoſpitium pro ſacris exercitiis peragendis in conceſſo ſibi loco erigere decreverunt, at dum inceptum ſumptuoſo opere ædificium e Confratrum mente progreditur, Hieremias Prior e luce migravit, quare ne ex ejus morte inchoata ſacri loci erectio retardaretur, Jacobus Baduarius, qui in Hieremiæ locum ſuffectus fuerat aſſentiente Patronorum cœtu conceſſam ædificandi facultatem approbavit & renovavit. Ejus beneficæ conceſſionis, ut perennis perduraret memoria lapidi credita eſt, atque extructæ ædis muro affixa.

1344. Fu fatto queſto Lavorier per M. lo Guardian della Scola di M. S. Gio: Evangeliſta, e per 150. compagni, e delli beni della Scola, e della idea de noſtri fratelli, e fu fatto con volontà del N. H. M. Giacomo Badoer detto da Peraga Prior di detto loco de conſentimento de N. N. H. H. M. Marin Badoer da San Giacomo dall'Orio, M. Marco Badoer da S. Giuſtina, M. Zorzi Badoer detto da Peraga, e M. Maffio Badoer da S. Giuſtina, e M. Felippo Badoer, e M. Albertin Badoer tutti capi e patroni del detto loco, e per Bortolamio Mazuco Proc. del ſopradetto Prior.

MCCCXLIV. Factum fuit hoc opus per D. Cuſtodem Sodalitii Domini S. Joannis Evangeliſtæ, & per CL. ſocios ex bonis ſodalitii, & ad mentem fratrum noſtrorum factumque fuit de aſſenſu Nob. Viri D. Jacobi Baduario dicti de Peraga Prioris dicti loci aſſentientibus Nobilib. Viris D. Marino Baduario de confinio S. Jacobi de Luprio, D. Marco Baduario de confinio S. Juſtinæ, D. Georgio Baduario dicto *de Peraga*, D. Maphæo Baduario de confinio S. Juſtinæ, & D. Philippo Baduario, & D. Albertino Baduario omnibus Patronis & rectoribus dicti loci præſente Bartholamæo Mazuco Procuratore ſupradicti Prioris.

Amplio-

Ampliora deinde loca circa erectum Hoſpitium ſità, & ſepulcra pro excipiendis Confratrum defunctorum corporibus neceſſaria *Lucæ Silveſtro Guardiano dictæ Scholæ Sancti Joannis pro officio Guardianatus, & pro ſuis ſucceſſoribus recipienti* conceſſit Jacobus Prior anno MCCCL. die XIII. Martii certis ſtatutis ex utraque parte conditionibus, quæ fuſè in ipſo conceſſionis inſtrumeuto exarata leguntur (B).

Fundato itaque erectoque in ſuperiori Hoſpitalis parte amplo ad Confratrum uſus loco vulgo *Sala*, inferior ædis pars ad pauperum mulierum habitationem aſſignata fuit; at cum ex hoc non modicum moleſtiæ incommodum Confratribus ad pia exercitia collectis inde derivaret, optimo conſilio Hoſpitalis ædes impenſis Sodalitii erigendæ ad opportuniorem locum deductæ fuerunt, inferiora autem Hoſpitii loca ex Prioris, & Patronorum conceſſione Sodalitio fuerunt ex integro attributa. Translato autem Hoſpitali cum de reficiendo ipſius tecto controverſia inter Priorem, & Sodalitium exorta eſſet, *Albanus* Baduarius D. M. Procurator, in cujus judicium ſeſe pars utraque compromiſerat lata ſententia anno MCCCCXXIV. die IV. Maii, decrevit, ut ſi ex remotione pauperum major Confratribus commoditas evenerat, ipſi ſuis impenſis ædificati loci tecta conſervare tenerentur, quo etiam judicio ſtatutum fuit, ut a Sodalitio ipſo certi redditus tum Priori Hoſpitalis, tum Eccleſiæ S. Joannis annuatim exigendi aſſignarentur (C).

In recepta poſtmodum Hoſpitii inferiori parte cum Miſſæ ſacrificium offerri, erecta ibidem ara, ſtatuiſſent Confratres, acriter obſtitit Aloyſius Baduarius Hoſpitalis Prior, cujus controverſiæ judicium ad Maphæum Patriarcham delatum fuit, ipſe vero die XXXI. Mart. an. MVIID. lata ſententia decrevit, ut in ſuperiori tantum Hoſpitii parte Divina Myſteria celebrari liceret (D). Indulſerat pridem (ut ſuperius dictum eſt) anno MCCCCLXXII. Sixtus IV. (E), ut Prior Familiares & pauperes Hoſpitalis Eccleſiaſtica Sacramenta etiam in Paſchate a Sacerdote huic Eccleſiæ inſerviente, reciperent, quapropter in ſolemni Familiæ Baduariæ conventu decretum fuit, ut Presbyter ipſi Eccleſiæ ſub Locumtenentis titulo præficeretur, cujus cura eſſet Familiæ Prioris, & pauperibus Hoſpitalis Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrare, & Eccleſiam ipſam vice Prioris laici in ſpiritualibus gubernare. Cum autem ex

Digitized by Google

hoc frequentes orirentur controverſiæ, atque ex antiquis Familiæ conceſſionibus plenum, ſummumque in Eccleſia S. Joannis jus ſibi arrogaret Sodalitium, e contra vero Patronorum cœtus contenderet, uſum tantummodo ad Eccleſiaſtica officia in templo peragenda conceſſum fuiſſe, ſolemni ſupremi Collegii judicio anno MDCCXXVII. die XXV. Auguſti firmatum fuit, veteres conceſſiones, ſeu a Prioribus, ſeu a Familia ipſi Sodalitio indultas, nullam perpetuis Jurispatronatus rationibus læſionem intuliſſe.

Cum itaque in ea Eccleſia fundatum Divi Joannis Sodalitium præclara religionis exercitia magna cum Urbis admiratione frequentaret, illud potiſſimum (ut fertur) communi conſilio ad rem Chriſtianam pro viribus adjuvandam aggreſſi ſunt, ut pueros ab otio ludisque abſtractos Doctrinæ Chriſtianæ rudimentis inſtruerent, quod utique ſanctiſſimum inſtitutum in hac Eccleſia incœptum, Deo adjuvante, paulatim per univerſam urbem magna cum animarum utilitate dilatatum eſt. Virorum pietatem admiratus Philippus de Maſſeriis Eques, & Magnus Regni Cypri Cancellarius Sodalitio huic inſigne, & quocunque theſauro pretioſius munus obtulit, admirabile videlicet ſalutiferæ Crucis fragmentum, quod ſibi ex S. Petri Thomæ Ordinis Carmelitarum Patriarchæ Conſtantinopolitani diſpoſitione devenerat: ipſe enim Sanctiſſimus Patriarcha, dum Cypri degens Sedis Apoſtolicæ Legatum ageret, morbo extremo correptus ſupralaudatum Philippum voluntatis ſuæ Commiſſarium ex teſtamento inſtituit, ipſique ſacrum pignus honorifice aſſervandum magno animi ardore commendavit.

Clariſſimi militis oblationem, & rerum ſeriem unico documento in publica acta redacto comprehendi juſſit Ludovicus Donatus Ordinis Minorum contra Hæreticam pravitatem Generalis Inquiſitor, qui pro ſui muneris officio ſolemni donationis celebritati, una cum Notario, & teſtibus ordinatis interfuit.

Ut autem inæſtimabilis doni perennis ad poſteros derivaret memoria, largitionis beneficium anno 1494. Lazarus de Sebaſtianis egregius eo tempore Pictor in tabula ex Sodalitii ipſius decreto coloribus expreſſit.

Nec miraculorum gloria defuit, quæ vivifici ligni virtutem comprobaret, quorum aliqua in antiquo ſodalitii codice con-

tenta, moxque in libello typis edito vulgata ad ipſius honorem, optimum eſſe duximus, hic exhibere.

Alia quoque ad ipſius Sodalitii aram aſſervantur, tum Dominicæ Paſſionis Inſtrumentorum fragmenta, tum illuſtrium Divorum lipſana, quæ ſunt.

Spina ex Corona Domini.

Ex Columna Flagellationis.

Crus S. Martini, cujus documenta cum deſint, incertum eſt, Turonenſi ne Epiſcopo, an alteri ejusdem nominis Divo tribuendum ſit. Anno MCCCCXLI. die VIII. Novembris ex Decemvirum Capitalium Decreto ſtatutum fuit, ut ſingulis annis Sodalitium S. Joannis Evangeliſtæ ſolemni ſupplicatione ſecum deferens ſuperius enuntiatam Reliquiam ad Eccleſiam S. Martini die XI. Novembris accederet.

Caput S. Maurinæ M.

Dens S. Lucæ Evangeliſtæ.

Corpus S. Valentini M. atque plurima alia Oſſa, & Capita Sanctorum Martyrum e Cryptis Romanæ Urbis adducta.

Privilegio della Donation della Croce Santiſſima.

In Nome de Chriſto Amen. Noi Fra Ludovico di Minori della Santa Theologia maiſtro, & Inquiſitore della heretica pravità, lì & in ciaſcun altro loco per la ſede Apoſtolica deputato, All'honorevole, & diletto Ser Andrea Vendramin, & decani, & altri ufficiali, & a tutti i fratelli, & ſcolari preſenti, & futuri della fraternità, e ſcola del diletto de Chriſto diſcipulo, Apoſtolo & Evangeliſta Zuane, poſta & collocata

Privilegium Donationis Sanctiſſimæ Crucis.

In Nomine Chriſti Amen. Nos Fr. Ludovicus Ordinis Minorum Sacræ Theologiæ Magiſter, atque in Urbe Venetiarum & in toto ejus Dominio contra Hæreticam pravitatem Inquiſitor Generalis a Sede Apoſtolica Delegatus (a). Honorando, & Dilecto Domino Andrea Vendrameno, & Decanis aliisque Ufficialibus, omnibusque Confratribus & Sodalibus præſentibus & futuris Confraternitatis, & Scholæ

(a) Ludovicus Donatus Ordinis Minorum, poſtea S.R.E. tit. S. Marci Presbyter Cardinalis ab Urbano VI. electus anno 1738.

Digitized by Google

eata appreſſo la Chieſa di eſſo Aquilia Zuane Evangeliſta di Venetia: ſalutem: Operando voi già tanto tempo opere pie, è conveniente che habbiate anco a galder un coſi pretioſo dono, perche ſecondo lo conſiglio di Dottori, quando i doni creſcono, le ragioni di doni ancora accreſcono, & non manco di debito di gratitudine ſiamo alligati coſi per la grande pretioſità di doni, come per la multiplicità di eſſi. Et aſpettandoſi all' offitio delli Inquiſitori della heretica pravità com parole & zelo, el ſegno del Signor extollere, & revenir, & altri per memoria, & amor de Jeſu Chriſto crucifiſſo, a reverentia di eſſa ſacratiſſima Croce, & affettion exhortar, & affettuoſamente animar.

Hinc eſt, che a perpetua di tutti voi, & cadauni memoria, & per render gratitudine delli ſuffragii per il tenor delle preſente a voi, & a ciaſchedun di voi havemo penſato dover eſſer indicato, narrato & intimato che del M.CCC.LXIX. adi XXIII. Decembrio la Chieſa ſopradetta del Santiſſimo noſtro patron Zuane Evangeliſta, avanti a noi, & il noſtro Nodaro & teſtimoni infraſcritti, & preſente copioſa moltitudine de populo dell' uno & l'al-

læ Dilecti Chriſti diſcipuli Apoſtoli & Evangeliſtæ Joannis poſitæ, & erectæ apud Eccleſiam ipſius Joannis Evangeliſtæ ſalutem. Cum jamdiu pia opera exerceatis, decet, vos etiam frui dono adeo pretioſo, nam juxta Sapientum effatum, ſi dona augeantur, donorum etiam cauſæ augentur, nec minori grati animi debito adſtringimur a donorum pretio, quam ab eorundem multiplicitate. Cum vero ad munus Inquiſitorum contra hæreticam pravitatem pertineat verbis æque ac zelo ſignum Domini extollere ac venerari, alioſque hortari, & vehementer impellere ad memoriam, atque amorem Chriſti Domini Crucifixi & ad cultum ejuſdem Sacratiſſimæ Crucis.

Hinc eſt, quod ad veſtrum omnium ſimul & ſingulorum perennem recordationem, & ad rependenda grato animo ſuffragia tenore præſentium vobis omnibus & ſingulis viſum eſt indicare, enarrare, & indicere, quod Anno MCCCLXIX. die XXIII. Decembris in prædicta Eccleſia Sanctiſſimi Patroni noſtri Joannis Evangeliſtæ, coram nobis noſtroque Notario, atque infraſcriptis teſtibus coram frequenti utriuſque ſexus populo, Nobilis & præ-

l'altro ſeſſo. El Nobil homo & inſigne M. Philippo di Maſſeri Cavalier, & dottiſſimo Cancellier del Regno di Geruſalem, & di Cipro, & come homo per meriti a Dio grato, & per le virtude a ogni Chriſtianiſſimo accetto, a tutti li Principi del ſmondo noto, & caro, de man propria ſpogliato de palio, del capo nudo, & ingenocchiado, de eſſa Santiſſima Croce, cantata prima la Meſſa avanti l' altare, a eſſo Ser Andrea Guardian preditto, ricevendo per nome di detta voſtra Fraternità, & Scola, fece donatione, & con gran devotione offerſe una buona particula del Legno della detta Croce, ſopra il qual il Redentore del Mondo ha patito, & il quale con il ſuo ſacratiſſimo ſangue ha macchiato; & licet il ſuo grado, & meriti richiedeſſe, che da ciaſcaduno foſſe preſtata fede a tutti li ſuoi ditti. Nientedimeno a più abundante devozione & effetto di mazor crudeltà a noi, & poſteri, all'hora toccate le ſacroſante parole delli Evangeli nelle mani noſtre ha giurato per ſacramento lui pietoſamente, indubitantemente, & firmamente creder quello il qual offeriva, eſſer del legno medemo, ſopra il quale in Croce

præclarus Vir Philippus de Maſſeriis Eques & Cancellarius doctiſſimus Regnorum Hieroſolimæ & Cypri, ut eſt ſuis meritis Deo charus, & morum integritate cunctis Chriſtifidelibus commendatus, tum Viris Principibus notus atque dilectus, pallio manu ſua depoſito, capite aperto, & flexis genibus poſt Miſſarum ſolemnia ante altare obtulit, & dono dedit Domino Andreæ Cuſtodi prædicto, qui nomine Sodalitii & Confraternitatis veſtræ acceptavit particulam ſatis magnam Ligni Sanctæ Crucis, in qua Mundi Redemptor paſſus eſt, & quam ſacratiſſimo ſanguine ſuo reſperſit. Quamvis autem pro donatoris, dignitate & meritis æquum eſſet unumquemque dictis ſuis fidem adhibere, tamen ad abundantiam devotionis, & ad conciliandum nobis & poſteris majorem fidei effectum tacto reverenter Evangeliorum libro, quem apertum in noſtris manibus obtulimus, jurejurando affirmavit ſe pie inconcuſſe & firmiter credere lignum a ſe oblatum illud idem eſſe, ſupra quod Chriſtus Dominus Redemptionem conſumavit, & modum nobis aperuit, quo in ejus manus, hujuſmodi non lignum ſed theſaurus devenit, ita loquutus.

ce Quum

ce ha patito Gieſu Signor noſtro. Et ne ha eſpoſto il modo, con che queſto non legno ma teſoro a lui è pervenuto, coſi dicendo.

Mentre che della guerra, & paſſaggio per i Chriſtiani contra i perfidi Saraceni del MCCCLX. la fama haveſſe volato per Siria, alla preſentia della beata memoria del Reverendo M. Fra Pietro Tomaſo, Patriarcha de Conſtantinopoli, & della Apoſtolica Sede Legato, vennero certi di Chriſto fedeli, & Religioſi, tra li quali el maggior, & primo de ſpettabil vita, come pareva nel parlar coſtumi, & vecchiezza, in verbo veritatis diſſe ad eſſo Reverendiſſimo M. lo Patriarca. Dubitando io con queſti compagni, & fratelli miei, che per la occaſion del paſſaggio, conculcati gli Chriſtiani nelle parti della Siria fuſſe occulto, over alle man de perfidi veniſſe una certa pretioſa gioia, del legno della Croce, il qual per li miei predeceſſori nel tempo della preſa flebile de Gieruſalem fu furtivamente di quel luogo tolto, & continue per ſucceſſion di maggiori del ordine mio, di un in l'altro ſecretamente fu reſervato, dato, e recommendato. Et coſi ultimamente à me pervenne, & a queſte par-

Quum fama belli, & adventus Chriſtianorum contra perfidos Saracenos Anno MCCCLX. in Siriam evolaſſet, ſteterunt coram beatæ memoriæ Rev. Domino Petro Thoma Patriarcha Conſtantinopolitano, & Apoſtolicæ Sedis Legato quidam Chriſtifideles & Religioſi Viri, quorum major & primus vita ſpectabili, ut verbis moribus & ſenio præſeferebat, hæc dixit Reverendiſſimo Patriarchæ, in verbis veritatis. Quum Ego una cum hiſce ſociis meis, & fratribus timerem ne occaſione hujus belli fractis Chriſtianorum viribus occultaretur, aut in manus perfidorum deveniret pretioſa quædam gemma pars ſcilicet Ligni Crucis, quæ a meis prædeceſſoribus tempore deplorandæ expugnationis Hieroſolimæ fuit clanculum inde abducta, & conſtanter per ſeriem præſidum ordinis mei ab aliis deinceps aliis ſervata, data, ac commendata & mihi tradita, illam volui mecum deferre. Et quoniam in hiſce regionibus tu unus emines dignitate inter cæteros Chriſtifideles idcirco hunc theſaurum in

parte a Chriſto devote l' ho portato con mi; & perche in queſti luochi tu ſolo ſei il maggior de prelation tra tutti i fideli di Chriſto; Però a ti queſta zoia de cetero da eſſer ſervada, dono, applico, & conſegno. Et coſi una Croce dorata pretioſamente ornata de ſotto il Cappuzzin cavando, e tutto pien di devotione dette al preditto Reverendiſſimo Miſſier lo Patriarca, & acciò ne fraude, over cupidità alcuna, over favor foſſe creduto per tal dono, niuna mention fu fatta nè con conſentimento nè con parola, nè con fatto de retribution, over alcuna gratia, che quel vecchio predetto religioſo haveſſe ſolamente coſi longo tempo vivuto per conſervar ſecuramente un tanto pretioſo depoſito fatto il dono racogliendoſe in ſe ſteſſo, fu da queſta luce levato. Et ultimamente inſtando la morte del ſopraditto Reverendiſſimo M. lo Patriarcha, queſta medema Croce al prefato Cavalier & Cancellier, el qual za haveva eletto per ſuo Commiſſario, eſſo M. lo Patriarca dette, & ſopra tutte le coſe per lui a eſſo commeſſe affettuoſiſſimamente commendò, raccontando le coſe ſopradette. Per la qual coſa in Chriſto diletti, perche quì non intravien alcuna ſperanza, nè

in poſterum aſſervandum tibi do, attribuo, & commendo. Quæ cum dixiſſet auream Crucem, & pretioſe ornatam a ſcapulis eductam protulit, nec ſine ingenti devotionis ſenſu eidem Reverendiſſimo Patriarchæ obtulit. Ne vero donum hoc vulgus crederet fraudulenter fieri ad capiendam vel pecuniam, vel gratiam nulla interceſſit mentio, neque verbis, neque ex tacita conſenſione de retributione largienda, aut ulla gratiæ conceſſione obtinenda. Immo idem venerabilis religioſus ſenex proinde ac ſi tamdiu produxiſſet vitam, ut ſolummodo tam pretioſum depoſitum tueretur dono rite oblato ſeſe recepit, & ex hac vita migravit. Recenter autem morti proximus prædictus Reverendiſſimus Dominus Patriarcha, hanc ipſam Crucem memorato Equiti & Cancellario, quem jam Commiſſarium deſignaverat ita tradidit, ut præ cæteris omnibus eamdem etiam, atque etiam commendaverit enarratis iis, quæ attulimus. Propterea dilecti mei in Chriſto nullus eſt hic locus, aut ſpei, aut cupiditati temporalis lucri, & commodi, nec de fictione ulla ſalutiferæ Crucis ſuſpicari poſſumus, quia in medium non afferuntur niſi viri ſpectatæ pro-

nè cupidità temporal di guadagno, over comodo, ne alcuna macchia de ipocriſia della ſalutifera Croce però in tutte le coſe predette non ſe fa mention de niuna perſona, ſe non di ottima vita, & religion, over di grande autorità, & prelation, così che ſecondo l'ordine della lor vita, & del divin juditio havendo ſtudiato di correggere, & levar gli errori, hanno a queſti teſtimonii apportato ogni crudeltà. Però niun de cetero debba in ciò metter alcun dubio, anzi più preſto ogni buon Chriſtiano con voi ſenza alcuna timidità, die piamente & indubitatamente creder, che appreſſo di voi ſia veramente recondita una portion del legno della ditta ſalutifera Croce del Signore, come anco noi piamente credemo, & con la mente tenimo. Et accio la noſtra credulità non ſii reputata ſolamente eſſer di parole, & di noi ſoli di queſta donatione della ſacratiſſima Croce, a voi coſi abbondantemente data con grand'affetto divotamente, & con gran preghiere vi domandemo per gratia di Gieſu Crucifiſſo eſſer fatti partecipi, inſieme con gli generoſi homini M. Helia Giuſtinian, Marco Moroſini de S. Silveſtro, & Franceſco Giuſtinian, cittadini Nobili Venetiani. Et in teſtimonio di

probitatis & religionis, vel authoritate, ac dignitate præſtantes, qui juxta vitæ rationem & ad normam judiciorum Dei conati ſunt errores diluere, & amovere, nec fidem plenam niſi apertiſſimis teſtimoniis adhibere. Itaque nemo de cætero movere dubia audeat, quinimmo boni omnes vobis adhærentes citra formidinem omnes pie, & inconcuſſe ſentiat aſſervari reipſa apud vos particulam ligni ſalutiferæ Crucis, ut nos quoque pie credimus, & mente firmiter tenemus. Et ne fides noſtra primoribus tantum labris contineri, aut quod nos dumtaxat eſſe quiſquam arbitretur, nos ingenti devotionis affectu & enixis precibus in Jeſu Chriſti gratiam vos obteſtamur, ut ex hoc dono ſacratiſſimæ Crucis, quod vobis adeo abunde eſt, placeat nos eſſe comparticipes una cum clariſſimis Viris Helia Juſtiniano, Marco Mauroceno apud Sanctum Silveſtrum, & Franciſco Juſtiniano Patritiis. Præterea ad harum rerum autenticitatem nempe donationis & juramenti, tum ad fidem vero faciendam juſſimus præſentibus hiſce litteris infraſcriptos Notarios & teſtes ſubſcribere noſtrique robur ſigilli apponi.

Scri-

di queſte coſe, coſi della donation, come del giuramento, & etiam in fede della verità le preſente havemo commandato che ſiano fatte con le inſcrittion delli infraſcritti teſtimonii, & Notari, & che con il noſtro ſigillo ſiano munite.

Fatto, dato, & roborato in Convento di detta S. Maria de Venetia, dell'ordine noſtro di Minori, nella camera dell'habitation noſtra ſotto l'anno del Signore MCCCLXX. a. I. di Febraro nel Pontificato del Santiſſimo in Chriſto Padre & SS. Urban per la divina providentia Papa V. l'anno VII.

Scriptum datum atque firmatum in Cœnobio S. Mariæ Venetiarum noſtræ Minorum Familiæ in cubiculo ſtationis noſtræ Anno Dom. MCCCLXX. die I. Februarii & Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Urbani divina providentia Papæ Quinti Anno Septimo.

Io Zuan Campo, prete della Chieſa di S. Thomà alla preditta oblation, & giuramento inſieme con li infraſcritti Preti Zuan Foſcarini Piov. di San Lunardo, Simon Piov. di San Stefano Conf. Nicolò Saiablanca Prete di S. Margarita, Pietro Prete di San Silveſtro, Franceſchin Prete di S. Maria Mater Domini, Zuane Prete & Capellan de S. Zuane Evangeliſta, & Beltrame Nodaro ſon ſta preſente, & de mia man ho ſcritto.

Ego Joannes Campo Presbyter Eccleſiæ Sancti Thomæ prædictæ oblationi & juramento una cum infraſcriptis Presbyteris, Joanne Fuſcareno S. Leonardi Plebano, Simone S. Stephani Plebano, Nicolao Sajablanca Presbytero S. Margaritæ, Petro S. Silveſtri Presbytero, Franceſchino S. Mariæ Matris Domini Presbytero, Joanne S. Joannis Evangeliſtæ Presb. & Capellano, & Beltrame Notario interfui & manu mea ſubſcripſi.

Io Zuan q. Nani da Ravenna, Capellan di S. Zuanne Evangeliſta alla oblation & giuramento inſieme con li ſopraſcritti, ſon ſta preſente e di mia man ho ſcritto &c.

Ego Joannes q. Joannis Ravennas, Divi Joannis Evangeliſtæ Capellanus oblationi & juramento cum ſupraſcriptis interfui & mea manu ſubſcripſi.

Io

Ego

Digitized by Google

Jo Zuan Foſcarini Piov. di S. Lunardo, alla predetta oblation, & giuramento ſon ſta preſente e di mia propria man ho ſcritto.

Ego Joannes Fuſcarenus S. Leonardi Plebanus, oblationi & juramento interſui &c. & ſubſcripſi.

Io Franceſchin Prete di S. Maria Mater Domini, alla predetta oblation, & giuramento ſon ſta preſente, e de mia man propria ho ſcritto.

Ego Franciſcus Presb. Sanctæ Mariæ Matris Domini, interſui &c. & ſubſcripſi.

Io Pre Simon Piov. di San Stefano Conf. alla preditta oblation, & giuramento preſente ſon ſtato e di mia man propria ho ſcritto.

Ego Presb. Simon Plebanus Sancti Stephani Confeſſoris, interſui &c. & ſubſcripſi.

Io Nicoletto Saiablanca Prete della Chieſa di S. Margarita, & Nodaro preſente ſon ſtato e de mia man propria ho ſcritto.

Ego Nicolaus Sajablanca, Presb. Eccleſiæ Sanctæ Margaritæ, interſui &c. & ſubſcripſi.

Queſti ſono li Miracoli della Croce di Chriſtallo della Scuola di S. Zuane Evangeliſta proceduti. Perche in eſſa è del vero legno della Croce ſopra la quale Miſ. Gieſu Chriſto portò Paſſione e Morte.

Miracolo come la detta Croce cadette in acqua & non toccò l'acqua, ma ſtette di ſopra, & dal Guardiano della Scuola fu recuperata.

Eſſendo andata queſta Scuola in Proceſſione alla feſta di San Lorenzo, trovandoſe eſſer colui, che portava il pennello con la Croce ſopra il ponte de pietra del Monaſterio di S. Lorenzo, non poſſendo lui andar oltra, per la grandiſſima preſſa, & calca della gente, che era ſopra il detto ponte, & eſſendo ſpento lui da quella gente hora in qua, hora in là, come piacette all' onnipotente Dio, il qual ſpeſſe fiate vole, che le ſue magne coſe e maraviglioſe ſiano a noi manifeſte, acciò che increduli non ſiamo, ma che in la ſua ſacratiſſima fede ſi riformamo. La detta Croce, nella quale è del verace legno del-

Hæc ſunt Chryſtallinæ Crucis in Sodalitio Divi Joannis Evangeliſtæ exiſtentis miracula, eo quod in ipſa Chriſtallina Cruce Sacratiſs. Crucis portio ſervatur, ſupra quam Dominus Jeſus Paſſionem & mortem obivit.

Exponitur quemadmodum prædicta Crux in aquam delapſa, eam miraculoſe ne tetigit quidem, ſed quaſi innatans eo usque ſtetit, donec per ejuſdem Sodalitii Cuſtodem recuperaretur.

Prodibat ſolemni Divi Laurentii die Sodalitium hoc ſupplicatione de more indicta ejuſdem Martyris Eccleſiam viſitatum, cumque ad pontem lapideum perveniſſet ex adverſo ipſius Monaſterii poſitum Miniſtro Crucem ferenti viam ſibi inter confluentis populi turbas aperire non licuit. Quamobrem cum huc illuc eum multitudo raperet, Deo ſic permittente, ut virtutis, & potentiæ ſuæ manifeſta præberet inditia, fideſque noſtra incrementum acciperet, accidit, ut Crux illa, qua germanum Sanctiſſimæ Crucis lignum clauditur, ſupra quod Chriſtus paſſionem & mortem ſuſtinuit ad reparandum genus humanum, cre-

della Croce, ſopra la quale il noſtro Signor Dio M. Gieſu Chriſto ha portato paſſione e morte, per Redenzione dell' humana natura. Per lo penger della gente venne ad uſcire dallo ſuo ſeſto, per tale modo, che la ſaltò fuori della mazza, & cadette zoſo del ponte verſo l'acqua, & non toccò quella, & ſtando dritta ſopra dell'acqua, molte perſone, che erano ſopra la fondamenta, & le ripe del canale, e le ancora molti battudi della Scuola, vedendo tanto miracolo ſe gittò all'acqua, nudando verſo la Croce ſantiſſima per ricuperarla, & accoſtandoſi lor ad eſſa, gittando mane per pigliarla; lei hora ſi alzava, hora ſi sbaſſava, hora andava in qua, & hora in là, per tale modo che niſſuno la pote pigliare. Et vedendo queſta tale meraviglia, il Guardiano, & gli officiali della Scuola, che erano lì dubitando lor, che in tale miracolo la non ſe voleſſe laſſar toccare ad alcun mondano, mandò do de detti officiali nella Chieſa di S. Lorenzo, per un Prete che la veniſſe a ricuperare, venuto il Prete andò con una barca verſo la detta Croce, volendola pigliare, & ella ſi allontanava, che il Prete non la poteva havere. On-

crebris prius concuſſa impulſibus, tandem ligno, quo coercebatur divulſa, in ſubjectum canalem decideret. Sed cum populus & Confratres, qui circumaderant ad ripas, eam divinitus erectam, & ſuper aquas natantem vidiſſent, ejus recuperandæ gratia ſe in aquam projicere, natatuque Crucem verſus contendere plurimi eorum curaverunt. Irritus tamen conatus & labor omnis, ſiquidem quo propius accedebant, ut apprehenderent, eo longius illa recedebat, ſublimemque modo, modo humilem ſe exhibendo huc illuc quodammodo ſubſiliens omnium manus conatumque fefellit. Hinc cuſtodi cæterisque hujus Sodalitii confratribus viſum eſt, ut per Presbyteros fieret, quod per laicos fieri non poſſe conſpexerant. Hac de cauſa duo ex ipſis vicinam Divi Laurentii Eccleſiam ingreſſi Presbyterum rogaverunt, ut hoc munus ſubiret, putabatur enim profanis quibusque Crucis illius tactu abſtinendum eſſe. Itaque Sacerdos cymbam ingreſſus, ad Crucem acceſſit, quam licet manu contenderet, recedentem tamen haud valuit apprehendere. Poſtremo ipſius Sodalitii cuſtos Andreas Vendramenus pro ea, qua præſtabat, pietate aquis ſeſe intro-

Xx 2 mit-

Digitized by Google

Onde el detto Guardiano della detta Scuola havea nome M. Andrea Vendramino, con gran devotione ſe gittò in acqua, andando verſo la detta Croce, & approſſimandoſi ad eſſa, ella ſe proſſimò a lui, & dal predetto fu recuperata. Et perche la Scuola ſoleva andadare ogni anno alla predetta feſta di M. S. Lorenzo, all'hora fu deliberato, che non doveſſe più andare in tal dì; ma fu permutato, & ordinato, che in memoria del miracolo ſopradetto, la Scola andaſſe ogni anno in lo dì del Corpo di Chriſto in proceſſione, a viſitare la Chieſa del B. M. S. Lorenzo, & coſi è ſta oſſervado fino al dì preſente, & coſi ſe oſſerva in perpetuo per memoria del miracolo ſopradetto.

mittere ſtatuit, Crùcique reverenter occurrere; ſed accedenti Crux ipſa obviam ire, cumque omnium admiratione ab eodem tangi ſe, & recuperari non abnuit. Cum vero Sodalitium, eo tempore Eccleſiam S. Laurentii in ipſius ſolemnitate quotannis adire conſueviſſet, exinde ſancitum eſt, ut ad recolendam hujuſce prodigii memoriam in diem feſtum Dominici Corporis, ſupplicatio ſolemnis ſingulis annis transferretur, quod ad hanc usque diem in perpetuum ſervandum tanquam ſolemne miraculi monumentum ſtatutum fuit.

Queſta viſita della Chieſa di S. Lorenzo, è di nuovo redutta al giorno iſteſſo della feſtività de eſſo Santo, & coſi ſi oſſerva ogni anno: ſi come anco è diſpoſto per Parte dell' Eccelſo Conſiglio di Dieci.

Nihilominus ad ipſam diem feſtivitatis S. Laurentii recens reſtituta eſt ſupplicatio in ſingulos annos peragenda, quod Decemvirum quoque Decreto firmatum fuit.

M.D.XLVII. die VI. *Septembris in Conſil. X.*

Eſſendo da haver accetto l' arricordo, che queſto Conſeglio ha inteſo eſſer fatto circa la SS. Croce della Scuola di S. Zuanne Evangeliſta, la qual

M.D.XLVII. die XVI. *Septembris in Conſil. X.*

Cum gratum evenerit huic conſilio id, quod ſtatutum fuiſſe intellexit circa Sanctiſſimam Crucem in S. Joannis Evangeliſtæ Sodalitio aſſervatam, quæ

Digitized by Google

qual e molto celebre per il Miracolo memorando di eſſer ſopra l'acqua, andata in mano del Guardian grando, che l' habbia eſſer ben aſſecurata di non poter mai eſſer furtive traſportata da alcuno per qualunque ſuo oggetto, ſi come di molte Reliquie Sante l' è accaduto, per eſſer da appreciarla ſenza comparazione alli danari delle Scuole, de quali è ſta proviſto, che i ſiano ſervati ſotto più chiave, però

L' anderà parte, che per autorità di queſto Conſeglio ſia ſtatuito, che la detta Croce debba eſſer tenuta ſotto tre diverſe chiave, della quale habbia a ſtar appreſſo una del Guardian grando, l' altra del Vicario, & la terza del più vecchio della Zonta, ſiche ogni volta l' accaderà s' habbi aprir con l' intervento di tutti tre, dovendo aver principio l' oſſervatione di queſt' ordine all' entrar del novo Guardian, & compagni dell' anno proſſimo venturo.

Præd. Illuſt. Conſilii X.

Secret. Laurentius Rocha.

Di queſto miracolo vi è per memoria nell' Albergo della Scuo-

quæ celebris valde eſt propter memorabile miraculum, quo aquis ſuperior ad Cuſtodis Magni manus deflexit, nempe quod ita caute cuſtodiatur, ut furtive per neminem ſub quocunque prætextu poſſit alio transferri, ſicut de plerisque aliis Sanctorum Reliquiis accidiſſe comperimus. Ipſa enim eſt ſuper quaſcunque Sodalitiorum pecunias ſine comparatione pretioſior, quas tamen ſub pluribus clavibus cuſtodiri ſancitum fuit. Ideo

Statuatur authoritate hujus Conſilii, ut dicta Crux ſub tribus iisque diverſis clavibus cuſtodiatur, quarum una apud Cuſtodem Magnum, altera apud Vicarium, tertia vero apud Seniorem inter adjunctos Collegio permaneat. Ita ut absque horum trium interventu, quoties opus fuerit educi non liceat; idque ad ingreſſum novi Cuſtodis & Sociorum anni proxime venturi inviolabiliter obſervari mandamus.

Præd. Illuſt. Conſilii X.

Secret. Laurentius Rocha.

Ad perenne prodigii monumentum in Sodalitii hoſpitio ta-

Digitized by Google

Scuola un Quadro fatto l'anno 1500. per man di M. Zentil Bellini allora Pittor famoſiſſimo.

tabula aſſervatur anno MD. Gentilis Bellini Pictoris eo ævo celeberrimi manu depicta.

Miracolo come la detta Croce deliberò doi Navilii dalla Fortuna.

Miraculum: ſupradicta Crux duas Naves a naufragii periculo præſervavit.

Siando il detto M. Andrea Vendramino, che era anco Guardiano di eſſa Scola in letto, un Sabbato venendo la Domenica, dormendo el venne a inſoniar, che a lui pareva, che la ſua caſa ardeſſe per tal modo, che li avenne un gran battimento di cuor, tutto angoſcioſo ſi venne a desmeſſedar, e deſſodando ſi levò su del letto diſcalzo in camiſa, e ſi meſſe inginocchioni avanti la ſua Ancona, & arecordandoſi del predetto miracolo, che la detta Croce fece a S. Lorenzo la hebbe a invocar, dicendo con l'animo ſuo con gran fede e devotion. O Croce ſantiſſima, & ſacratiſſima, miſericordia, & pietà, io vi prego, che ſe alcun incendio me de venir'a mi, & a caſa mia, che per la tua ſacratiſſima miſericordia, & bontade, me lo debbi ſcampare, e levar via; & in queſto ſentì eſſer grandiſſimo vento, & un peſſimo tempo; or abbonacciato il tempo, perche era Guar-

Andreæ Vendrameno ſupradicto adhuc Sodalitii Cuſtodi quadam Sabathi nocte diem Dominicam præcedente, dum in cubili quieſceret, viſum eſt per ſomnium domum ſuam conflagrare, adeo ut perterritus, & corde tremens ſomnum excuſſerit, atque a lecto conſurgens ſolo tectus induſio nudisque pedibus ante Iconem genua deflexit, cumque ei prodigium ad Divi Laurentii pontem per Sanctiſſimam Crucem actum in mentem rediiſſet, ipſam devoto fidentique animo invocavit dicens: O Crux Sanctiſſima & Sacratiſſima miſerere mei, te enim ſuppliciter exoro, ut ſi mihi vel domui meæ aliquod incendii periculum immineat, illud tua pietate a me avertas, longeque repellas. Cum hæc oraret validum ventum aſſurgere, horridamque procellam excitari cognovit, qua mox ſedata Sodalitium, cujus erat cuſtos, ſummo mane petiit juxta officialium conſuetudinem, qui ſin-

Guardiano della Scuola, avanti giorno ſe ne venne alla Scuola, ſecondo l' uſanza di offiziali, li quali vengono ogni Domenica a proveder alle facende de queſta Scuola. Et fatto il giorno, eſſendo nell' Albergo, over camera de gli officiali con ſoi compagni, el ſopravenne doi patroni di Nave, & dimandando lo detto M. Andrea Vendramino, li Nonzoli, battete alla porta dell' Albergo di Officiali, dicendo l'è quì alcuni marinari, che addimandano M. lo Guardiano, & perche lui aſpettava doi ſoi Navilii carghi di olei, da fare ſavoni bianchi, perche lui lo faceva fare, come ancor fanno quelli di caſa ſua, uſcì fuori del detto Albergo per ſapere nove delli detti Navilii, & venuto fuori, viſte che quelli erano i ſoi patroni, & all'hora gli hebbe a ricever, & dimandoli come ſtavano li fatti ſoi; i patroni ebbe a dir: queſta notte habiamo habudo la peggior notte, che mai haveſſimo, che ſe habbiamo creduto annegar, & del tutto pericolar, tanta fortuna de mar non fu mai, quanta aveſſimo queſta notte per tal modo, che gittaſſimo fuori caſſe, botte, e tutto quello, che era deſopra della coperta, gli arbori, & timoni ſi rompette, e le velle ſi

ſingulis diebus Dominicis conveniunt Sodalitii negotiis conſulturi. Ut autem dies proceſſit, dum ſimul cum Sociis in Officialium cubiculo degeret, ecce duo navium rectores de ipſo miniſtros loci poſtularunt, qui confeſtim pulſato cubiculi oſtio, Dominum Cuſtodem a quibusdam nautis expectari, nuntiarunt. Cum vero ipſe duas naves oleo onuſtas expectaret ad ſaponum quorum tunc, ſicut & ejusdem poſteri, mercaturam agebat, e cubiculo exiit, ut aliquid inde reſciret, ut autem ipſos eſſe comperiit, quos navibus ipſis præfecerat, humaniter exceptos, quomodo ſe res haberent, interrogavit; cui nautæ, ſe præterita nocte, adeo vehementi procella jactatos fuiſſe, repoſuerunt, ut nihil minus abfuerit, quam ut a mari obſorberentur, quo magis magisque intumeſcente (perrexerunt illi) coacti fuimus dolios olei, omnesque merces in ſuperiori navis parte collocatas in mare projicere, cumque jam fractis malis veliſque diſcerptis præſens certumque trepidaremus naufragium, ope ſplendidiſſimæ Crucis in aere nobis conſpicuæ ab imminenti morte liberati fuimus. Hæc nobis pro malo, pro velis, proque Rectore & Duce fuit, luce enim

ſi ſquarciò, & veramente ſi credeſſimo del tutto eſſer pericolati; Ma per la grazia di una Croce, che ci apparſe con un grandiſſimo ſplendore ſiamo ſalvati: Queſta Croce fu li noſtri arbori, queſta Croce fu le noſtre vele, queſta Croce fu la noſtra guida, & noſtro pedotta, che ſecondo, che ella ne veniva avanti, coſi ne conduceva dietro la ſua grandiſſima luce, & a queſto modo ci conduſſe fino nel Canale di Santo Marco, & coſi per eſſa ſiamo ſalvi, & dimandando el detto M. Andrea Vendramino del ſuo cargo, i patroni, e Marinari: che Croce era quella, & riſpondendo lor, che non el ſapevano dir, e non la vide mai, e non ſapria dire nè che, nè come ella fuſſe fatta; All' hora i menò dentro dell' Albergo, & ſubito come i viſte la Croce de Criſtallo, che era nel ſuo Tabernacolo, li patroni, & marinari ſe ingenocchiò, & hebbe a dire; Queſta è quella Croce, che ne ha ſalvati; e non ſe poſſando ſatiar di guardarla, lacrimando l' adoravano con grande devotione.

Per memoria di queſto miracolo vi era già nell' Albergo della Scuola un Quadro fatto l' anno 1494. de man de un Peroſino, il qual eſſendo già

enim ſua nos præcedens iter tutum, quod ſequeremur oſtendit, ſicque ejus beneficio ſalvati ad canalem Divi Marci pervenimus. His auditis Andreas, quid de mercibus actum eſſet, ſciſcitatus eſt, & quænam fuiſſet Crux illa, cumque reſponderent ſe plane neſcire, neque eam vidiſſe unquam, propterea nihil quidquam definire poſſe de illa; Tum eos in hoſpitium introduxit, qui ſimul ac Crucem viderunt criſtallinam ſuo Tabernaculo impoſitam una omnes in genua provoluti aperte profeſſi ſunt, illam ipſam eſſe Crucem, per quam illis affulſerat ſalus, nec oculos ab ea dimovere poterant, & lacrymis effuſis ſumma cum devotione eamdem venerabantur.

In hujus miraculi perennem memoriam extabat in hoſpitio Sodalitii Tabula picta anno MVID. a quodam Peruſino, quumque fuiſſet incendio con-

Digitized by Google

già abbruciato, è ſtato ultimamente renovato l'anno 1588. de mano de M. Andrea Veſentino.

Miracolo, come la detta Croce deliberò un indemoniato.

Nel tempo del Patriarca da cha Querini, che fu dell'Ordine de Frati Minori, & fu Patriarca di Grado; perche lui era un devoto, & ſanto huomo, ſiando uno indemoniato, i ſoi parenti have ricorſo al ſanto Patriarca predetto, pregandolo in reverentia de Dio, e per la ſua ſantità, & devotione gli piaceſſe di ſcongiurare il detto Demonio, & veder, ſe ſi potea diſcacciarlo, e liberare il detto indemoniato; il Patriarca che haveva in gran divotion queſta ſantiſſima Croce hebbe a dire: io non ſon di tanta auttorità; ma l'è una Croce alla ſcuola di San Giovanni Evangeliſta, con quella vedremo ſi lo potremo liberare, & dato l'ordine, gli fu portata queſta Croce al Patriarcato, & con eſſa deliberò lo indemoniato.

Per memoria di queſto Miracolo, vi è nell'Albergo della

consumpta recenter renovata fuit, anno MDLXXXVIII. penicillo Andreæ Vicentini.

Miraculum, quo Crux eadem hominem a Dæmone liberavit.

Sub Patriarcha Quirino Minorita (*a*), qui Sedem Gradenſem tenebat, quum quidam a Dæmone vexaretur, ejus parentes pro ea devotionis, & ſanctitatis opinione quam piiſſimus Patriarcha apud omnes habebat, illum adierunt enixe rogantes, & per Dei obſequium, ejusque pietatem obteſtantes, ut contra Dæmonem exorciſmorum arma expediret, & miſerum hominem liberare vellet. Quibus Patriarcha cum magnopere hanc Crucem ſanctiſſimam veneraretur reſpondit, ſibi vires ad rem tantam non eſſe, ſed in Sodalitio S. Joannis Evangeliſtæ Crucem exiſtere, cujus præſidio conaretur illud perficere, quod poſtulabant; nec mora cum juſſiſſet Crucem ad ſe deferri ejus ope Dæmonem abegit.

In hujus miraculi memoriam extat in hoſpitio Sodali-

(*a*) De Franciſco Quirino Patriarcha Gradenſi loquitur, quem Tom. III. pag. 25. notavimus ab aliquibus perperam Minoriticæ familiæ adſcriptum.

la Scuola un Quadro fatto l'anno 1494. de man de M. Vettor Scarpazza all'hora ottimo Pittore.

tii Pictura, quam anno 1494. Victor Scarpazza eximius eo tempore Pictor perfecit.

Miracolo, come la detta Croce non vole andare a ſepolire un diſſoluto homo, che detto havea che'l non voleva, che ella lo accompagnaſſe alla ſepoltura.

Siando in queſta Scuola, & Fraternitade un homo molto diſſoluto, & de triſta vita; & chi el voleva trovare, il trovava ſempre nelle taverne, nelli diſhoneſti luoghi: lui haveva un compare, che era un homo da bene el quale era ancor lui in queſta Fraternitade, queſto buon compare per ridurre il ſuo compare, che non attendeva al ben fare, molto egli lo pregava, che doveſſe venir alla Scuola: & perche queſta Santiſſima Croce ſi portava a i corpi, una fiata hebbe a dire; compare vi prego venire alla Scuola ad accompagnare queſta Croce benedetta, che quando voi morirete la venirà ad accompagnarvi alla ſepoltura. Et all'hora el compare cattivo hebbe a riſpondere: io non la voglio venir a compagnare, ne voglio, che ella me vegna ad accompagnar. Hora paſſando alcun tem-

Miraculum quo Crux eadem noluit ad ſepulcrum comitari hominem nefarium, qui vivens dixerat ſe hunc honorem minime velle.

Erat in hoc Sodalitio Homo pravis moribus, & vita nequam, qui nonniſi cauponas & lupanaria frequentabat. Sed in hoc ipſo Sodalitio erat alius affinitate illi ſpirituali conjunctus homo frugi & integerrimæ vitæ, qui ſæpe illum hortabatur ad pie vivendum, & ad Sodalitii frequentiam, ut a vitiis dimoveret. Accidit die quadam, ut hæc Crux ſanctiſſima deferretur de more ad funebrem comitatum, qua occaſione arrepta Vir pius quæſo, inquit, hodie venias hanc benedictam Crucem comitatum, quæ deinde te mortuum comitabitur, cui vir peſſimus; neque ego eam comitari, nec illam me mortuum comitari volo. Poſt aliquod tempus ſupremum diem obivit, cumque in vicina Sancti Leonis degeret, Sodalitium juxta conſuetum morem prodivit, ut cadaver ad ſepulchrum effer-

tempo, lui venne a morte, & morto lui, perche ſtava nella Contrà de San Lio, la Scuola ſecondo l'uſanza ſi move, & va per levare il corpo per condurlo alla ſepoltura, & eſſendo aggiunto quel dal penello appreſſo el ponte de S. Lio, lì dalle filla oro, quello che porta el penello, ſopra del quale era queſta ſacratiſſima Croce vogliando montar non puole, anzi pare, che 'l ſia ſpento in dietro, & non ci poſſando montare, il Guardiano della Scuola crede, che li ſia venuto qualche accidente, onde diſſe al compagno ſuo che toleſſe el penello; & vogliando lui col penello montare ſopra il ponte, non ci potè montar, anzi pare che ſia ſpento in dietro, & vedendo queſto un homo di mare, homo robuſto, valente, hebbe a dire; moſtra qui damme queſto penello, che anderò ben oltra mi; e tolto che lui ha queſto penello, volſe montare ſopra il ponte, & ancor lui non ci puol montare, anzi ſe i primi doi hanno fatto male, lui fa tanto peggio. Il Guardiano della Scuola non ſa, che ſi fare, in queſta longa diſtantia la Scuola ſta ferma; quelli di dietro dicevano, che ſtemo noi a fare, che non andiamo oltra? la voce va, come quello dal pe-

efferret, & cum perveniret Sodalitii vexillum ad pontem S. Leonis ubi fila aurea conficiuntur, qui vexillum geſtabat, in quo ſita erat Crux hæc ſacratiſſima, fruſtra pontem ſcandere conatus eſt, immo ſibi ipſe retrorſum impelli videbatur. Tunc Sodalitii cuſtos ratus aliquid illi mali accidiſſe, præcepit ejus ſocio, ut vexillum aſſumeret, & procederet, cui idem omnino contigit, nec aſcendere potuit. Aderat robuſtus & validis viribus nauta, qui cedo inquit mihi hoc vexillum, nec dubito quin progrediar, ſed cum vexillum arripuiſſet, & pontem ſuperare vellet, nec ipſe potuit, quodque alii infauſte tentaverant infauſtius ipſe tentavit. Anceps hæret & dubius Cuſtos Scholæ, & in hac mora longus Sodalium ordo ſubſiſtit. Qui poſtremi erant conqueri cœperunt, quid ſtamus, cur non progredimur. Sed a primis vox ad ultimos ſucceſſive pervenit, quod Vexillifer non poſſet pontem tranſcendere. Hoc ut audivit defuncti Amicus, qui inter Sodales aderat, impia hominis verba in mentem revocavit, & ad vexillum proceſſit, viſoque prodigio, ita cuſtodem Sodalitii allocutus eſt. Homo hic vita functus mihi erat ſpirituali affi-

penello non puol montar ſopra il ponte, il compare del morto ſi trova eſſer nella Compagnia, ricordaſſe delle parole del compare, onde lui vole venir a veder, e vedendo queſto miracolo ſi appreſentò al Guardiano, & gli hebbe a dire, queſto è uno miracolo; coſtui che è morto, fu mio compare, il qual fu homo deſſoluto, & de triſta conditione, onde vogliandomi redurlo a ben fare, lo havi a pregar che lui doveſſe venir alla Scuola, & che lui veniſſe ad accompagnar queſta ſantiſſima Croce, che lei alla ſua morte la lo accompagnerebbe alla ſepoltura, & eſſo mi riſpoſe; io non la voglio venir ad accompagnare, nè non voglio che ella mi accompagna; & all'hora il Guardiano, & compagni deliberò de farſi preſtare al Piovan de S. Lio la Croce della ſua Chieſa, & il Piovan fece portar la ſua Croce & queſta ſantiſſima Croce fu tolta zoſo del penello, & fu meſſo quella del Piovan, & quello dal penello ſenza reſiſtentia montò ſuſo il ponte, & andoſſene a ſepellir il detto corpo, & per queſto miracolo fu deliberato, che la non ſi portaſſe ſe non in alcuni dì ſolenni come nella Mariegola ſi contien.

nitate conjunctus, cumque in omne vitium rueret, cumque olim ad ſanam frugem vellem adducere rogaveram illum, ut frequentaret Sodalitium, & hanc ſanctiſſimam Crucem comitaretur, a qua ipſemet mortuus comitandus eſſet. Sed reſpondit: nec ſe eam comitari velle, nec ejus comitatum ſibi mortuo cordi eſſe. Hæc cum audiſſent Cuſtos & Socii, injerunt Conſilium petendi Crucem ſuam a Plebano Sancti Leonis, quam cum impetraſſent detracta a vexillo hac Cruce Sanctiſſima ſubſtituerunt Crucem Plebani. Tunc enim vero vexillum, abſque reſiſtentia pontem transmeavit, & ad cadaver ſepelliendum proceſſit. Propter hoc miraculum decretum fuit, ut Crux hæc non amplius produceretur, niſi in quibuſdam ſolemnioribus diebus, prout in matricula enunciatur.

Per   Con-

Digitized by Google

Per parte dell' Eccelſo Conſiglio di Dieci, in memoria de coſi ſtupendo miracolo, ſi porta ogni anno queſta Croce Santiſſima alla Chieſa di S. Lio.

Conſilium Decemvirum in memoriam prodigii tanti decrevit, ut Crux ipſa quotannis ad Eccleſiam Sancti Leonis deferatur.

M.CCCC.LXXIV. *Die 2. Maii, in Conſilio Decem.*

Quod Fratres Verberati Scolæ S. Joannis Evangeliſtæ, in ſignum miraculi demonſtrati in contracta Sancti Leonis, per ſanctiſſimum Lignum Crucis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, in tempore, quo verberatis illius Scolæ mortuus ducebatur ad ſepulcrum, propter verba, quæ vivens dixerat inter fratres minus honoris dictæ Sanctæ Crucis. Hoc eſt. Quando mortuus ero, non veniat hæc Crux ad levandum me: poſſint in die feſto S. Leonis cum reverentia, ac humilitate, & honorabili devotione portare illam Crucem ad Eccleſiam prædictam, in memoriam rei mirabilis & divinæ, & in confirmationem fidei noſtræ Sanctæ Catholicæ, & ſtabilitate cordis credentium in Deum, & Sanctam Crucem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, ſicut portatur ad Eccleſiam, & locum Sancti Laurentii, pro memoria alterius ſimilis miraculi mirabiliſſimi ſigni. Et illa dies ſit ordinata fratribus prædictis, & omnes devotæ perſonæ in Chriſto firmiter credentes teneantur aſſociare ſub obedientia cum venerabilitate, humilitate & devota reverentia; ſicut a Guardiano magno fuit humiliter ſupplicatum.

Illuſtriſs. Conſilii Decem.

Secr. Nicolaus Padavinus.

Nell' Albergo della Scuola vi è il Quadro di queſto miracolo fatto l'anno 1494. di man di M. Zuanne di Manſueti zoto, allora perfettiſſimo Pittore.

In hoſpitio Sodalitii depictum fuit miraculum hoc anno MVID. manu Domini Joannis de Manſuetis claudi, eo tempore Pictoris eximii.

Mi- Mi-

Digitized by Google

Miracolo come la ditta Croce liberò una fantolina, che non poſſando andare, ſempre era ſtata in cuna, e ridrizzogli gli occhi.

Miraculum quo Crux eadem puellulam liberavit, quæ cum pedibus recta non poſſet inſiſtere ſemper jacebat in cunis, & præterea ejusdem oculos introrſum convolutos direxit.

Nel tempo di M. Bortolamio di Archangeli, ſiando nel M.CCCC.XIIII. Guardiano Grando di queſta Fraternitade, un Sier Nicolò da Benvegnudo da S. Polo, il quale ſi attrovava eſſer di ſoi compagni, habbiando quello Ser Nicolò una fiola piccola de anni tre, la qual dal dì della ſua nativitade fino a quel tempo, ſempre era ſtada in cuna, con grandiſſimi tremori, & appreſſo il negro delli occhi ſuoi non ſi vedeva, & eraſi riverſati, che non ſi vedeva ſe non tutto bianco: & il padre, & la madre havevano fatto ogni eſperientia con Medici, & Mediche per farla liberare, ma niente gli giovava, & trovandoſi il detto Sier Nicolò de Benvegnudo, padre della fantolina, all' hora eſſere uno dei compagni di queſta Scuola, ſtando in l' Albergo con gli compagni, il detto Sier Nicolò raccordandoſi della fiola, chiamò uno de compagni che havea nome Tomaſo dalle verigole, & ſi li diſ-

Tempore Domini Bartholomæi de Archangelis, qui anno MCCCCXIV. Cuſtos Major hujus Sodalitii erat, quidam Dominus Nicolaus Benvenuti ex Parœcia Sancti Pauli unus ex ejus Sodalibus filiolam habebat tres annos natam, quæ ab ipſa nativitate ſemper in cunis decumbebat, utpote quæ continuis concuſſa tremoribus ſtare non poſſet, & præterea oculis bulbo inverſo ita contortis, ut nihil pupillæ & choroidis, ſed ſola alba cornea appareret. Parentes omnem Medicorum & Medicinæ opem experti fuerant, ut valeret oculis ac pedibus, ſed omnes conatus in irritum ceſſerant. Quum igitur Nicolaus eſſet unus ex Fratribus Sodalitii & ſimul cum aliis in hoſpitio, ſeu Aula Sodalitatis degeret, memor puellæ unum ex ſociis accerſivit cui Thomas a Terebris (dalle Verigole) nomen erat eumque ſic eſt allocutus. Thoma quæſo te tres affer mihi candelas parvas. Nec mora,

diſſe: Tomaſo fammi un ſervitio, dammi tre candelette, il Nonzolo ſi ghe le dette, & il detto ſ. Nicolò ſe ne andò con gran devotione alla detta Croce, e quella toccò con le candele, & ſecondo l'uſanza li officiali della Scuola andorno via, & il Padre della fantolina andò a diſnare; diſnato che lui hebbe, volendoſi il padre della fantolina uſcir di caſa, la madre, come piacque all'Onnipotente Dio, hebbe a dire, come dovemo noi fare di queſta fantolina, che voria, che la fuſſe avanti morta, che viva, vedendola coſi ſtentare; All'hora il marito hebbe dire, laſſa far a Dio; & all'hora lui tolſe le tre candelle, & poſeſi in genocchioni davanti la cuna dove la putta giaceva, & con le dette candelette con devotione toccò la detta fantolina nel fronte, & facendoli con queſte il ſegno della Croce, hebbe a dire; come veramente queſte candele hanno toccato il legno della Croce, ſopra il qual il noſtro Signor Dio ſoſtenne morte, & paſſione per redentione dell'humana natura, coſi prego, che ti renda la tua ſanitade. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen*: Et detto queſte parole, la fantolina traſ-
ſe

mora, juſſus æditui famulus eaſdem affert. Tum vero Nicolaus devote acceſſit ad Crucem, quam admotis candelis tetigit. Exinde Sodalitii Magiſtratus alii alio abierunt, & Nicolaus ipſe domum ſuam ad prandium rediit; a prandio diſcedere rurſum domo paranti conjux, ut Omnipotenti Deo placuit, ſic ait: quid tandem de hac puella faciemus, quam mallem mortuam videre, quam inter has pœnas viventem: cui Vir: Omnia committe Deo, atque e veſtigio tres candelas aſſumpſit & flexis ante cunas, ubi filia jacebat, genibus devoto ritu fronti puellæ easdem admovit, tum ad Crucis ſignum efformandum illas recte & transverſim deduxit hæc dicens: Sicuti Candelæ iſtæ reipſa tetigerunt Lignum Crucis, in quo Chriſtus Dominus paſſionem & mortem ſuſtinuit ad humanæ naturæ reparationem, ita obſecro, ut tuam afferat tibi valetudinem. In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Verba hæc vix protulerat cum puella viſa eſt ter concuti vehementer & ſubſilire: & confeſtim oculos ad naturalem formam traductos in aciem rectam direxit, atque ita Matrem compellavit: me hinc eri-
ge

Digitized by Google

Miracolo come la ditta Croce liberò una fantolina, che non poſſando andare, ſempre era ſtata in cuna, e ridrizzogli gli occhi.

Miraculum quo Crux eadem puellulam liberavit, quæ cum pedibus recta non poſſet inſiſtere ſemper jacebat in cunis, & præterea ejuſdem oculos introrſum convolutos direxit.

Nel tempo di M. Bertolamio di Archangeli, ſiando nel M.CCCC.XIIII. Guardiano Grando di queſta Fraternitade, un Sier Nicolò da Benvegnudo da S. Polo, il quale ſi attrovava eſſer di ſoi compagni, habbiando quello Ser Nicolò una fiola piccola de anni tre, la qual dal dì della ſua nativitade fino a quel tempo, ſempre era ſtada in cuna, con grandiſſimi tremori, & appreſſo il negro delli occhi ſuoi non ſi vedeva, & eraſi riverſati, che non ſi vedeva ſe non tutto bianco: & il padre, & la madre havevano fatto ogni eſperientia con Medici, & Mediche per farla liberare, ma niente gli giovava, & trovandoſi il detto Sier Nicolò de Benvegnudo, padre della fantolina, all' hora eſſere uno dei compagni di queſta Scuola, ſtando in l' Albergo con gli compagni, il detto Sier Nicolò raccordandoſi della fiola, chiamò uno de compagni che havea nome Tomaſo dalle verigole, & ſi li diſ-

Tempore Domini Bartholomæi de Archangelis, qui anno MCCCCXIV. Cuſtos Major hujus Sodalitii erat, quidam Dominus Nicolaus Benvenuti ex Parœcia Sancti Pauli unus ex ejus Sodalibus filiolam habebat tres annos natam, quæ ab ipſa nativitate ſemper in cunis decumbebat, utpote quæ continuis concuſſa tremoribus ſtare non poſſet, & præterea oculis bulbo inverſo ita contortis, ut nihil pupillæ & choroidis, ſed ſola alba cornea appareret. Parentes omnem Medicorum & Medicinæ operam experti fuerant, ut valeret oculis ac pedibus, ſed omnes conatus in irritum ceſſerant. Quum igitur Nicolaus eſſet unus ex Fratribus Sodalitii & ſimul cum aliis in hoſpitio, ſeu Aula Sodalitatis degeret, memor puellæ unum ex ſociis accerſivit cui Thomas a Terebris (dalle Verigole) nomen erat eumque ſic eſt allocutus. Thoma quæſo te tres affer mihi candelas parvas. Nec mora,

diſſe: Tomaſo fammi un ſervitio, dammi tre candelette, il Nonzolo ſi ghe le dette, & il detto ſ. Nicolò ſe ne andò con gran devotione alla detta Croce, e quella toccò con le candele, & ſecondo l' uſanza li officiali della Scuola andorno via, & il Padre della fantolina andò a disnare; disnato che lui hebbe, volendoſi il padre della fantolina uſcir di caſa, la madre, come piacque all'Onnipotente Dio, hebbe a dire, come dovemo noi fare di queſta fantolina, che voria, che la fuſſe avanti morta, che viva, vedendola coſi ſtentare; All' hora il marito hebbe dire, laſſa far a Dio; & all'hora lui tolſe le tre candelle, & poſeſi in genocchioni davanti la cuna dove la putta giaceva, & con le dette candelette con devotione toccò la detta fantolina nel fronte, & facendoli con quelle il ſegno della Croce, hebbe a dire; come veramente queſte candele hanno toccato il legno della Croce, ſopra il qual il noſtro Signor Dio ſoſtenne morte, & paſſione per redentione dell' humana natura, coſi prego, che ti renda la tua ſanitade. *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen*: Et detto queſte parole, la fantolina traſ-

ſe

mora, juſſus æditui famulus eaſdem affert. Tum vero Nicolaus devote acceſſit ad Crucem, quam admotis candelis tetigit. Exinde Sodalitii Magiſtratus alii alio abierunt, & Nicolaus ipſe domum ſuam ad prandium rediit; a prandio diſcedere rurſum domo paranti conjux, ut Omnipotenti Deo placuit, ſic ait: quid tandem de hac puella faciemus, quam mallem mortuam videre, quam inter has pœnas viventem: cui Vir: Omnia committe Deo, atque e veſtigio tres candelas aſſumpſit & flexis ante cunas, ubi filia jacebat, genibus devoto ritu fronti puellæ easdem admovit, tum ad Crucis ſignum efformandum illas recte & transverſim deduxit hæc dicens: Sicuti Candelæ iſtæ reipſa tetigerunt Lignum Crucis, in quo Chriſtus Dominus paſſionem & mortem ſuſtinuit ad humanæ naturæ reparationem, ita obſecro, ut tuam afferat tibi valetudinem. In nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Verba hæc vix protulerat cum puella viſa eſt ter concuti vehementer & ſubſilire: & confeſtim oculos ad naturalem formam traductos in aciem rectam direxit, atque ita Matrem compellavit: me hinc eri-

ge

Digitized by Google

ſe tre grandiſſimi tratti, & ſubito ſi redrizzò gli occhi, ſi che gli riduſſe nella ſua debita forma & ſanità, dicendo, Madre; levami ſuſo; & coſi la levò, & quella fantolina, che mai dalla ſua nativitade fina a quel zorno, non era ſtata ſe non che in cuna, cominciò andar, come ſe mai non haveſſe havuto male & coſi la detta fantolina da queſta Santiſſima Croce fu deliberata, ſi delli occhi, come della perſona.

ge Mater optima, quæ cum eam arrexiſſet, illa, quæ a nativitate cunis fuerat ad eam diem affixa, perinde ingredi cœpit, ac ſi nihil omnino pedibus unquam laboraſſet. Hoc pacto per hanc Crucem ſanctiſſimam puella iſta oculis pedibuſque plane convaluit.

Miracolo, come la detta Croce deliberò una Nave dalla Fortuna.

Nel M.CCCCXXI ſiando adi XVIII. Aprile, circa alle ſei hore di notte una Nave, della quale era patron Sier Giacomo Formento nel Quarnaro, venendo a Venetia li ſopragionſe una grandiſſima fortuna, tale granda, che del tutto ſi credettemo annegar, & trovandoſe eſſi in queſta fortuna ſoprà la detta Nave uno Mercadante fratello di queſta Scuola ſe chiamava Sier Polo Rabbia, lui ſi venne ad arricordarſi de queſta Santiſſima Croce, & delli miracoli, che fatto havea, onde ſi hebbe a ricomendare a lei; e ricomendato

Miraculum, quo dicta Crux Navem liberavit a naufragio.

Anno MCCCCXXI. die Aprilis XVIII. circa noctem mediam Navis, cui præerat Jacobus Formentus in Quarnario, procelloſo Iſtriæ ſinu, quum iter Venetias verſus haberet in horridam procellam incurrit, & ſævam adeo, ut omnes penitus de ſalute deſperarent. Aderat inter ceteros Paulus Rabbia Mercator hujus Sodalitii Frater, qui memor tot prodigiorum, quæ Crux hæc ſanctiſſima patraverat ejus opem implorare precibus cœpit; quod cum feciſſet ſe illi conſpiciendam Crux ipſa repente dedit, & illico

to ma-

to che lui ſi hebbe, ſubito vide la detta Croce, & all' hora la fortuna hebbe a ceſſare, per tal modo, che all' hora fu deliberati dalla fortuna, & queſto fu nel tempo di M. Anzoletto di Miotti, trovandoſe eſſer Guardiano Grando di queſta Scuola.

maris ventorumque rabies adeo deferbuit, ut portum navis incolumis attingere potuerit. Hæc acciderunt tempore Domini Angeli Miotti Cuſtodis Majoris hujus Sodalitii.

Miracolo, come la detta Croce deliberò un figliolo di un Cittadino da Breſſa, di una ferida, che bebbe ſopra la teſta.

Miraculum, quod Crux eadem ſanavit Filium Civis Brixienſis a vulnere in caput inflicto.

Nel MCCCCXLIV. in la feſta di S. Marco di Aprile dimoſtrò l' Altiſſimo Dio, miracolo della Croce SS. che ſiando in tal dì in Proceſſion, & eſſendo su la piazza ſi trovò un Cittadino Breſſan Mercadante, che haveva nome Sier Giacomo de Sali, al qual era occorſo che ſiando un ſuo fiolo a Breſſa, & correndo per la piazza verſo la loza, ſi venne a urtar con la teſta in una baleſtrà, per modo, che 'l ſe ſeſſe la teſta, onde gli biſognava trar molti oſſi dal capo, & di tal caſo habbuto notitia da i ſuoi la vigilia di S. Marco, e trovandoſi el dì ſeguente, che fu el dì di M. S. Marco, ſopra la piazza molto malanconioſo, habbiando aldito de grandi miracoli ch'

Anno MCCCCXLIV. menſe Aprili, & die S. Marco ſacra oſtendit Deus miraculum hujus Crucis Sanctiſſimæ, quæ in ſolemni ſupplicatione deferebatur. Aderat in foro Civis Brixienſis Mercator, cui nomen Jacobus de Salis, cui acciderat, ut ejus filius Brixiæ, dum per forum verſus Porticum curreret, caput in feneſtram impingeret, adeo ut cranio perfracto multa inde fruſtula oſſis extracta fuiſſent, cujus infortunii nuncium habuit in pervigilio S. Marci. Cum igitur die ſequenti Sancti Evangeliſtæ feſto meſtus in platea degeret multaque prodigia audiſſet ab hac Sanctiſſima Cruce patrata, dum ea defertur a ſodalibus in ſolemni ſupplicatione provolutus

ch' haveva dimoſtrato queſta Croce Santiſſima, portandoſe la Croce per Piazza con la Scuola, ſe buttò in genocchioni pregando l'onnipotente Dio, & quella Croce ſantiſſima che ſi degnaſſe il detto fiolo ſoccorrer, e di mal liberarlo; Seguì per la potentia divina, che ſiando andati li Medici il dì ſeguente per medicarlo, levato ch'hebbe il panno di ſopra la teſta, trovò la piaga ſalda ſenza macula alcuna per virtù di queſta Croce Santiſſima.

tus in genua Omnipotentem Deum rogavit, eamque Crucem ſanctiſſimam, ut filio præſto eſſent, atque a vulnere liberarent. Accidit per divinam Omnipotentiam, ut cum Medici die poſtero acceſſiſſent ad juvenem medicandum detractis faſciis invenirent conſolidatum vulnus ſine cicatrice ulla per hujus Crucis ſacræ prodigium.

In memoria di queſto miracolo vi è nell' Albergo della Scuola un Quadro, fatto l'anno 1497. de mano de M. Zentil Bellini, in quei tempi ſingolariſſimo Pittore.

In miraculi memoriam eſt in hoſpitio Scholæ tabula picta, quam anno 1497. Gentilis Bellinus per eam ætatem celeberrimus Pictor perfecit.

Miracolo come per la detta Croce Pietro de Lodovico tormentato da febre abbandonato da Medici, fu liberato.

Miraculum quo Crux eadem Petrum de Ludovicis febri laborantem poſt irritam Medicorum opem morbo liberavit.

Del M.CCCCXLVII. il dì della noſtra Donna, che fù adi XV. Agoſto, me venne una febre quartana; & queſto per haver habbudo quel giorno una grande ſtraccha a cavallo, la quale ſempre me veniva a hore ventitrè, e durava hore ſei, tra fredda, & calda; & ſiando ſtado a Padova venni a Venetia adi XX. di Decembrio, tutta

Anno MCCCCXLVII. Die Auguſti XV. Deiparæ ſacra me febris cœpit quartana propter indiſcretam ejus diei equitationem. Febris conſtanter adveniebat hora 23. & per ſex horas perſeverabat comitantibus partim frigore, partim calore. Cum fruſtra Patavium petiiſſem redii Venetias die XX. Decembris adhuc hoc morbo gra-

ta fiada con grandiſſimo mal, per modo, che non fu quaſi ſperanza della mia perſona; la prima Domenica di Zener andai alla Scuola & tolſi il mio pan, & la mia candella, & con quella candella andai davanti quella benedetta Croce con divotione, che li piaceſſe liberarmi da quella, & la detta Domenica era il mio dì della febre, & dapoi fatto, me ne andai a caſa, & circa le ventidoi hore mi miſi nel letto con la detta candela, e tuttavia chiamando la detta Croce con divotion; & come fu la mia hora, non mi venne niente, ſe non circa un'hora di notte mi venne freddo, & durome mezza hora, & mai più non mi venne. Et queſto miracolo fece la Santiſs. Croce ſopra la perſona de mi Piero de Lodovico de Piero della Contrà de S. Salvador; & beato colui, che tal Croce chiamerà con buona divotione.

Per memoria di queſto miracolo, nell'Albergo della Scuola fu fatto un Quadro l'anno 1501. fra le due fineſtre dell' Albergo; de mano de M. Zentil Bellini di ſopra nominato.

gravatus, & adeo ut nulla mihi ferme ſalutis ſpes ſupereſſet. Dominica prima Januarii ad Sodalitium me contuli ubi panem meum, meamque candelam habui. Hanc manu tenens oravi devote ante hanc Crucem benedictam rogans, ut a febri convaleſcerem. Ea porro Dominica recurrebat de more febris. Poſt orationem reverſus ſum domum, & circa horam vigeſimam ſecundam decubui in lecto tenens candelam, & inceſſanter implorans, & devote ejusdem Crucis opem. Cum hora febris advenit, nihil ſum paſſus, ſolummodo circa horam noctis frigus expertus ſum per ſemihoram. Nec mali quidquam mihi amplius rediit. Hoc fecit miraculum Crux ſanctiſſima ſuper me Petrum de Ludovicis quondam Petri de vicinia S. Salvatoris; & oh illum vere felicem, qui Crucem hanc rite, & devote invocabit.

In hujus prodigii memoriam in hoſpitio Scholæ picta fuit Tabula Anno 1501. inter duas feneſtras a Gentili Bellino, ſupra memorato.

Copia di una lettera eſſiſtente nella Scuola ſcritta per M. Antonio Rizzo, Cancelier dell' Arcipelago.

Exemplar Epiſtolæ in Sodalitio exiſtentis a Marco Antonio Riccio Archipelagi Cancellario ſcriptæ.

A Tergo. | Egregiis, & ſapientibus viris D. D. Guardiano & ſociis Scholæ verberatorum S. Joannis Evangeliſtæ, fratribus cariſſimis.

Jeſus 1461. *In Raguſi.*

Egregii Fratres chariſſimi. Come sa le Fraternità voſtre io mi partì da Venetia adi 14. de Decembre proſſimo paſſato con la Nave de Filomati, Patron Sier Manoli Vari de Candia, per andar alla mia Cancellaria, & habbiando uſato belliſſimi tempi, ſora Budua ne affazzò un temporale de Sirocho, e Levante, per modo che li conveniſſimo dar le Poppe, per modo che ſcorſi a Raguſi, fu adi 26. Decembrio proſſimo paſſato, che ſteſſimo con fortuna da Levante, e Sirocho, per fin adi ultimo detto, & adi ultimo parſe, ch' el bonazzaſſe, per modo che tutte ſe allegravano, penſando ch' el doveſſe far del noſtro. Et habbiando anchore tre in acqua, con tre bone e perfette gomene, che ſaria ſta ſufficiente a tegnir quella Nave appicada, non che ſorta, & a hore tre de notte vegnando il primo de Zener, el co-

Jeſus MCCCCLXI. *Raguſæ.*

Egregii Fratres cariſſimi. Ut vobis notum eſt ab Urbe Veneta diſceſſi die XIV. Decembris anni modo præteriti cum Navi de Philomatis Rectore D. Emmanuele Vari Cretenſi, ut me ad munus meum exercendum conferrem, cumque curſus ab initio proſper fuiſſet ſupra Buduam imber ater inter Eurum & Auſtrum ſurrexit, adeo ut a puppi illum excipere coacti fuerimus. Hoc pacto Raguſam usque tranſcurrimus, perſeveravit procella a die 26. Decembris ad ultimam menſis diem, cum tandem viſa eſt cœli & maris rabies miteſcere, propterea lætabamur omnes ventum ſecundum quamprimum expectantes. Tres jactæ fuerant anchoræ, cum tribus rudentibus apprime fortibus, quibus ſuſpenſa in aere nedum aquis innatans ſtetiſſet navis. Sed hora noctis tertia ante Kalendas Januarii repente ventus Gre-

Digitized by Google

comenzò a ſtar vento da Grego, & tramontana, con tanta fortuna de vento & mare, che non era poſſibile, cho homo podeſſe anco guardar verſo il vento, & a hore ſette de notte la Nave comenzò arrar, & mararſe le anchore dredo, che arravano; ſorgeſſimo un' altra anchora de Nave; perche non era poſſibile metterla altramente; & eſſendo in queſto affanno feſſimo una proferta a una noſtra Donna ch' è in l' Iſola de Candia. Et fatto queſto, ſtando un' hora ſtraſſinaſſimo tutte quattro le anchore driedo, per modo, che deliberaſſimo far un pellegrin a Madonna S. Maria de Loreto, & coſi feſſemo; & ſtando coſi alla ſperanza de Chriſto alla Diana araſſemo compidamente, per modo che ſe Dio, & la glorioſa Vergine Madonna S. Maria, & queſta degna Croce miracoloſa non ne aveſſe ajuta, ſaſſemo peridi tutti, e forſi ſaſſemo annegadi arando, & andando a ſequaro di un ſcoio, per modo che con la man haveria tratto una piera de Nave in terra, & tutta ſiata aravimo, & eſſendo andà in camera a far veſtir li meſchini miei fioli, i quali credeva totalmente quella notte i ſe doveſſe annegar, & a far levar, e veſtir mia mogier, & la mia famegia, habiando averto la mia caſſetta da ſcritture per ſuor

Græco-boreas, adeo cœlum & mare commovit, ut neque homines adverſus impetum illum pedibus poſſent inſiſtere. Circa horam ſeptimam cœpit navis jactatas anchora maris fundum ſulcantes poſt ſe trahere. Quartam anchoram a prora dimittimus, neque enim aliter dimitti poterat. Cumque in his anguſtiis verſaremur votum emiſimus Deiparæ, quæ in Cretæ inſula colitur. Quo facto adhuc per horam integram quatuor ſimul anchoras navim ſequentes traximus, adeo ut ſtatuerimus aliud votum addere peregrinationis ad S. Mariam Lauretanam, quod emiſimus. In hoc rerum ſtatu cœleſtibus tantum præſidiis fidentes circa Auroram inutiles plane evaſerunt anchoræ, quas nihil hærentes trahebamus. Niſi Deus & B. Virgo, & hæc Crux prodigioſa opem tuliſſent, conclamatum erat. Certum erat naufragium, eo quia navis ſecus ſcopulum tranſcurreret a quo unicum lapidis jactum diſtabat, & adhuc anchoras trahebamus. Quumque in cubiculum deſcendiſſem, ut miſeros filios ad induendas veſtes & conjugem & famulos excitarem, quos aquis procul dubio demergendos credebam, aperta ſcripturarum arca, ut res quaſdam educerem, & mecum retinerem, duas candelas inveni mihi

tuor certe coſe, & mettermele adoſſo trovai do candele, le qual per la voſtra fraternità me erano ſtà date, con le qual era ſtà toccà quella digniſſima Croce, avvegna Dio che ſempre tutta quella notte l'haveva havuta davanti li occhi, tolſe una di quelle candele, & laſciai ſtar tutto & impiai quella davanti la noſtra Donna, & andai ſuſo a prova, & trovai el patron, & marinari ſotto el balor, che ſtavano a veder, che di hora andaſſimo in terra, & ſtava con le manare in man ad aſpettar, che la Nave toccaſse in terra, perche come la toccava, i ſe haveva deliberà di tagliar l'armizo, acciò la Nave ſe prolongaſſe in terra, per veder de ſcapolar, avvegna Dio che niuno non ſarian campadi, per la gran fortuna, che havevimo con grande terribilità de mare, & azonti li propoſi al patron, & alli altri che attrovava lì, che faſſemo qualche offerta a queſta degna Croce, che haveva ſperanza in Dio, & in la ſua glorioſa Madre Madonna S. Maria, & in queſta degna Croce, ne camperia: & coſi tutti diſſe, ſemo contenti, & fatta l'offerta, avvegna la ſia piccola, ſubito le noſtre anchore ſe arnarò, per modo, che ne tenne forti tutto el dì ſeguente, & la notte, & l'altro dì, & la notte con tanta fortuna, & rabbia de vento, che

mihi in veſtro hoc Sodalitio datas, quæ illam Crucem digniſſimam tetigerant, quam oculis ſemper præſentem tota nocte habueram. Unam ex illis cæteris rebus omnibus neglectis accendi ante imaginem Deiparæ. Tum ſuper proram aſcendi, ubi nauclerus & nautæ ſub mali coronide intenti obſervabant imminentem contra terram impactum, & ſecures manibus paratas tenebant, ut ſimul ac navis impingeret malos & armamenta, quæ vocant, ut navis levior evaderet & in minori aqua conſiſteret, ut vitæ hominum provideretur, quandoquidem nemo unus evaſiſſet propter ingentem aeris turbinem, & violentam maris rabiem. Cum ad eos acceſſiſſem propoſui nauclero & aliis adſtantibus, ut aliquid offerrent huic Cruci ſanctiſſimæ, cum ſpe in Deo ejusque glorioſa Matre & hac Cruce admirabili periculum evadendi. Aſſenſere unanimiter omnes factaque oblatione quantumvis parva illico anchoræ hæſerunt humi, adeo ut nos continuerint diem noctemque per biduum inter veſanos undique ventos, quorum violentiam incredibilem mente aſſequi nemo poteſt. Hoc pacto nos cum navi cœleſti ope ſalutem invenimus. Hæc omnia Fratres chariſſimi placuit vobis

che non è cuor humano che creder lo podeſſe, per modo, che e Noi e la Nave ſiamo ſcapolati, con la grazia de Dio. Vi ho voluto fradelli cariſſimi darvi queſto avviſo, acciò queſto miracolo poſſiate conferir, & metter nel numero delli altri miracoli, notificandovi, che per tre volte toccaſſimo con il timon terra; & Dio, & la Glorioſa Madre ſua, & queſta verace, & degna Croce del miracolo, ne ha ſalvadi. Onde per concluder vi voglio pregar, che pregate Iddio, & queſta degna Croce, che ne preſti gratia, & ventura, che ne conduchi ſalvi in Candia, ſcoderemo i danari, & quelli ſe manderà alle voſtre Fraternità, per eſecution della improferta noſtra, accioche mediante la grazia di Dio, quella ne poſſi aidar; nè altro, ſalvo pregate Iddio per noi. Adi 5. Zener.

Antonio Rizzo voſtro fradello, Cancellier del Arcipelago.

Miracolo, come queſta benedetta Croce liberò un puttino, che ſi haveva fracaſſato il capo &c.

Queſta benedetta Croce, oltra gli altri innumerabili miracoli, che ſi ha degnato adopetare, non è da tacere queſto, che nuovamente è accaduto.

bis nunciare, ut hoc miraculum enarrare poſſitis, & illi locum inter alia dare. Addens nos terram claro ter tetigiſſe, ſed Deus & glorioſa ejus Mater, & hæc prodigioſa Crux incolumes nos fecit. Propterea ad ultimum rogatos vos velim, ut preces ante Deum & hanc Crucem ſanctiſſimam fundatis, ut gratiam & opem ferat, ut ſalvos in Cretam adducat. Pecuniam colligam, quam ad vos mittam, ut oblationi promiſſæ fiat ſatis & divina gratia ſemper præ voto adſit: non habeo, quod addam, niſi, rogando vos, ut nos apud Deum commendatos habeatis. Die v. Januarii.

Antonius Riccius Sodalis veſter Archipelagi Cancellarius.

Miraculum, quo Crux hæc benedicta puerum liberavit ab ingenti capitis fractura.

Inter miracula innumera ab hac Cruce ſanctiſſima patrata illud non eſt ſilentio prætereundum, quod nuper accidit. Anno MCCCCLXXX. die x. Martii Aloyſius

duto. Nel 1480. adi 10. Marzo Ser Alviſe Finetti, Scrivan alla camera d'impreſtidi, ha un ſuo fiolo di anni quattro, il qual montò ſopra un ſolaruolo, nella ſua cuſina, & giocando caſcò zoſo del detto ſolaruolo, & ſe rompè, e fracaſsò la teſta, con effuſion di ſangue, & infioſſi tutta la teſta, e la faccia, che mal ſi potea conoſcere; la madre come affannata, e tribulata del figliuolo, ſubito corſe, & afferollo in brazzo, & portollo in cuna, & come devota di queſta SS. Croce fece voto ad eſſa, & tolſe do candele, che haveva toccato il Legno della Croce, le qual candele li dette Ser Policreto, eſſendo Vicario di detta Scuola, quando fu racconciada detta Croce, & lei con grandiſſima devozione il ſegnò, & coverſe il detto ſuo fiolo, & poi per lo ſpatio di un' hora ſempre raccomandandoſo alla detta SS. Croce; tornò la detta ſua madre a veder il ſuo fiolo, & trovollo ſano e ſalvo, e lo tolſe di cuna, in modo, che non parea l'haveſſe havuto male alcuno.

ſius Finetti, Scriba in Officio Mutuationum Filium habebat annos quatuor natum, qui in culina cum ſupra altiores tabulas aſcendiſſet dum ludit incautus decidit, & ejus caput fractum eſt cum ingenti ſanguinis effuſione. Intumuit adeo caput totum & vultus, ut non amplius cognoſceretur. Mater dolore victa ex Filii infortunio ſtatim illum arripuit, & in cunis depoſuit, utque erat Crucis hujus Sanctiſſimæ devota votum erga ipſam concepit, duasque cœpit candelas, quæ hujus Crucis lignum tetigerant, & quas habuerat a Domino Policreto Sodalitii Vicario, quum ipſa Crux fuit ſarcita, cum his candelis ſignum Crucis ſuper Filium fecit eumque linteis texigit, tum per integram horam ſemper illum Cruci SS. commendavit. Rurſus Mater remotis linteis inſpexit Filium quem incolumem invenit, quem a cunis amovit, ita ut videretur nihil mali habuiſſe.

Hie-

Hieremias Baduarius Prior S. Joannis Evang. per procuratorem concedit Sodalitio S. Joannis Evang. locum pro erigendo Hoſpitio.

A 1340.

Ex Archivo Prioratus S. Jo: Evangeliſtæ.

IN Nomine Domini Dei æterni Amen. Anno Nativitatis ejuſdem milleſimo tercenteſimo quadrageſimo Indictione Octava die Dominico nono intrante Junii Paduæ in contrata S. Sophiæ in domo habitationis N. V. Marci Baduarii de Peraga. Preſentibus Guielmo dicto Baldino filio Seniſii de Enricis de dicta Contracta Domino Franciſco q. Domini .... de dicta Contracta & Jacobo dicto de Rubeo q. Domini Sinesii de dicta Contracta, Teſtibus ad hæc ſpecialiter vocatis, & aliis. Ibique Reverend. Vir Dominus Hyeremias q. Nob. Militis Domini Philippi de cha Baduario dicti de Peraga Prior, & Rector & Gubernator Hoſpitalis & loci S. Joannis Evangeliſtæ de Venetiis fecit, conſtituit, & ordinavit diſcretum Virum Ser Bartholomeum dictum Barberium q. ..... ſuum dicti Hoſpitalis & loci Sancti Joannis Evangeliſtæ de Venetiis abſentem, tanquam preſentem, certum Nuncium, commiſſum, actorem, adminiſtratorem, & factorem, legitimum Procuratorem ſpecialiter ad aſſignandum cuilibet perſone, de qua videbitur dicto ſuo Procuratori, locum congruum in dicto Hoſpitali manere & ſtare debere de voluntate dicti Prioris, & ad recipiendum quaslibet domos, & poſſeſſus pro dicto loco, & Hoſpitale ad inveſtiendum, & inveſtiri petendum de dictis poſſeſſionibus nomine dicti loci, & ad clamandum, & clamorem petendum & evacuandum, & notitiam ad tempus petendi, & dictarum poſſeſſionum & bonorum penſionem accipiendum, & generaliter ad dandum, faciendum ſecundum ordines & ſtatuta, ac conſuetudines civitatis Venetiarum, & ad obligandum dictum locum, & Conventum S. Joannis Evangeliſtæ cuilibet ſe de eo, & dicto loco, ſeu Hoſpitale predicto reddere volenti, & dicto loco dare volenti de ſuis bonis ſecundum diſcretionem ſupradicti Procuratoris, & ad paciſcendum, & pacta faciendum cum qualibet perſona, & perſonis, & ad omnia alia, & ſimilia faciendum in prædictis, & circa predicta promittens in nomine inſcripto Scrip. & in preſenti, nomine, & vice omnium, quorum intereſt, vel intereſſe poſſit firmum & ratum habere & tenere, & non contrafacere vel venire aliqua ratione vel cauſa ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, & dicti Hoſpitalis Sancti Joannis. Ideirco manifeſtum facimus nos, videlicet: Ego ſupraſcriptus Bartholomæus dictus Barberius Procurator & procuratorio nomine dicti Hoſpitalis & loci Sancti Joannis Evangeliſtæ de Venetiis, obligando omnia bona dicti Hoſpitalis, & loci, pro una parte, & Ego Michael Corezarius Guardianus Scholæ S. Joannis Evangeliſtæ cum ſuis ſociis, & Decanis obligando omnia bona dictæ Scholæ ex altera parte cum noſtris ſucceſſoribus ad invicem una pars alteri.

Quia in Dei & Chriſti nomine ad tale pactum, concordiam, & conventionem devenimus de quodam loco, ſive albergo, ſeu Hoſpitio facto in Solario poſito cum ſuo Liagò (*a*) in dicto Hoſpitali, e loco prope portam ma-

(*a*) Liagò fortaſſe vernaculo Veneto ejus ævi Loggia ſeu Poggiuolo Latine Podium ſeu Preceſtrium per quod de loco ad locum iter eſt diſcoopertum.

magnam per quam intratur in Curiam, quæ vadit & diſcurrit ad Eccleſiam, & ad dictum Hoſpitale, ſecundum quod ipſum Hoſpitium ſive albergum firmat, & reſpicit verſus Levantem, & habet in ſua latitudine paſſus quatuor, & pedes quatuor, & inſuper habet quoddam Liagò poſitum ſuper Curiam verſus puteum, quod eſt latum pedes quinque poſſendo ipſum Liagò laborare, cooperire, a parte ſuperiori, & omnes utilitates veſtras facere uſque ad prædictam portam magnam, per quam intratur in ipſa Curia, in quo Albergo ſolebat habitare & dormire Hoſpitalare ad preſens in hunc modum &c. Nam Ego ſupraſcriptus Bartholomeus Procurator & procuratorio nomine do, & aſſigno vobis ſupradicto Michaeli Corezario Guardiano dictæ Scholæ S. Joannis Evangeliſtæ, & veſtris ſucceſſoribus dictum locum, ſive albergum, ſeu hoſpitium factum ſolum in Solario poſito cum ſuo Liagò ex parte ſuperiori in perpetuum. Super quod albergum & locum ſeu Hoſpitium fractum & devaſtatum, & in ipſo poſſitis, & debeatis laborare, aptare, acconzare, (*a*) ad veſtram utilitatem, honorem & profictum dictæ Scholæ poſſidere, uti & gaudere in perpetuum ad veſtram utilitatem. Ad hæc autem obligo dictum Hoſpitale & locum omnia bona ipſius preſentia, & futura nomine dictæ Procurationis, quatenus ſi caſus accideret, ſeu eveniret, quod Ego ſupraſcriptus Procurator, vel aliquis alius nomine dicti Hoſpitalis, & loci, ſeu aliquis Prior Rector, ſeu Gubernator ipſius loci faciet, ſeu fieri faciet vobis ſeu dictæ Scholæ S. Joannis Evangeliſtæ aliquam novitatem, moleſtiam, gravamen, requiſitionem, & imperturbationem in giuditio, vel extra, ſeu aliter de dicto albergo, ſeu hoſpitio per vos facto, laborato, vel per aliquam aliam interpoſitam perſonam, tunc promitto & obligo dictum Hoſpitale, locum, ſeu bona ipſius dare, reddere vobis nomine dictæ Scholæ ſeu ſolvere ſolidos triginta groſſorum, quos expendidiſtis de propriis denariis dictæ Scholæ in laborando, aptando dictum albergum & hoſpitium, quod fractum & devaſtatum extat, & nihil dare teneamur omni die, ordinato, ut inferius denotabitur &c. Pro quo quidem loco, ſeu albergo, ſeu hoſpitio cum dicto Liagò dictæ Scholæ aſſignato, & dato Ego ſupradictus Michael Corezarius Guardianus dictæ Scholæ S. Joannis Evangeliſtæ cum ſociis meis Decanis nomine dictæ Scholæ promitto vobis predicto Bartholomæo Procuratori & procuratorio nomine & Prioribus ſeu ſucceſſoribus dicti Hoſpitalis & loci dare, & ſolvere omni die ordinato de dicta Noſtra Schola groſſos tres in perpetuum habendo, retinendo, & poſſidendo dictum Hoſpitium ut ſupra dictum eſt. Quod ſi unquam contra hanc manifeſtationis Promiſſionis cartam & conventionem, ſeu aliter pars utraque ire temptaverit, & omnia, & ſingula ſupraſcripta modo & ordine ſupradictis non obtemperaverit, tunc pars non obtemperare & obſervare volens cum ſuis heredibus dare debeat parti obtemperanti, & obſervare volenti & ſuis heredibus libras centum, & pena ſoluta vel non nihilominus hæc manifeſtationis & promiſſionis pacta, & continentiæ carta in ſua firmitate permaneat. Signum ſupraſcriptorum Bartholomæi de Barberiis Procuratoris ex una parte, & Ser Michaelis Corezarii Guardiani dictæ Scholæ ex altera parte ordinaverunt fieri duas cartas conſonantes dandas unam pro parte.

Ego Franciſcus Presb. S. Jacobi de Luprio Teſtis.
Ego Hermolaus Belli S. Pauli Teſtis.
Ego Marcus Deſdoraco Presb. Eccleſiæ Sancti Leonardi & Not. complevi & roboravi.

Pra-

(*a*) Acconzare videlicet ſarta tecta tenere.

Procurator Jacobi Baduarii Prioris S. Joannis Evangeliſtæ aſſignat quædam loca ejuſdem Prioratus Sodalitio S. Joannis Evangeliſtæ.

B

1350. 13. Martii.

Ex Archivo Prioratus S. Joannis Evangeliſtæ.

IN Chriſti nomine Amen. Anno Nativitatis ejuſdem 1350. Indict. 3. die 13. Menſis Martii, tempore D. Clementis Papæ VI. Venetiis in Domibus Eccleſiæ & Hoſpitalis S. Joannis Evangeliſtæ de Venetiis. Præſentibus Presbytero Jacobo filio q. Lombardini de Cuppi de Cremona, habitatore in Domibus dictæ Eccleſiæ & Hoſpitalis S. Joannis Evangeliſtæ, Daniele Diacono dictæ Eccleſiæ filio q. Alberti de Padua habitatore in eiſdem domibus, Franciſco Scanſola filio q. ſ. Venantii de Contracta S. Thomæ de Venetiis, ſ. Jacobo q. Antonii Intentore de Venzono, Dominicoque q. Petri Humpiſſali de Venzono, ſ. Nicolao q. Petri de Foro Julio habitatore in dictis domibus, Teſtibus ad hæc vocatis & rogatis, & aliis.

Ibique Bartholomæus dictus Mazucchus filius q. Jacobi de Venetiis Gubernator Eccleſiæ & Hoſpitalis S. Joannis Evangeliſtæ de Venetiis tanquam Procurator & procuratorio nomine Nob. & Rev. V. Domini Jacobi q. Domini Marci de Peraga dicti de chà Badoer Prioris dictæ Eccleſiæ, & Hoſpitalis S. Joannis Evangeliſtæ de Venetiis, ut conſtat de carta Procuratoriæ publico inſtrumento a me Notario infraſcripto viſo & lecto &c.

Conſiderans dictus Dominus Bartholomæus Gubernator & procurator dictæ Eccleſiæ & Hoſpitalis S. Joannis Evangeliſtæ de Venetiis procuratorio nomine prædicto, & attendens devotionem & bonam Fraternitatem, quam temporibus retroactis habuit, & habere intendit Schola & Fraternitas S. Joannis prædicti de Battutis de Venetiis erga dictam Eccleſiam, & Hoſpitale prædictum S. Joannis Evangeliſtæ de Venetiis cum ſucceſſoribus dicti Domini Prioris dedit, aſſignavit, & confirmavit in perpetuum procuratorio nomine prædicto diſcreto Viro Domino Lucæ Silveſtro contrate S. Joannis Chriſoſtomi tamquam Guardiano ſupradictæ Scholæ S. Joannis Evangeliſtæ de Venetiis preſenti, ſtipulanti, & recipienti pro dicto Officio Guardianatus, & pro ſuis ſucceſſoribus & ſociis in eodem Offitio Guardianis & pro omnibus Fratribus dictæ Scholæ Domum ſive Salam, quæ eſt ſuper Hoſpitale prædictum S. Joannis Evangeliſtæ que Sala eſt facta per dictum Guardianum nomine dictæ Scholæ.

Item dictus Dominus Bartholomeus Gubernator, & Procurator procuratorio nomine prædicto cum ſucceſſoribus dicti Domini Prioris dedit, aſſignavit, & confirmavit in perpetuum eidem Domino Lucæ tanquam Guardiano dictæ Scholæ præſenti ſtipulanti, & recipienti pro dicto Offitio Guardianatus & pro ſuis ſucceſſoribus, & ſociis in eodem offitio Guardianatus totum id, quod fratres dictæ Scholæ tenebant, & tenent in dicto loco prout eſt locus, in quo expoliatur Guardianus de Matutino, & locus deſuper, in quo morantur pauperes dictæ Scholæ, & unum Hoſpitium, in quo fiunt rationes dictæ Scholæ, & Hoſpitium, in quo tenetur Cancellum dictæ Scholæ, ac etiam curiam, & logiam de ſubtus ſecundum quod communiter fuit, & eſt dictæ Scholæ cum introitu portæ magnæ exterioris eundo, & redeundo de die & nocte..

Item dictus Dominus Bartholomæus Gubernator, & procurator procuratorio nomine prædicto cum ſucceſſoribus dicti Domini Prioris dedit, aſſignavit, & confirmavit in perpetuum eidem Dom. Lucæ tanquam Guardiano dictæ Scholæ preſenti ſtipulanti & recipienti pro dicto Offitio Guardianatus, & pro ſuis ſucceſſoribus & ſociis in eodem offitio Guardianatus totum id quod fratres dictæ Scholæ omnes arcas dictæ Scholæ ratificando, & confirmando omne aliud pactum factum temporibus elapſis per dictos gubernatorem ſeu Priorem ex una parte, & prædictum Guardianum ſeu fratres dictæ Scholæ ex altera parte pactis & conventionibus infraſcriptis videl.

Quod ſupraſcriptus Dominus Lucas Guardianus cum ſuis ſucceſſoribus promiſit dare, & ſolvere ſupraſcripto Domino Priori, & Succeſſoribus, ſeu ejus locum tenenti pro omni die ordinato dictæ Scholæ groſſos quattuordecim.

Et pro quolibet corpore defuncto dictorum Fratrum dictæ Scholæ quod ſepellietur in dictis Archis ſoldos novem denariorum Venetiarum parvorum.

Et pro quolibet alio corpore Fratrum dictæ Scholæ qui obirent Veneriis vel extra Venetias quod non ſepelliretur in dictis archis ſoldos octo denariorum Venetorum parvorum; Et ſi aliquis Frater dictæ Scholæ ſepelliretur in dicto loco S. Joannis Evangeliſtæ pro quo dicta Schola non faceret expenſas; & quod ipſæ expenſæ fierent propriæ de bonis ipſius defuncti, quod dictus Guardianus cum ſuis ſucceſſoribus nihil teneatur ſolvere ſupraſcripto Domino Priori, & ſuis ſucceſſoribus ſeu & locum tenenti ſupraſcriptos ſolidos denarior. Venetor. parvorum pro quolibet corpore.

Item ſupraſcriptus Dominus Guardianus cum ſuis ſucceſſoribus tenetur, & promiſit omni anno in perpetuum dare dicto Domino Priori & ſuis ſucceſſoribus ſeu ejus locum tenenti antequam Guardianus dictæ Scholæ exeat de ejus Guardianatu unum mirum olei, & hoc ideo, ut dictus Dominus Prior cum ſuis ſucceſſoribus teneatur omni die lunæ in perpetuum celebrari facere unam miſſam pro animabus defunctorum dictæ Scholæ. Promiſit inſuper & convenit dictus Dominus Bartholomæus Gubernator, & Procurator, & procuratorio nomine prædicto cum ſucceſſoribus dicti Domini Prioris eidem Domino Lucæ Guardiano pro dicta Schola ſtipulanti, quod omni die ordinato prout conſuetum eſt celebrari facere miſſam dictæ Scholæ prout requiretur per Dominum Guardianum, & ſuos ſucceſſores, & ſocios ac etiam celebrari facere duas miſſas, quæ celebrantur pro animabus Fratrum dictæ Scholæ, qui moriuntur extra Venetias, & facere exequium.

Et hanc dationem, & confirmationem in perpetuum fecit dictus Dominus Bartholomeus Gubernator, & Procurator procuratorio nomine prædicto cum ſucceſſoribus dicti Domini Prioris ex eo, quia dicta Schola, ſeu Guardianus dictæ Scholæ expendiderit libras quinquaginta denariorum Venetor. groſſorum & ultra in dicta Eccleſia Sancti Joannis Evangeliſtæ in capella S. Mariæ in Secretario in altare in adornando, & allargando, ſeu amplificando ipſam Eccleſiam, & in faciendo unum Hoſpitium, in quo moratur dictus Dominus Bartholomæus quod Hoſpitium confinat cum dicta Schola, qui habet logiam de ſubtus. Inſuper promiſit, & convenit dictus Dominus Lucas Silveſtri Guardianus cum ſuis ſucceſſoribus in dicto Offitio Guardianatus eidem Domino Bartholomæo Gubernatori & procuratori procuratorio nomine predicto ſtipulanti omni anno in perpetuum facere unam charitatem pauperibus dicti Hoſpitalis & quod Dominus Guardianus cum ſuis ſucceſſoribus in eodem offitio Guardianis tenetur & promiſit tenere totam ſupraſcriptam Eccleſiam Sancti Joannis Evangeliſtæ coopertam cuppis, ac etiam totum dictum Hoſpitale coopertum cuppis, ac etiam tenere ipſum Hoſpitale de ſubtus in concio de ſuolo, ſeu aſſibus.

Et eſt ſciendum, quod fratres dictæ Scho-

Scholæ fieri fecerunt portam quæ vadit in campum Sanctum, & reparari fecerunt dictum Hoſpitale intus & extra ac etiam fieri fecerunt coquinam novam. Pactum etiam extitit, & conventum ſolemni ſtipulatione inter dictum D. Bartholomæum Gubernatorem, & Procuratorem procuratorio nomine prædicto ex una parte & dictum Dominum Lucam Silveſtri Guardianum dictæ Scholæ pro ipſa Schola ſtipulantem ex altera quod omnes de dicta Schola habeant introitum & exitum de die & nocte per dictas domos & per dicta jura confirmata in perpetuum, & quod locus non poſſit auferri perpetualiter domibus & juribus & ſi dicta Schola deſmitteretur ſeu annullaretur per D. Noſtrum Pontificem tunc omnes dictæ domus, & omnia dicta loca libere remaneant dictæ Eccleſiæ Sancti Joannis Evangeliſtæ.

Et quod ſi aliquis Prior, ſeu Gubernator dictæ Eccleſiæ ſeu Hoſpitalis S. Joannis Evangeliſtæ valet dimittere, ſeu annullare dictam Scholam, ac jura prædicta, quod Deus avertat, tunc & eo caſu dictus D. Prior, & ſui ſucceſſores ſeu locum tenentem dare & ſolvere ſupraſcripto Guardiano & ſucceſſoribus pro dicta Schola recipientibus libras ducentas quinquaginta denariorum groſſorum quos denarios fratres dictæ Scholæ expendiderunt in fabrica & conſtitutione omnium prædictorum. Quæ omnia & ſingula ſupraſcripta ſupradictus D. Bartholomæus Gubernator, & Procurator & procuratorio nomine prædicto cum ſucceſſoribus dicti D. Prioris ex una parte & dictus D. Lucas Silveſtri Guardianus dictæ Scholæ pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus confratribus dictæ Scholæ ex altera parte promiſerunt ſibi ad invicem & viciſſim attendere, & obſervare, & non contrafacere vel venire per ſe vel alios aliqua ratione vel cauſa de jure, vel de facto in giuditio, ſeu extra ſub pœna Ducatorum mille auri juſti ponderis Venetiarum ad invicem ſolemni ſtipulatione præmiſſa, quam pœnam, ſeu quos denarios mille auri Pars non attendens non obſervans prædicta alteri Parti attendenti, & obſervanti dare & ſolvere promiſit, & convenit &c.

Albanus Baduarius S. Marci Procurator Judex Arbiter lata ſententia dirimit lites vertentes inter Familiam Baduariam ex una, & Sodalitium S. Joannis Evangeliſtæ ex altera parte.

1424. 4. Maii.

Ex Archivo Prioratus S. Joannis Evangeliſtæ.

IN Nomine Chriſti Amen. 1424. 4. Maii Cum alias in milleſimo quadringenteſimo quarto decimo die tertia Menſis Julii. Ad honorem, & laudem Altiſſimi Creatoris & Glorioſæ Virginis Mariæ, ac Beatiſſimi Apoſtoli & Evangeliſtæ Joannis Patroni & Gubernatoris Scholæ Batturorum ipſius Beati Joannis Evangeliſtæ Nobilis Vir Dominus Ambroſius Baduario Hoſpitalis, Eccleſiæ & loci ac Prioratus Sancti Joannis Evangeliſtæ de Venetiis Caſtellanæ Diœceſis Prioris habens ab eodem Domino Nicolao Baduario Priore prefato, & fratre ſuo plenum & generale mandatum de conveniendo, & concordando cum honorabilibus & diſcretis viris Guardiano & Officialibus Scholæ Battu-

Digitized by Google

tutorum Sancti Joannis Evangeliſtæ prefacti in dicto loco poſitæ & fundatæ &c.

Unde prefactus Spectabilis, & egregius Vir Dominus Albanus Baduario honorabilis Procurator Sancti Marci de Citra Canale Arbiter, Arbitrator & amicabilis compoſitor prefatus inſpecta, viſa, & examinata poteſtate & Bal... a partibus ſupraſcriptis ſibi tradita, & conceſſa conſideratis conſiderandis, quæ merito ſuperinde conſiderari debuerunt, Chriſti Nomine invocato &c. in hunc modum, & in hanc formam pronunciavit ſententiavit, & etiam declaravit inter partes prædictas fore obſervandum.

Et primo. Quod cum Schola Battutorum Sancti Joannis Evangeliſtæ de Venetiis Caſtellanæ Diœceſis ſupraſcripta temporibus retroactis tenuerit ſemper in culmine, & tecto ſive coopertura ſuam domum videlicet Salam, in qua Battuti dictæ Scholæ ſe expoliare ſoliti ſunt, propter quod Hoſpitale loci, ſive Prioratus Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ, in quo Hoſpitali morantur pauperes mulieres, quæ erant, & ſunt ſub cura, & regimine dicti Prioris pro tempore exiſtentis in dicto Prioratu loco ſive Eccleſia S. Joannis Evangeliſtæ nullum patiebantur, nec pati poterant detrimentum aut incommodum in coopertura, aut expenſa aliqua quod Hoſpitale erat ſub ipſa Sala ſive domo Battutorum dictæ Scholæ. Ita dicta Schola Battutorum S. Joannis Evangeliſtæ teneatur, & ſit obligata perpetuo temporibus venturis tenere cooperturam Hoſpitalis Pauperum loci, ſive Prioratus S. Joannis Evangeliſtæ nuper edificati in alio loco Prioris Hoſpitalis antiqui, in contio & ordine, ac bona fabrica ita, & taliter, quod propter hoc ſive ob defectum dictæ cooperturæ dictum Hoſpitale novum non recipiat, ſeu recipere poſſit aliquod incommodum ſeu ſiniſtrum modo aliquo vel ingenio expenſis propriis dictæ Scholæ Battutorum S. Joannis Evangeliſtæ.

Secundo. Item quod dicta Schola Battutorum S. Joannis Evangeliſtæ ſtatim, & in continenti propter beneficium jamdiu habitum a dicto Domino Priore loci Prioratus & Eccleſiæ prædictæ terreni habiti ab ipſo Domino Priore, in quo prius Hoſpitale antiquum erat, quod terrenum remanet libere ipſi Scholæ, & conceſſionem Terreni, ſive Territorii, ubi fabricatum eſt modo Hoſpitale Pauperum, quod Territorium ſive terrenum eſt de jure, & pertinentia dictorum loci, & Prioratus S. Joannis Evangeliſtæ ponere tot denarios ad cameram impreſtitorum Communis Venetiarum, quot ſingulo anno habeantur de prode Ducati auri viginti, quorum Ducatorum viginti auri medietas ſit, & ſpectet annuatim loco Prioratui, & Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ, & alia medietas ſit & eſſe debeat pro fabrica, & reparatione Eccleſiæ, librorum, paramentorum, & aliorum neceſſariorum de tempore in tempus dictæ Eccleſiæ loci ſeu Prioratus S. Joannis Evangeliſtæ perpetuo. Qui denarii ſpectantes dictæ fabricæ annuatim exigantur per Priorem loci ſive Hoſpitalis Sancti Joannis Evangeliſtæ & per Guardianum dictæ Scholæ Battutorum S. Joannis Evangeliſtæ, & conſerventur per eoſdem prout eiſdem duobus videlicet Priori, & Guardiano apparuerit, & erunt ſuper inde concordes, & ſi aliquid de dictis Ducatis decem annuatim recipiendis pro fabrica predicta ſupererit a fabrica prædicta ponantur ad Cameram Impreſtitorum in & pro augumento dictæ Fabricæ perpetuo convertentur; videlicet Eccleſiæ, librorum, Paramentorum, & aliorum neceſſariorum de tempore in tempus.

Tertio. Item quia dicta Schola Battutorum S. Joannis Evangeliſtæ habuit conceſſionem a dicto Domino Albano Baduario Procuratore prædicto Arbitro, & Arbitratore præfacto de fabricando domum ſive Hoſpitale pro pauperibus noviter ædificatum ſpectantibus loco, Prioratui, & Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ ſuper territorio ipſius loci, Hoſpitalis, & Eccleſiæ, & nihil exin-

exinde profictui huc uſque ſenſit ipſum Hoſpitale locus ſeu Eccleſia a dicta Schola commodi aut utilitatis a tempore, quod facta fuit ipſa fabrica uſque ad hunc diem ſeu conceſſio per ipſum dominum Albanum Arbitrum & Arbitratorem præfatum ob hoc voluit, mandavit, & ſententiavit pro recompenſatione temporis ſupradicti, quod ipſa Schola S. Joannis Evangeliſtæ teneatur, & debeat fieri facere unum paramentum hinc ad ſex menſes proxime futuros fulcitum planeta pulmatica, & ſtricta, & aliis neceſſariis pulcrum & decens ad cultum Divinum, quod ſit, & ſpectet Eccleſiæ ſive loco S. Joannis Evangeliſtæ quo paramento uti debeant adminiſtratores ad Divinum Offitium deputati in Eccleſia prædicta ſolemnibus diebus, quæ paramenta ſtare debeant in una capſa per eamdem Scholam Battutorum fienda cum duabus Seraturis & duabus clavibus, quarum unam tenere debeat Dominus Prior præfatus, & aliam Guardianus dictæ Scholæ.

Quarto. Item ipſe Guardianus Scholæ prædictæ, & ſucceſſores ſui, ac Schola prædicta teneantur, & debeant tenere in contio, & ordine ripam dictorum Prioratus loci, & Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ noviter factam omnibus ipſius Scholæ ſumptibus & expenſis nullam in prædictis habentes rationem.

Quinto. Item quod dicta Schola S. Joannis Evangeliſtæ debeat reducere latrinam ſuam noviter factam ad talem modum, quod non impediantur Barchæ in eundo & redeundo, caricando, & diſcaricando ad ripam ipſius Prioratus, loci, & Eccleſiæ infra tres menſes proxime futuros.

Sexto. Remanente libere, & abſque contradictione aliqua loco, in quo prius erat conſtructum Hoſpitale vetus, videlicet illud, quod erat ſub ſala, ſive domo Battutorum dictæ Scholæ S. Jo. Evangeliſtæ, de quo loco poſſit ipſa Schola Battutorum omnem ſuam voluntatem & utilitatem facere ſine aliqua contradictione Prioris preſentis ipſius Prioratus loci ſive Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ quorumcunque ſucceſſorum.

Septimo. Ita tamen, quod non poſſit auferri lumen a dicta Sala Scholæ Battutorum requirens me Notarium publicum infraſcriptum ut de prædictis omnibus duo publica ejuſdem tenoris conficiam inſtrumenta, videlicet unum pro parte.

Lecta, lata, & promulgata fuit ſupradicta ſententia per Spectab. & egregium Virum Dominum Albanum Baduario Procuratorem S. Marci de Citra Arbitrum Arbitratorem & amicabilem compoſitorem vigore poteſtatis a partibus ſupraſcriptis ſibi traditæ in domo habitationis ipſius Domini Albani Baduario Procuratoris arbitri ſita in contracta S. Marci de Venetiis Caſtellanæ Diœceſis anno Nativitatis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quarto Indictione Secunda, die Quarto menſis Maii, &c.

Preſentibus ibidem Nobile Viro Domino Nicolao Baduario Priore loci Hoſpitalis & Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ & Domino Andrea Salvazo Guardiano dictæ Scholæ, & Domino Gregorio Soler Vicario & Domino Meneghino Lezni Scribano dictæ Scolæ, & dictam ſententiam ſic ut ſupra factam & publicatam laudantibus, & ratificantibus nomine ſuo ſucceſſorumque ſuorum.

Ma-

Maphæus Girardo Patriarcha Venetiarum prohibet, ne in inferiori parte Hoſpitii S. Joannis Evangeliſtæ celebrentur Miſſæ.

D

1491. 31. Maii.

Ex Archivo Prioratus S. Joannis Evangeliſtæ.

REverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Mapheus Girardo Miſeratione Divina Patriarca Venetiarum Dalmatiæque Primas.

Audito D. Joanne Aloyſio Baduario Priore Prioratus S. Joannis Evangeliſtæ Venetiarum ex una parte, & D. Guardiano & Confratribus Scholæ ipſius ex altera, & juribus eorum intellectis, volens declarare Bullectinum ſuum, alias conceſſum dicto D. Priori, dixit & pronunciavit, quod D. Guardianus & Socii Scholæ Battutorum Sancti Joannis Evangeliſtæ non poſſint celebrari facere, niſi in parte Superiori ipſius Scholæ, & non in parte inferiori aliquo modo, circa vero ſepelienda funera Hominum dictæ Scholæ, & per quos Presbyteros Offitium Mortuorum dici debeat, hunc Articulum alias ſibi, & per alia tempora reſervavit determinandum, & ſic dixit, & pronunciavit hoc, & omni alio meliori modo via, juris forma, quibus magis, & melius de jure fieri poteſt, & debet. Supraſcripta pronunciata fuit facta per prefactum Rev. D. Patriarcham in Camera Cubiculari Patriarchalis Palatii Venetiarum, die ultimo Maii 1491. Preſentibus Laurentio de Tortona, & Raphaele de Brixia Camerariis, Teſtibus vocatis & rogatis.

Ego Philippus Arimenenſis q. Fabricii Publicus Imperiali auctoritate Notarius & Canc. prefacti Reverendiſs. D. Patriarchæ ſcriptis omnibus & ſingulis interfui, ſcripſi, & roboravi, ſignumque meum apposui conſuetum.

Sixtus IV. Priori Hoſpitalis S. Joannis Evangeliſtæ concedit, ut tam ipſe quam ejus Familia & Pauperes Hoſpitalis recipere poſſint etiam in Paſchate Sacramenta a quocumque Sacerdote Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ deſerviente.

E

1472. 13. Julii.

Ex Archivo Prioratus S. Joannis Evangeliſtæ.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei. Dilecto filio Raynerio Baduario Rectori, Priori nuncupato, Hoſpitalis, Prioratus nuncupati, S. Joannis Evangeliſtæ Venetiarum Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Eximiæ devotionis affectus, quæ ad Nos & Romanam geris Eccleſiam, promeretur, ut in iis, quæ tuæ, tuarumque animarum & divinæ Majeſtatis venerationem pauperumque, & miſerabilium preſertim fæminei ſexus perſonarum reſpiciunt commoditatem, votis tuis, quantum cum Deo poſſumus favorabiliter an-

annuamus. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod in Eccleſia Hoſpitalis, Prioratus nuncupati, S. Joannis Evangeliſtæ Venet. quod, ut aſſeris, de Jurepatronatus Laico de domo Baduaria exiſtit, & quod de preſenti regis, & in quo certæ mulieres, & pauperculæ juxta illius fundationem dumtaxat recipiuntur, eiſque neceſſaria exhibentur, Miſſæ & alia Divina Officia hactenus celebrari conſueverunt, id tamen de licentia Sedis Apoſtolicæ deinceps fieri poſſe deſideras. Quare pro parte tua Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi, & ſucceſſoribus tuis Rectoribus dicti Hoſpitalis pro tempore exiſtentibus, quod deinceps in dicta Eccleſia, prout hactenus conſuetum fuit, Miſſas & alia divina offitia hujuſmodi celebrari facere, quodque tam tu, quam ſucceſſores prædicti ac tui, ac eorum filii & familiares, utriuſque ſexus, & mulieres pauperculæ hujuſmodi, in dicto Hoſpitali pro tempore degentes, Euchariſtiam, & alia eccleſiaſtica Sacramenta etiam in Paſchate, ab uno ex Sacerdotibus in dicta Eccleſia tempore officiantibus perpetuo recipere, eidemque Sacerdoti illa tibi & illis miniſtrare libere & licite poſſit, & valeat, & poſſint, & valeant concedere, & indulgere dicta benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, qui, ut aſſeris, de nobili genere procreatus exiſtis, quod tam tu, quam ſucceſſores prefati dictis Hoſpitalis Rectores pro tempore exiſtentes Miſſas, & alia divina Officia in dicta Eccleſia auctoritate Apoſtolica celebrari facere, prout hactenus conſuetum fuit; quodque tu & ſucceſſores tui, eorumque filii, uxores & familiares utriuſque ſexus, ac mulierculæ hujuſmodi Euchariſtiam, & alia Sacramenta ab uno ex Sacerdotibus in dicta Eccleſia tempore officiantibus, etiam in Paſchate, & alias quoties fuerit opportunum, perpetuo recipere, & eidem Sacerdoti, quod illa tibi, & eis miniſtrare, Diœceſani loci, & cujuſvis alterius licentia ſuper hoc minime requiſita, libere, & licite poſſis, & valeas, & poſſint & valeant fel. record. Clementis prædeceſſoris Noſtri & alia qualibet conſtitutione contraria nequaquam obſtantibus, jure tamen Parochialis Eccleſiæ, & cujuslibet alterius ſemper ſalvo, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali dono gratiæ concedimus pariter, & indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadrigenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, Tertia decima die Julii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Digitized by Google

DE

ECCLESIA PAROCHIALI SANCTI JACOBI APOSTOLI DE LUPRIO.

AB eo Venetæ urbis ſitu, quem *veteres* (ut teſtatur Sabellicus in ſuo de Orbis ſitu libro) *a paluſtri facie dixere Luprium*, Eccleſia S. Jacobi Majoris Apoſtoli, in ipſius Inſulæ medio fundata agnomen habuit Sancti Jacobi de Luprio. Hanc ædificatam fuiſſe anno DLV. arguunt aliqui ex æquivoco & incerto argumento lapidis, qui tres exhibens Litteras V V V Eccleſiæ parieti affixus viſitur. Lapidem hunc ſi Templi ædificationem ſignaſſe putarem, annum utique ab eo indicatum potius ab Urbis origine, quam ab Orbis reparatione numerandum eſſe cenſerem. Utcumque de remota obſcuraque ſacræ ædis fundatione res ſe habeat, hoc de ejus reparatione traditum eſt, anno MCCXXV. a Patritiis Familiis Æmulia & Baduaria fuiſſe maxima ex parte renovatam. Patriarchæ Gradenſi Venetiis ſedem habenti ſimul cum aliis Eccleſiis, ut alibi diximus, ſubje-

ѕta

cta fuit, cujus rei adhuc ſupereſt documentum, quo Plebanus ſuo utique, & Capituli nomine anno MCCCCVIII. die XVI. Februarii Procuratorem elegit, ut electionem Presbyteri Titulati ipſumque electum *Patriarchæ Gradenſi vel ejus in ſpiritualibus Vicario* præſentaret (A). Templum hoc ſuo ævo reſtauratum tradit Sanſovinus, Sacellum vero Dominici Corporis renovatum, atque ornatiſſimo inſtructum marmoreo tabernaculo refert Martinionus in additionibus. Quæ autem præ cæteris in antiquo hoc Templo ſpectanda ſeſe offerunt, ſunt exedra concionatoria octogonæ figuræ ex ſelectis lapidibus eleganter extructa, atque ingens columna ex antiquo viridi marmore quinque cubitos alta, & æqualis rotunditatis adeo accurate elaborata, ut inter gemmas potius, quam inter lapides adnumerandam eſſe prædicet Sanſovinus.

Nec ex marmoribus tantum, ſed ex illuſtrium pictorum laboribus Eccleſiæ decus augetur; ſiquidem Divos Laurentium, Hieronymum & Nicolaum in aræ tabula depixit Paulus Veronenſis, qui Sancti Levitæ paſſionem ad eandem aram repræſentavit, atque in alio Eccleſiæ loco Theologicas virtutes, & Sanctos Eccleſiæ Latinæ Doctores expreſſit.

Chriſtum Dominum a Joanne baptizatum, panem piſceſque prodigioſe multiplicantem, in horto orantem, Crucis lignum ad Golgotha deferentem, atque in monumento depoſitum, in diverſis ſacræ ædis locis Palma, cujus pariter opera ſunt octo Tabulæ per ſacrarii parietes hinc inde diſpoſitæ.

Corpus S. Leandri Martyris, quod è cryptis Romanis erutum huic Eccleſiæ oblatum fuit anno MDCLXVI. ad aram principem magnifico monumento clauditur; per aras vero aſſervantur os Sanctæ Agnetis Virginis & Martyris, plurimaque Sanctorum Martyrum oſſa ex Urbe Roma Venetiis delata.

Anniverſaria dedicationis ſolemnia Eccleſiaſtico officio recenſentur ad diem XXIX. Auguſti.

Plebani Eccleſiæ S. Jacobi de Luprio.

1303 Bartholomæus de Riccoveratis Not. Archipresb. Cong. S. Mariæ Matris Domini. Ex rog. ipſius. Obiit 1345.

1361 Paulus Rex. Ex Car. Eccl. S. Simeonis Proph.

 1382

1382 Jacobus Cavalier Not. Ex rog. ipſius.
1403 Laurentius Buſcareno Not. Patriarchalis primum, mox Duc. Can. Ex rog. ipſius.
1427 Dominicus. Ex rog. Petri Zane Pleb. S. Aug. & Not.
1436 Philippus de Laorana. Ex ejus Teſtam.
1453 Jacobus Rizzo. Ex ipſius Teſtam.
1460 Marcus de Guſmeriis Decret. Doctor, primo Pleb. S. Crucis, deinde S. Jo. Decollati, poſtremo S. Jacobi de Luprio, demum Epiſc. Argolicenſis retenta tamen Commendatario titulo Parœcia Sancti Jacobi de Luprio. Vide Operis hujus Tom. 1. pag. 178. obiit 3. Novembris 1476.
1478 Benedictus de Curſo ſeu Accurſio. Ex rog. Chriſtophori de Omnibono Presb. S. Jacobi de Luprio & Not.
1512 Chriſtophorus de Omnibono Not. Ex rog. ipſius.
1515 Laurentius Gambaro. Ex rog. Moyſis Natali Pleb. S. Ubaldi, & Not.
1523 Laurentius Cattafeſta Archipresb. Cong. S. Sylveſtri ob. 1533. M. V. 17. Febr.
1534 2. Martii Sanctus de Mauris obiit 1548. 14. Aug.
1548 23. Aug. Hieronymus de Bentibus obiit 16. Sept. 1561.
1561 6. Octob. Auguſtinus de Peregrinis obiit 8. Sept. 1563.
1563 15. Sept. Jacobus de Maronibus dictus Gazaniga gibbus, Archipresb. Cong. S. Silveſtri obiit 4. Maii 1567.
1567 8. Maii Jo. Maria a Ponte Can. Duc. & Archipresb. Cong. S. Silveſtri obiit 12. Apr. 1606.
1606 Franciſcus Mazza Archipresb. Cong. S. Canciani obiit 11. Febr. 1618. M. V.
1618 M. V. Marcus Jannonio obiit 10. Maii 1631.
1631 Petrus Georgius Caſtello obiit 2. Junii 1636.
1636 Petrus Quadrari obiit 2. Januarii 1656. M. V.
1656 M. V. Jacobus Zois obiit 8. Dec. 1664.
1664 Hieronymus Todeſchi obiit 9. Nov. 1707.
1707 14. Novemb. Andreas Sareni Archipresb. Cong. S. Angeli, vir eximia in pauperes miſericordia inſignis, ac clarus. Obiit 1748. 22. Auguſti.
1748 26. Auguſti Hieronymus Cattaneo.

Ple-

Digitized by Google

Plebanus & Capitulum S. Jacobi de Luprio, Marinum electum Presbyterum Titulatum Patriarchæ Eccleſiæ Gradenſi præſentari jubent.

A 1408. 16. Februarii.

Ex Archivo Patriarchali.

IN Chriſti nomine Amen Anno ab ipſius Nativitate 1408. Indict. prima die xvi. menſis Februarii. Ven. & diſcreti Viri Domini Presbiteri Laurentius Buſcareno Plebanus, & Petrus Regalis Sacerdos perpetuo benefitiatus Collegiatæ Eccleſiæ S. Jacobi de Luprio D. Patriarchæ Graden. immediate ſubjectæ & Caſtell. Diœceſis ad ſonum Campanellæ in Secretario ipſius Eccleſiæ more ſolito ad Capitulum congregati facientes & conſtituentes ad preſens totum Capitulum dictæ Eccleſiæ, cum nullus alius eſset in dicta Eccleſia, vel alio loco, qui deberet de jure vel conſuetudine ad dictum Capitulum evocari nominibus eorum & dicti Capituli unanimiter & concorditer in præfatæ Eccleſiæ, in qua non eſt certus Clericorum numerus ad Presbiteralem titulum ipſius Eccleſiæ elegerunt diſcretum Virum Presbiterum Marinum S. Georgii de Scutero; & ut hujusmodi electio ſuum debitum conſequatur effectum, ſupraſcriptus D. Plebanus ſuo & dicti Capituli nomine, omni via, jure, modo, & forma quibus melius potuit fecit & conſtituit, & ordinavit ſuum & dicti Capituli verum & legitimum Syndicum & Procuratorem & Nuntium ſpiritualem ſupraſcriptum D. Presbiterum Petrum Regalem ibidem preſentem & acceptantem ad preſentandum hujusmodi electionem & prefatum Electum Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino D. Patriarchæ Gradenſi (a) vel ejus Vicario in ſpiritualibus &c.

Et ego Lucas, &c. ut a tergo.

Ex Codice, &c. ut a tergo.

(a) Patriarchalem Eccleſiam Gradenſem regebat adhuc Joannes de Zambottis, qui ipſo anno obiit.

DE

Digitized by Google

DE
ECCLESIA PAROCHIALI
SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ
DECOLLATI.

DIvo Joanni Baptiſtæ ſub ejus Decollationis titulo familiæ Veneriæ impenſis, ut Sanſovinus refert, ædificata fuit Eccleſia ab initio ſæculi undecimi, quæ poſtea ad annum 1213. a Patritia gente Piſaura, ut ipſius Eccleſiæ traditio habet, nova molitione reſtituta fuit. Hanc in una ex Inſulis Pullariis a Strabone memoratis ædificatam fuiſſe, aſſerit Paulinus Flamma Ordinis Cruciferorum in Vita B. Joannis ejusdem Eccleſiæ Plebani typis edita anno MDCXLV. quod tamen nulli innititur documento nec probati Scriptoris auctoritate fulcitur. Ut ut de ſitu fundati Templi res ſe habeat, nihil ex monumentorum inopia ad nos pervenit. Cum ex vetuſtate ad ruinam pronum eſſet anno 1703. magna ex parte reædificatum, & in ornatiorem formam redactum eſt, ejusque Sacellum majus marmoribus ſtatuisque inſtructum elaborato, atque perfecto opere effulſit.

Titu-

Digitized by Google

Titularis hujus Eccleſiæ ſolemnitas inter votiva feſta Ducalis Palatii ex S. C. Decreto recenſetur ob inſignem victoriam, quam de Januenſibus ad Euboeam Inſulam profligatis Imperatore Marco Ruzino Veneta claſſis obtinuit.

Venerandæ Divorum Reliquiæ, per aras Eccleſiæ diſtributæ aſſervantur. Ad Præcurſoris Altare præcipua devotione colitur ipſius digiti articulus, quo Mundi Redemptorem ſub Agni nomine Judæorum turbis oſtendit. Hunc ex Syria deductum, quidam Bohemus eques dux ex Orientali peregrinatione redux Venetiis anno 1334. gravi morbo correptus, ad extrema deveniens, alicui S. Joannis Baptiſtæ Templo offerendum reliquit, pium Virum Antonium Columnam nomine cujus hoſpitio exceptus erat vehementer obteſtatus, ne pium morientis votum executione fraudaret. Eo communi fato è vivis ſublato Antonius, qui pridem in hac Eccleſia ſacro Præcurſoris ſodalitio nomen dederat, ipſi ad defuncti equitis mentem ſacrum theſaurum obtulit, quod ex ſupradicti Columnæ domo Divi Marci plateæ adjacente in S. Joanni Decollati Templum ſolemni ſupplicatione deductum eſt, anno Incarnationis Dominicæ 1396. Antonio Venerio Venetiarum Duce.

Altare Divo Philippo Nerio ſacrum Joannes Baptiſta Nazarius ejusdem Sancti ſtudioſiſſimus erexit, atque ſacris ipſius præcordiis ditavit; Aras vero ligneas Beatæ Mariæ Virgini, atque Divo Præcurſori dicatas Joannes Maria Legnagius annis MDCCXXII. & MDCCXXVII. reædificari curavit.

Conſecrationis memoria ſolemni officio ad diem XXIV. Julii recolitur, quam peractam fuiſſe dicendum eſt adminiſtrante Eccleſiam Jacobo Novello Plebano. Siquidem ejusdem Conſecrationis impenſas anno MCCCLXXXV. Benedictus Mazamanus Patritius Venetus ex teſtamento legavit.

Parœciam hanc rexiſſe Beatum Joannem Olini, cujus corpus in Eccleſia S. Sebaſtiani Monialium S. Laurentii incorruptum aſſervatur, tradit Paulinus Fiamma Ordinis Cruciferorum in ipſius Beati vita, quam encomiaſtice concinnavit, atque in calce appoſuit Libelli, cui titulus *Vera Origine delle Chieſe de San Lorenzo e S. Sebaſtian*, Venetiis typis edito anno 1645. Si minus accurato authori, cujus ſcripta erroribus undequaque ſcatent, adhibenda fides ſit, profecto tempus incertum eſt, quo Parœciam adminiſtravit; annis enim

1347.

Digitized by Google

DE
ECCLESIA PAROCHIALI
SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ
DECOLLATI.

Divo Joanni Baptiſtæ ſub ejus Decollationis titulo familiæ Veneriæ impenſis, ut Sanſovinus refert, ædificata fuit Eccleſia ab initio ſæculi undecimi, quæ poſtea ad annum 1213. a Patritia gente Piſaura, ut ipſius Eccleſiæ traditio habet, nova molitione reſtituta fuit. Hanc in una ex Inſulis Pullariis a Strabone memoratis ædificatam fuiſſe, aſſerit Paulinus Flamma Ordinis Cruciferorum in Vita B. Joannis ejusdem Eccleſiæ Plebani typis edita anno MDCXLV. quod tamen nulli innititur documento nec probati Scriptoris auctoritate fulcitur. Ut ut de ſitu fundati Templi res ſe habeat, nihil ex monumentorum inopia ad nos pervenit. Cum ex vetuſtate ad ruinam pronum eſſet anno 1703. magna ex parte reædificatum, & in ornatiorem formam redactum eſt, ejusque Sacellum majus marmoribus ſtatuisque inſtructum elaborato, atque perfecto opere effulſit.

Titu-

Digitized by Google

Titularis hujus Eccleſiæ ſolemnitas inter votiva feſta Ducalis Palatii ex S. C. Decreto recenſetur ob inſignem victoriam, quam de Januenſibus ad Eubœam Inſulam profligatis Imperatore Marco Ruzino Veneta claſſis obtinuit.

Venerandæ Divorum Reliquiæ, per aras Eccleſiæ diſtributæ aſſervantur. Ad Præcurſoris Altare præcipua devotione colitur ipſius digiti articulus, quo Mundi Redemptorem ſub Agni nomine Judæorum turbis oſtendit. Hunc ex Syria deductum, quidam Bohemus eques dux ex Orientali peregrinatione redux Venetiis anno 1334. gravi morbo correptus, ad extrema deveniens, alicui S. Joannis Baptiſtæ Templo offerendum reliquit, pium Virum Antonium Columnam nomine cujus hoſpitio exceptus erat vehementer obteſtatus, ne pium morientis votum executione fraudaret. Eo communi fato è vivis ſublato Antonius, qui pridem in hac Eccleſia ſacro Præcurſoris ſodalitio nomen dederat, ipſi ad defuncti equitis mentem ſacrum theſaurum obtulit, quod ex ſupradicti Columnæ domo Divi Marci plateæ adjacente in S. Joanni Decollati Templum ſolemni ſupplicatione deductum eſt, anno Incarnationis Dominicæ 1396. Antonio Venerio Venetiarum Duce.

Altare Divo Philippo Nerio ſacrum Joannes Baptiſta Nazarius ejuſdem Sancti ſtudioſiſſimus erexit, atque ſacris ipſius præcordiis ditavit; Aras vero ligneas Beatæ Mariæ Virgini, atque Divo Præcurſori dicatas Joannes Maria Legnagius annis MDCCXXII. & MDCCXXVII. reædificari curavit.

Conſecrationis memoria ſolemni officio ad diem XXIV. Julii recolitur, quam peractam fuiſſe dicendum eſt adminiſtrante Eccleſiam Jacobo Novello Plebano. Siquidem ejuſdem Conſecrationis impenſas anno MCCCLXXXV. Benedictus Mazamanus Patritius Venetus ex teſtamento legavit.

Parœciam hanc rexiſſe Beatum Joannem Olini, cujus corpus in Eccleſia S. Sebaſtiani Monialium S. Laurentii incorruptum aſſervatur, tradit Paulinus Fiamma Ordinis Cruciferorum in ipſius Beati vita, quam encomiaſtice concinnavit, atque in calce appoſuit Libelli, cui titulus *Vera Origine delle Chieſe de San Lorenzo e S. Sebaſtian*, Venetiis typis edito anno 1645. Si minus accurato authori, cujus ſcripta erroribus undequaque ſcatent, adhibenda fides ſit, profecto tempus incertum eſt, quo Parœciam adminiſtravit; annis enim

1347.

1347. & 1348. quibus Fiamma tradit B. Joannem curam animarum adminiſtraſſe, Plebanus S. Joannis Decollati erat Marcus Bruno, ut ex authenticis documentis manifeſto conſtat. Plura de eo ad Eccleſiam S. Laurentii.

Nomina Plebanorum Eccleſiæ S. Joannis Decollati.

1222 Jacobus Vivianus. Ex Arch. Patriarchali.
1302 Bonamicus. Ex Cataſt. S. Pantaleonis.
1318 Andreas Doto Not. & Ducal. Cancell. tranſiit ad Plebanatum S. Marinæ. Ex rog. ipſius.
1333 Victor Cottario. Ex teſtam. Nicolai Juliano Pleb. Sancti Auguſtini, cujus commiſſarius.
1343 Victor Danerio. Ex rog. Felicis de Merlis Pleb. Sancti Simonis Apoſt. & Not.
1346 Marcus Bruno. Ex Rog. Nicolai Roſſo Pleb. S. Simeonis Proph. & Not. de quo in inſtrumentis authenticis mentio habetur ad annum 1347. 1348. 1352.
1375 Jacobus Novello. Ex rog. Franceſchini a Fructibus Presbyt. S. Agathæ & Not.
1380 Zanottus Roſellus Presb. S. Joan. de Rivoalto, mox Pleb. S. Joan. Decollati, demum Plebanus S. Leonis & Not. Ex rog. ipſius.
1385 Joannes Gazzo Not. Ex rog. ipſius.
1397 Antonius Spinello Not. Ex rog. ipſius.
1416 Antonius Federico. Ex rog. Nicolai Natalis Presb. S. Jacobi de Luprio Not.
1421 Marcus de Albertis Laurentii & Catarucciæ filius. Ex Teſtam. Matris ſuæ.
1444 Marcus de Gusmariis Not. Pleb. primum Eccl. S. Crucis mox S. Joan. Decollati, poſtremo S. Jacobi de Luprio. De eo dum Sanctimonialibus Monaſterii S. Andreæ erat a confeſſionibus, vide Operis hujus Decad. 1. pag. 178. & 180. Obiit Epiſcopus Argolicenſis.
1447 Benedictus de Finarinis Notarius Curiæ Examinatorum. Ex Cataſt. S. Joannis Baptiſtæ de Judaica.
1464 Benedictus de Smeritis Not. primo Presb. S. Euphemiæ

de

Digitized by Google

de Judaica, mox Presb. S. Fantini, demum Pleb. S. Joan. Decollati. Ex rog. ipſius.

1495 Georgius de Spatariis. Ex rog. Andreæ de Ingeneriis Pleb. S. Thomæ & Not.

1500 Blaſius de Leonibus Archipresb. Cong. S. Mariæ Matris Domini. Ex ejus Teſtam. Obiit 10. Dec. 1534.

1534 12. Dec. Joannes de Urſetis electus Can. Caſtell. obiit 29. Septemb. 1550.

1550 8. Octob. Philippus Stridonius J. U. D. Archipresbyt. Cong. S. Silveſtri. Anno 1563. die XII. Octob. in manibus Patriarchæ reſſignavit Plebanatum, & Archipresbyteratum ut reliquos vitæ ſuæ dies quietius tranſigeret. De eo Auguſtinus Valerio in Legend. Sanct. p. 25. & in Vita Bernardi Naugerii p. *66*.

1563 12. Octob. Gaſpar de Dotis J. U. D. Presbyt. Eccleſiarum S. Jo. Decollati, & S. Thomæ Canon. Ducal. Obiit 14. Julii 1576.

1576 Franciſcus ab Oleo. Obiit 4. Junii 1600.

1600 Hieronymus Barbieri Canon. Divi Marci. Ann. 1622. translatus fuit ad Archipresbyteratum Oppidi Meſtre, ubi defunctus an. 1645. die 2. Maii deductus eſt Venetias & in Eccleſia, quam adminiſtraverat, tumulatus.

1622 Gaſpar Lonigo Atheſtinus J. U. D. Can. & Vic. Baſil. Duc. Conſervator Bullæ Clementinæ. Obiit Atheſti 10. Septemb. 1663.

1663 Jo. Baptiſta de Blanchis. Obiit 19. Martii 1685.

1685 Franciſcus Caſſetti J. U. D. Canon. Caſtell. Obiit 25. Dec. 1709.

1709 Joannes Palmanus Canon. Caſtell. Obiit 7. Dec. 1715.

1715 12. Decemb. Jo. Maria Legnaghi Archipresbyter Congreg. S. Canciani. Obiit 23. Martii 1744.

1744 25. Martii Thomas Legnaghi, anteceſſoris ex Fratre nepos.

DE
ECCLESIA PAROCHIALI SANCTI SIMEONIS PROPHETÆ.

UNanimi voto & communibus expenſis Venetæ Familiæ *Ghiſa*, *Aolda*, & *Brioſa* Divo Simeoni ſeni, qui Chriſtum Dominum in ulnas ſuſcepit, Templum anno ab ejusdem Chriſti Domini nativitate *967.* non ſatis quidem a ſui origine illuſtre, erexerunt. Ipſi deinde inæſtimabilem decorem contulit Sancti Prophetæ venerandum corpus, quod è ſacello S. Mariæ, Imperiali S. Sophiæ Templo adjacente, magno labore ablatum, Andreas Balduinus, & Angelus Bruſiacus Veneti populares ad Templum ipſius titulo decoratum in patriam anno 1203, vel ut mavult Dandulus, anno 1205. deduxerunt.

Rem ita contigiſſe Andreas Dandulus, cui omnes ferme Venetarum rerum Chronologi aſſentiuntur, in ſuo Chronico affirmat l. 10. cap. 3. p. 41. " Plebei etiam Veneti nomine An-
" dreas Balduino, & Angelus Druſiaco de Oratorio S. Mariæ
" adhæ-

Digitized by Google

„ adhærente Eccleſiæ S. Sophiæ Corpus S. Simeonis Prophe-
„ tæ cum labore auferunt, quod Venetias delatum in Eccle-
„ ſia antiquitus ſub Sancti vocabulo fabricata reponunt.

Pretioſæ Beati ſenis exuviæ in monumento ex marmore Græco repoſitæ ipſo translationis anno MCCIII. ibidem annis quatuordecim ſupra ſæculum quieverunt, donec anno MCCCXVII. decentiori modo ſupra principis aræ menſam collocatæ per Jacobum Alberti Epiſcopum Caſtellanum, & quosdam alios vicinarum Urbium Epiſcopos ſolemni ritu *excellentiſſimo ſepulcro* reconditæ fuerunt, ſtudio & expenſis religioſi viri Bartholomæi Ravachauli ejusdem Eccleſiæ Plebani.

Marmorea arca, qua ſacrum Divi ſenis corpus clauditur, quæque ejus inſcultam præfert imaginem, utriusque translationis ex ſupralaudati Plebani diligentia memoriam exhibet, in interiori enim parte ex adverſo exſculptæ imaginis hac notatur epigraphe.

„ ✠ In Chriſti Nomine Amen. Ann. Incarnat. M.CCC.XVII.
„ M. Septembris die IIII. indictione prima: Translatio corpo-
„ ris Sancti Simeonis Prophetæ facta fuit de quadam archa
„ in hoc altare poſita in qua CXIIII. annis ſteterat, ut in
„ translatione de Conſtantinopoli in MCCIII. (*a*) huc facta, ut
„ ſcripturis autheuticis continetur in hoc excellentiſſimum
„ ſepulchrum per Venerabilem Patrem Dom. Jacobum Dei
„ gratia Epiſcopum Caſtellanum, cum quibusdam aliis con-
„ vicinis Epiſcopis procurante cum Dei auxilio, Bartholomæo
„ Ravachulo ejusdem Eccleſiæ Plebano ſine aliqua Eccleſiæ
„ pecunia, propter quod ſupplicat idem Plebanus hujus Ec-
„ cleſiæ capitulo, ac univerſo convicinio, ut per Chriſti mi-
„ ſericordiam in ſuis ſacrificiis & orationibus ſemper ſit in
„ eorum memoria, & viſitet quilibet libenter hæc pretioſa
„ corpora (*b*) quia ex Indul. XL. dies diebus ſingulis relaxan-
„ tur de injuncta pœnitentia a D. Pat. d' Alexandria de or-
„ dinaria licentia.

„ ✠ Cælavit Marcus opus hoc inſigne Romanus
„ Laudibus non parcus eſt ſua digna manus.

Ccc 2 San-

(*a*) Translationem alligat Dandulus ad annum MCV.

(*b*) Dum pretioſa corpora dicit, de ipſo intelligit S. Simeonis corpore, atque de alio pariter corpore in eadem Eccleſia quieſcente Sancti ſcilicet Hermolai Presbyteri & Martyris, de quo mox dicendum.

Digitized by Google

DE ECCLESIA PAROCHIALI SANCTI SIMEONIS PROPHETÆ.

UNanimi voto & communibus expenſis Venetæ Familiæ *Ghiſa*, *Aolda*, & *Brioſa* Divo Simeoni ſeni, qui Chriſtum Dominum in ulnas ſuſcepit, Templum anno ab ejusdem Chriſti Domini nativitate *967*. non ſatis quidem a ſui origine illuſtre, erexerunt. Ipſi deinde inæſtimabilem decorem contulit Sancti Prophetæ venerandum corpus, quod è ſacello S. Mariæ, Imperiali S. Sophiæ Templo adjacente, magno labore ablatum, Andreas Balduinus, & Angelus Bruſiacus Veneti populares ad Templum ipſius titulo decoratum in patriam anno 1203, vel ut mavult Dandulus, anno 1205. deduxerunt.

Rem ita contigiſſe Andreas Dandulus, cui omnes ferme Venetarum rerum Chronologi aſſentiuntur, in ſuo Chronico affirmat l. 10. cap. 3. p. 41. “ Plebei etiam Veneti nomine An-
„ dreas Balduino, & Angelus Druſiaco de Oratorio S. Mariæ

„ adhæ-

„ adhærente Eccleſiæ S. Sophiæ Corpus S. Simeonis Prophe-
„ tæ cum labore auferunt, quod Venetias delatum in Eccle-
„ ſia antiquitus ſub Sancti vocabulo fabricata reponunt.

Pretioſæ Beati ſenis exuviæ in monumento ex marmore Græco repoſitæ ipſo translationis anno MCCIII. ibidem annis quatuordecim ſupra ſæculum quieverunt, donec anno MCCCXVII. decentiori modo ſupra principis aræ menſam collocatæ per Jacobum Alberti Epiſcopum Caſtellanum, & quosdam alios vicinarum Urbium Epiſcopos ſolemni ritu *excellentiſſimo ſepulcro* reconditæ fuerunt, ſtudio & expenſis religioſi viri Bartholomæi Ravachauli ejusdem Eccleſiæ Plebani.

Marmorea arca, qua ſacrum Divi ſenis corpus clauditur, quæque ejus inſculatam præfert imaginem, utriusque translationis ex ſupralaudati Plebani diligentia memoriam exhibet, in interiori enim parte ex adverſo exſculptæ imaginis hac notatur epigraphe.

„ ✠ In Chriſti Nomine Amen. Ann. Incarnat. M.CCC.XVII.
„ M. Septembris die IIII. indictione prima: Translatio corpo-
„ ris Sancti Simeonis Prophetæ facta fuit de quadam archa
„ in hoc altare poſita in qua CXIIII. annis ſteterat, ut in
„ translatione de Conſtantinopoli in MCCIII. (*a*) huc facta, ut
„ ſcripturis authenticis continetur in hoc excellentiſſimum
„ ſepulchrum per Venerabilem Patrem Dom. Jacobum Dei
„ gratia Epiſcopum Caſtellanum, cum quibusdam aliis con-
„ vicinis Epiſcopis procurante cum Dei auxilio, Bartholomæo
„ Ravachulo ejusdem Eccleſiæ Plebano ſine aliqua Eccleſiæ
„ pecunia, propter quod ſupplicat idem Plebanus hujus Ec-
„ cleſiæ capitulo, ac univerſo convicinio, ut per Chriſti mi-
„ ſericordiam in ſuis ſacrificiis & orationibus ſemper ſit in
„ eorum memoria, & viſitet quilibet libenter hæc pretioſa
„ corpora (*b*) quia ex Indul. XL. dies diebus ſingulis relaxan-
„ tur de injuncta pœnitentia a D. Pat. d' Alexandria de or-
„ dinaria licentia.

„ ✠ Cælavit Marcus opus hoc inſigne Romanus
„ Laudibus non parcus eſt ſua digna manus.

(*a*) Translationem alligat Dandulus ad annum MCV.

(*b*) Dum pretioſa corpora dicit, de ipſo intelligit S. Simeonis corpore, atque de alio pariter corpore in eadem Eccleſia quieſcente Sancti ſcilicet Hermolai Presbyteri & Martyris, de quo mox dicendum.

Sancto etiam corpori alia ex antiquo marmore tabella adhæret, cui inciſa vetuſtis caracteribus hæc verba leguntur.

„ Iſtud eſt Corpus Sancti Simeonis Prophetæ aſportatum
„ de Conſtantinopoli MCCIII. ad hunc locum.

Anno MDCCXXXIII. die XII. Decembris, cum ejusdem D. Simeonis Sacellum novo ex ſectis marmoribus inſtrueretur pavimento, antiquum monumentum ad humanæ ſtaturæ longitudinem effoſſum ibidem datum eſt invenire, quod illud ipſum eſſe, in quo annis CXIIII. Sanctus Propheta jacuerat exſculpta antiquis litteris denotavit Epigraphe.

„ Hic ſtetit Corpus B. Simeonis Prophetæ Annis CXIIII.

De ejusdem Divi Simeonis Corpore probe ſcio Jadram quoque gloriari, & admirabilem ejusdem corporis ad ſe translati integritatem in veritatis teſtimonium afferre. At ejusmodi translatio (quam Veneta anni 75. præceſſit) nullis ſuffulta monumentis unico fundamento traditionis innititur. Hoc firmum eſt, Rempublicam, ipſo Venetæ translationis tempore in ipſa Regia Bizantii Urbe ſacris corporibus, ex Imperatorum ſtudio abunde referta, multum armis & potentia valuiſſe; ex qua perinde ad Venetarum Eccleſiarum ornamenta, tot, & tam pretioſa pignora devenerunt.

Una cum Sancti Prophetæ corpore delata fuerunt Venetias marmoreo incluſa loculo ſacra lipſana Sancti Hermolai Nicomedienſis Presbyteri, & Martyris & in hac Eccleſia decenter collocata; in quo quidem loculo intermixta quieſcebant nonnulla oſſa S. Pantaleonis Medici, & Martyris, quem S. Hermolaus in Chriſtiana fide erudierat, in cujus rei teſtimonium marmoreo loculi operculo viſuntur adhuc Græci caracteres nomina Sanctorum Hermolai & Pantaleonis exhibentes.

Os brachii S. Hermolai, quod ſeparatim aſſervatur, lamina argentea circumductum eſt, cui numisma pariter argenteum adhæret, graio opere effigiem Sancti Martyris referens. Hoc deficientibus cæteris monumentis unicum, præter immemorabilem traditionem, translationis teſtimonium efficitur, cujus quidem translationis memoriam ingerit Petrus Equilinus Epiſcopus in Catalogo ubi lib. *6.* cap. 145. poſt vitam S. Hermolai exaratam hæc habet: " Sepultus in Nicomedia civitate
„ *6.* Kal. Auguſti. Cujus corpus Venetias translatum quieſcit
„ in

„ in eadem urbe in Baſilica Simeonis Prophetæ, ubi & plu-
„ rimis miraculis pollet.

Theſauro præterea omnium pretioſiore ditatur Eccleſia, guttula nempe ex ſanguine, qui aqua immixtus e Crucifixi Domini latere effluxit; quam Eccleſiæ a Patritia gente Zena de ipſius confinio dono datam, conſtans ejuſdem Eccleſiæ traditio, partem eſſe, aſſerit, illius vivifici ſanguinis, qui in Divi Marci Templo aſſervatus, Duce Raynerio Zeno, inter furentis incendii flammas illæſus evaſit.

Plurimis tum Domini Salvatoris, tum illuſtrium Divorum reliquiis affluit hæc Eccleſia, quarum ſequentes, utpote celebriores nominatim recenſendæ veniunt.

Spina de Domini Noſtri Jeſu Chriſti Corona.

Fragmentum Columnæ, ad quam alligatus Chriſtus Dominus Flagrorum tormenta ſuſtinuit.

Plura SS. Innocentium Martyrum Oſſa.

Brachium S. Quirici Pueri M.

Digitus S. Thomæ Apoſtoli.

Os S. Petri Apoſtoli.

Os S. Joannis Chryſoſtomi.

De Oſſe S. Valentini Presb. Mart.

Caput S. Chriſti Martyris, quod ex Cryptis Romanis eductum, huic Eccleſiæ ſub aſcito Oſſualdi nomine donatum fuit.

Dies Conſecrationis ex marmore ad exteriorem Templi faciem affixo innoteſcit, cui inciſa cernitur hæc Epigraphe.

„ Cum nullum de hujus Templi dedicatione publicum exta-
„ ret monimentum, quæ die xv. Julii celebratur, Marſilius
„ de Marſiliis antiſtes anno MDXCV. Faciendum curavit.

Quieſcunt in hoc templo tumulata Joannis Bembo Venetiarum Ducis oſſa, cujus ſepulcrali memoriæ adjectum eſt hoc elogium.

„ Quisquis es, qui ſaxum & monumentum hoc inſpicias, huc
„ non niſi mirabundus, & venerabundus accedas. Hic oſſa invi-
„ cti, & generoſi Principis Venetiarum Joannis Bembo jacent,
„ cujus virtus in præclara ad Echynadas de Turcis victoria ita
„ decenter enituit, ut inde facto ad ampliſſimas dignitates iti-
„ nere, bis claſſium cum ſummo imperio præfectus, denique
„ Patriæ Dux in Marci Antonii Memi locum electus fuerit.

„ Omnia

„ Omnia recte, omnia fortiter geſſit, ſed Principatum ſupra
„ fidem ſplendide & generoſe. Vixit annos LXXVI. in ſolio
„ tres. Obiit MDCXVIII. Chariſſimi ex fratre Nepotes Augu-
„ ſtinus, Benedictus & Bernardus poſuere.

Series Chronologica Plebanorum Eccleſiæ S. Simeonis Prophetæ.

1081 Tribunus Calvus Clericus Pleban. S. Simeonis & Not. Rogavit chartam ſecuritatis factæ a Dominico Mauroceno, Dom. Placido Abbati S. Georgii Majoris. Ex Archivo Monaſt. S. Georgii Majoris.

1090 Petrus Reginus Subd. Pleb. S. Simeonis & Not. Ex Arch. ſupradicto; in quo quidem Archivo ad annum 1110. invenitur Petrus Reginus Plebanus Eccl. S. Matthæi Apoſtoli & Notarii, qui tranſlationem S. Stephani in publica acta redegit. Dicendum eſt ex errore amanuenſis autographum exemplum deducentis S. Matthæum Apoſtolum, pro S. Simeone irrepſiſſe, ſiquidem nec anno 1090. nec anno 1110. nulla Parochialis Eccleſia Divi Matthæi titulo inſignita reperiebatur; niſi fortaſſe dicendum eſſet, Petrum Reginum anno 1110. notarium Eccleſiæ S. Matthæi in Diœceſi Clodienſi fuiſſe Plebanum, quæ quidem Eccleſia eo tempore ut Veneta reputabatur, utpote Gradenſi Patriarchæ ſubjecta. De hoc jam hujus Operis Tom. III. Dec. IV.

1208 Nicolaus. Ex Cataſt. Eccl.

1246 Simeon Maurus. Ex Archivo S. Maphæi de Majurbio. Diverſus ab eo, qui Pleb. S. Barnabæ.

1282 Seraphinus Lambardus Subdiac. Pleb. S. Simeonis Proph. Not. & Ducal. Cancell. Ex Arch. Sancti Joannis de Torcello.

1302 Marcus Navogherius Not. Ex Cataſt. Eccleſiæ.

1312 Bartholamæus Ravachaulus. Hic Corpus S. Simeonis ex antiquo ad novum *excellentiſſimum ſepulchrum* transferri curavit. Aram quoque in honorem S. Joannis Evangeliſtæ erigi curavit, cujus marmorea tabula tempo-

po-

porum injuriis corroſa e Templo deinde amota fuit, atque Parochialis Ædis parieti affixa. Ad ejus angulos adhuc legitur quamvis dimidiatum ipſius Plebani nomen antiquis caracteribus exſculptum.

1344 Marcus. Ex Cataſt. Eccleſiæ.

1347 Leonardus Belloſſellus Marci, atque Agnetis filius. Ex ipſius Teſtamento.

1352 Franciſcus Cuppo. Ex rog. Petri Venerio Presb. S. Raphaelis & Notarii.

1353 Franciſcus Marinus. Ex Arch. Patriarchali.

1363 Franciſcus Triviſanus. Ex rog. Jo. Barbaſella Not.

1386 Dominicus Bono. Ex ipſius Teſtam.

1398 Eguidius. Ex cataſt. Eccl.

1401 Nicolaus de Drivaſto. Ex rog. Franciſci a Fructibus Pleb. S. Euſtachii.

1404 Theodorus Joannis de Durachio filius Capell. Bonifacii Papæ. Ex ipſius Teſtam.

1420 Donatus de Manu Not. Ex rog. ipſius in quibus ad annum 1423. tacet ſe Plebanum & ſe nominat Cancellarium in Tana.

1428 Simeon de Vivianis, Blaſii & Maphææ filius. Ex rog. Franciſci Gritti Plebani S. Pantaleonis.

1461 Franciſcus de Vivianis Canon. Tarviſinus. Ex Cataſt. Eccleſiæ.

1473 Franciſcus Roſus. Ex cataſt. Eccleſiæ.

1495 Baſilius Niger. Ex cataſt. Eccleſiæ. Obiit 21. Novembris 1508.

1508 1. Decembris Aloyſius Bonſaver Notarius Procuratorum de Supra, Canonicus, & Vicarius Ducalis Baſilicæ, Archipresb. Congreg. Sanctæ Mariæ Matris Domini. Obiit 10. Julii 1546. Ex cataſt. Eccleſiæ.

1546 19. Julii Victor Daneſius J. U. D. Obiit 21. Martii 1548.

1548 26. Martii Stephanus de Firmis. Obiit 9. Februarii 1565. M. V.

1565 M. V. 22. Febr. Auguſtinus de Grittis. Obiit 19. Febr. 1576. M. V.

1576 M. V. Thomas de Ambulariis. Obiit 6. Decembris 1591.

1591

Digitized by Google

1591 Marſilius de Marſiliis Archipresb. Congreg. Sanctæ Mariæ Matris Domini. De eo mentio facta fuit in lapide conſecrationis. Obiit 1632. 29. Apr.

1632 Alexander Gatti. Obiit 8. Aprilis 1645.

1645 Franciſcus Tinti. Obiit 25. Julii 1660.

1660 Dominicus Piſchiutta. Obiit 30. Julii 1690.

1690 Dominicus Bombarda Canonic. Ducalis, Archipresbyt. Congreg. Sanctæ Mariæ Formoſæ. Obiit 9. Martii 1718.

1718 14. Martii Alexander Perdoa Canonicus Ducalis.

DE

Digitized by Google

DE
MONASTERIO
JESUS ET MARIÆ.

DIvinæ voluntatis inſcrutabilis ordo diſpoſuit, ut ad perficiendam numeris omnibus fundationem ejus Aſceterii, quod auguſtis Jeſu, & Mariæ nominibus inſignitur, longæva Fundatricis vita, quæ decennio minus ſæculum complevit, lentus eſſet curriculus. Venerabilis virgo, cui Cœnobium hoc originem refert, piis nobilibusque parentibus e Paſqualiga gente Venetiis orta eſt, anno MDLXII. die vigeſima nona Septembris Michaeli Angelorum Duci ſacra, ex quorum auſpiciis Antonius Pater ſibi natam filiam in baptismate Angelam voluit appellari. Ab ipſa infantia, quam mirabiliter in ſortem Dei evocaretur, non obſcuris præſignavit indiciis; ſiquidem pueriles illius ætatis illecebras ſpernens, per jugem teneri corporis mortificationem majorem in dies habebat in ſolida virtute progreſſum, ac continuato orationis ſtudio ſeſe ad Divina charismata recipienda magis exhibebat idoneam. Jejuniis ultra ætatis vires addicta, dum aliquando refectionis hora attentius in orationem incum-

Digitized by Google

bit, in ignem prolapſa, ope Deiparæ quam ſibi in matrem adoptaverat miro prodigio ſervatur illæſa.

Nonum vix ætatis attigerat annum, cum utroque orbata parente, una cum ſorore Lucia in maternæ amitæ domum recipitur, a qua dum minus ſtudioſe educatur, earum patruus Antonii Genitoris frater negligentem mulieris curam faſtidiens Virgines neptes ad ſe deduxit, ut muliebribus ſuæ conditionis exercitiis, & Chriſtianæ pietatis operibus erudirentur. Cum autem non multo poſt ad Prætorium munus in Cretenſi Inſula exercendum a publica fuiſſet authoritate deſtinatus, eo Virgines Neptes ſecum deduxit, ubi Angelæ, quæ jam ſe Deo deſponſandam devoverat, ſingularis virtus enituit, dum juvenis æque nobilis ac divitis, qui ejus egregiis dotibus captus, ut ſibi in Matrimonium ſociaretur, Patruum exoraverat, vota, minas, & inſidias invicta conſtantia ſuperavit. Patruo in ipſo dignitatis termino è vivis ſublato, Angela unico Divinæ bonitatis auxilio innixa, Monaſterium Divæ Catharinæ Cretenſis, quousque redeundi in patriam fieret copia, una cum ſorore ingreditur, in quo eximio virtutum ſplendore præfulgens, a Sanctimonialibus enixis precibus etiam oblato Monaſterii regimine exoratur, ne in ipſarum conſortio permanere abnuat, quarum tamen neque precibus, neque conſiliis (alibi a Domino evocatam ſe ſentiens) unquam acquievit.

Multis interea rebus adverſis, in quibus præſentem ſibi Dei opem ſenſit, ſuperatis, peropportuna occaſione Venetias cum Sorore rediit, ubi a conſanguineis rejectæ, rebusque fere omnibus deſtitutæ ſub paupere tecto deliteſcere coactæ ſunt.

In tali rerum inopia conſtituta Angela domeſticis incommodis voluntarios addebat cruciatus, ac quotidiano fere jejunio in pane, & frigida plerumque aqua tolerato, crebris cruentisque flagellationibus, oblongo aſperrimoque cilicio corpus in ſervitutem ſpiritus redigebat, tanta interim interiori animi tranquillitate fruens, ut Sororem, & alios, qui ad eam devotionis cauſa ventitabant, ſola exteriori oris ſpecie ad ſpiritualem hilaritatem excitaret.

Eximiis itaque inſtructa virtutibus, egregio ad quod eam Dominus prælegerat operi jam matura, divinorum etiam charismatum cœpit affluentia repleri, unde ejus ſanctimoniæ fama latius quotidie manante, nonnullæ ei etiam præclaræ nobili-

bilitatis Virgines perfectioris diſciplinæ ſtudio ſeſe adjunxerunt, ex quo primum intellexit ſe ad novum Aſceterium condendum Divinitus eſſe vocatam; quod equidem ex ſuperioris Numinis afflatu provenire iteratis Deus prodigiorum eventibus teſtari voluit.

Interiori itaque Divini Spiritus motione excitata conſilium init de domeſtica ſubſtantia ſibi a parentum ſucceſſione debita ab alienis manibus vindicanda, qua ad conſtruendi loci expenſas opportune uteretur, quod cum illi è ſententia contigiſſet, dum de Divina voluntate exequenda ſecum ipſa deliberat, a Sacerdote ex Clericorum Regularium Familia, qui ei erat a Confeſſionibus, admirandum novæ Congregationis vaticinium accepit. Ex eo confirmata Angela, dum in rem perficiendam maturius incumbit, a Satanæ futura præſagientis aſtu, multis ſeſe circumventam ſenſit anguſtiis. Etenim ejus vulgato conſilio aliqui illud ex gravi egeſtate irridebant, aliqui vero in ipſius & ſociarum mores, & vitam gravius inquirentes, dum cuncta ſana reperiunt, fundationem ex publicæ permiſſionis defectu calumniabantur, nec defuere etiam, qui atroci calumnia Angelam criminantes palam reprehenderent, quod ſub religioſæ pietatis ſpecie nubiles puellas in pudicitiæ diſcrimen adduceret. Haſce igitur aliasque graviſſimas inſectationes Angela imperturbato animo perferens, jejunia, ſupplicationeſque ad numen propitiandum adhibuit; quibus ita hominum immutata voluntas fuit, ut quos ſibi ab initio operis adverſarios invenerat, occulta ſpiritus operatione repente placatos ſibique faventes exceperit.

Divinæ miſerationis beneficium præſertim experta eſt, cum aucto in dies diſcipularum numero de ampliori habitatione paranda conſilium iniit; cumque occaſionem nacta eſſet propinquæ domus, quæ ad voluptuariæ ædis uſum nonnullis è Patritia juventute Viris inſerviebat, ipſam ſibi ad religioſi loci fundationem tradi curavit, nec multo poſt (licet eadem juvenum caterva ſibi acriter adverſante) voti compos efficitur; brevique interjecto tempore alteram ædem, quæ de Magiſtratus Hoſpitalibus præfecti jure erat, recepit; Judices enim nequaquam propenſos, ope divina de more implorata, facile in ſuam ſententiam adduxit; cujus rei cauſa dum ab improbo

viro, ejusque Matre calumniis, & maledictis laceſſitur, Divinam ultionem in capita impiorum ruentem ingemuit.

Rebus ita divinæ protectionis dono diſpoſitis, conductæ domus ad Monaſterioli formam rediguntur, atque adjacens Eccleſia conſtruitur perangusta quidem, ſed Virginum neceſſitati opportuna, in qua die vigeſimaquinta Febr. anni MDCXXIII. optimus Venetiarum Patriarcha Joannes Theupulus cæleſtem hoſtiam primus immolavit, atque ad ejus participationem myſterii Angelam, ejusque filias præ gaudio lacrymantes admiſit.

Cum vero aliæ Virgines novo Collegio aſſociari poſtularent, viſum eſt Angelæ, ut erecta Congregatio, quæ nullis certis legibus utebatur, ad Dei gloriam ſub D. Auguſtini Regula propriis conſtitutionibus in Monaſterium erigeretur. Id ut præſtaret validius, Cœnobii, & Eccleſiæ anguſtias, nova molitione ampliari mandavit, primumque Templi lapidem ritu ſolemni in fundamentis jecit die decima tertia Julii MDCXXXIII. Aloyſius Novarinus e Clericis Regularibus Vir doctrina, & pietate ſpectatiſſimus, deque Angela, quæ ejus utebatur conſiliis, optime meritus; Eccleſia vero ad ſui perfectionem deducta ſubſequenti anno die XXVI. Julii ſub præclariſſimo Jeſus & Mariæ titulo Divinis Myſteriis rite in ea celebratis, ſolemnis benedictionis munus accepit.

Dum hæc aguntur, Soror ejus Lucia Virgo eximiæ Virtutis evolavit ad ſuperos, poſt cujus funera tranquillo animo celebrata, ad ea, quæ conſumandi operis neceſſitas exigebat, Angela ſeſe convertens, impetrato prius publicæ auctoritatis aſſenſu Sedis Apoſtolicæ benignitatem ſupplicibus exoravit libellis, ut a ſe inſtitutum Collegium, quod opportunis ædibus, & neceſſariis redditibus inſtructum erat, in Monaſterium ſub Divi Auguſtini Regula rite approbare dignaretur. Res, cui viri cæteroquin graviſſimi acriter obverſantes obſtabant, usque eo dilata eſt, ut jam plurimi hortarentur Angelam ab incœptis deſiſtere, ſiquidem Card. Ginettus Pontifici, cujus erat Vicarius, ob egregiam pietatem in primis acceptus omnem conatum ad negotii perfectionem irrito labore contulerat. Sibi tamen in ſententia conſtans pia Virgo, utpote interiori animata ſpiritu ſe Chriſti cauſam deſerere nolle reſpondit, quo adjuvante futuram ſe voti compotem brevi ſperabat.

Digitized by Google

rabat. Nec ſane in irritum ſpes ejus recidit, ſiquidem præjudicata Monaſterii cauſa cum in ſacra Regularium Congregatione diu multumque agitata fuiſſet, tandem unanimi Cardinalium ſententia conſtitutiones ab Angela ſtatutæ approbantur, ejuſque Congregatio rite in Monaſterium erigitur; quæ omnia Anno Domini MDCXLVII. die prima Julii Innocentius hujus nominis Papa Decimus, Apoſtolicæ confirmationis munimine roboravit (A).

Conceſſæ approbationis, (quam brevi eventuram Dei Ancilla prænoverat) nuntio Venetias non ſine ingenti omnium admiratione accepto, Angela gratiis Deo pro collato munere primum actis, ex Monaſterio S. Andreæ, (Patriarcha Venetiarum electionem illi concedente) Sanctimonialem elegit Cherubinam Balbi ſpectatæ probitatis, & prudentiæ Virginem, ut ad Pontificii Diplomatis legem Divi Auguſtini Ordinem, ac Regularis vitæ diſciplinam in novo Monaſterio fundaret.

Poſt hæc, quaſi nihil ultra ſibi in terris agendum ſupereſſet, venerabilis Virgo toleratis ad patientiæ miraculum extremi morbi doloribus, & Eccleſiaſticis Sacramentis ſancte perceptis die XII. Aprilis placidiſſime migravit ad Sponſum, anno Reparationis Humanæ MDCLII. ætatis vero ſuæ nonageſimo, cujus corpus mœſtiſſimæ filiæ poſt exequias frequenti populi concurſu celebratas terræ demandarunt, hac appoſita Epigraphe.

Oſſa
R. M. Angelæ Mariæ
Paſqualigæ Fund.
Quieſcunt.

Sanctimonialium mœſtitiam ob amiſſam Matrem lugentium mitigare cupiens Patriarcha Venetiarum Joannes Franciſcus Maurocenus diem indixit, qua (inducta prius in novum Aſceterium, ut ipſum ſub Prioriſſæ Fundatricis titulo adminiſtraret Cherubina Balbi, quam Operis hujus Decade I. pag. 180. retulimus eo temporis Monaſterio S. Andreæ Apoſtoli præfuiſſe) in Apoſtolici Diplomatis executionem religioſa

ligioſa Virginum Clauſtra glorioſis Jeſu, & Mariæ nominibus inſignita perpetuæ Clauſuræ privilegio decorarentur.

Quieſcit in hac Eccleſia Sanctæ Chriſti Martyris Savinæ Corpus una cum ſacris Flavii, & Maximini Martyrum Capitibus, ex Almæ Urbis Cryptis Venetias deductum.

Prioriſſæ Monaſterii Jeſus & Mariæ.

1652 Cherubina Maria Balbi. Ex Monaſt. S. Andreæ huc, ut diximus adducta, ſub Fundatricis titulo conſtituta eſt in triennalem Prioriſſam. Anno 1655. confirmatur; deinde electa fuit rurſus anno 1662.

1658 Clara Maria Paſqualigo ſupralaudatæ Angelæ Mariæ Fundatricis, ex Fratre Neptis. Ob. Quinto regiminis ſui menſe.

1659 Cecilia Maria Capello. Iterum 1665. 1675.

1669 Auguſtina Maria Zeno. Iterum 1668. 1684. 1690. 1696.

1672 Angela Maria Paſqualigo Fundatricis ex Fratre neptis.

1681 Cattarina Maria Piſani. Iterum 1687. 1693. 1699. 1705.

1702 Clara Maria Gentili. Iterum 1708.

1711 Cherubina Maria Ton, confirmatur 1714. & deinde 1717. in cujus triennii ſexto menſe migravit ad Dominum.

1718 Maria Cœleſtis Boldù, confirmatur 1721. 1724. Iterum electa 1730. confirmatur 1733.

1727 Maria Deodata Piccini.

1736 Maria Alba Pocobello, confirmatur 1739. 1742.

1746 Jeſualda Maria Pocobello confirmatur 1749.

Inno-

Innocentius X. piam domum Jeſu & Mariæ Venetiarum in Monaſterium erigit.

A 1647. 1. Julii.

Ex Autographo in Monaſterio Sanctimonialium Jeſu & Mariæ.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio Vic. Ven. Fr. noſtri Patriarchæ Venetiarum in ſpiritualibus Generali, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Debitum paſtoralis officii nobis deſuper commiſſi nos excitat, ut ad ea, per quæ Monaſteria ſingula præſertim devoti fæminei ſexus ubique ad divini cultus, & Religionis augmentum & animarum ſalutem, & publicam utilitatem propagari, ac in eis prudentes Virgines ſpretis hujus ſæculi illecebris, ſub debita Clauſura, & regulari obſervantiæ diſciplina viventes, perpetuum Redemptori noſtro famulatum impendere, ac exinde honoris flores, & honeſtatis fructus, æternamque beatitudinem aſſequi valeant, propenſis ſtudiis impendamus, & propterea piis Chriſti fidelium id a nobis devotè expoſcentium votis favorem Apoſtolicum libenter impartiri, ac alias Paſtoralis officii noſtri partes deſuper interponi mandamus, prout in Domino expedire conſpicimus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectæ in Chriſto filiæ Angelæ Mariæ Paſqualigæ mulieris nobilis Venetiarum, petitio continebat: videlicet quod ipſa Angela Maria pro eximio ejus devotionis affectu, terrena in cæleſtia bona fælici commercio permutare deſiderans, quandam domum piam ad uſum Monaſterii monialium cum ſua Eccleſia, ſeu Capella in Civitate Venetiarum, locoq. commodo, decenti, & honeſto ſub titulo, & denominatione Virginum Jeſu Mariæ, ex ſuis propriis mere laicalibus bonis, pro commoda, & competenti habitatione viginti monialium Ordinis S. Auguſtini, de licentia ordinarii loci fundavit, & aptari curavit, illique omnia, & ſingula tam ſtabilia, tuta, & ſecura, ac fructifera redditus annui ducentorum, & octuaginta ſeptem Ducatorum monetæ Venetiarum, quam mobilia bona cum nonnullis creditis ad bis mille & centum ducatos dictæ monetæ in ſorte principali aſcendentibus, quæ ipſa Angela Maria ſuper certis aliis bonis ſtabilibus conſequi debet, ac Ven. Fr. noſter Petrus Veſpa Epiſcopus Phaph. quandam poſſeſſionem capacitatis viginti quatuor camporum menſuræ illarum partium, cum ſuis membris in Villa de Rai ſitam, & ad eum tanquam patrimonialia & mere laicalia bona, ac de quibus ipſe teſtari, ac alias libere diſponere poteſt legitime ſpectantia, & ad presens pro penſione annua centum ducatorum ſimilium, & trium ſtadiorum farinæ frumenti, & unius Porci, nec non & unius dolii vini, & centum ovorum locatam de quibus centum & viginti duo ducati dictæ monetæ annuatim percipiuntur, donatione pura perpetua, & irrevocabili, quæ dicitur fieri inter vivos, donarunt, & aſſignarunt, ac Zanetta Badoera unum quadraginta, nec non Clara Donata alterum, redditus annuos, & perpetuos in bonis ſtabilibus pariter fructiferis, liberis, & ſecuris conſtituentes octuaginta ducatos ſimilium; & Elena Capella mille jam inveſtitos, ex quibus alii ſexaginta, nec non Corona Gendella dilectæ & in Chriſto filiæ in dicta domo pia jam a pluribus annis introductæ, alios mille ducatos pares, ex quibus alii ſexaginta ducati ejuſdem monetæ percipiuntur, inveſtiendos in earum dotes, quæ omnia una cum ab ipſis, Angela Maria, & Petro Epiſcopo, ut præfertur, donati, ad ſexcentos, & quadraginta novem ducatos dictæ monetæ,

Digitized by Google

netæ, quadringenta, & ultra ſcuta monetæ Romanæ conſtituentes, annuatim aſcendunt, & adjunctis dotibus reliquarum monialium in cenſibus, ſeu livellis conſiſtentibus ſexcenta ſcuta ſimilia annui redditus conſtituunt, non computatis dictæ Angelæ Mariæ creditis prædictis. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat, dicta domus pia omnibus ſuis numeris, cum Eccleſia, ſeu Capella hujuſmodi, Choro, Clauſtro, Cellis, Area, Refectorio, Dormitorio, Cæmeterio, Horto aliiſque membris, & officinis neceſſariis, & opportunis perfecta, & abſoluta, convenientique ſupellectili ſacra, & prophana, ac decenti Clauſura munita ſit, & in ea jam quatuordecim Virgines dictum ordinem profiteri volentes inibique laudabiliter, & exemplariter cum omnium ſatisfactione, & ſpirituali conſolatione viventes nempe novem aptæ ad chorum, reliquæ vero ad ſervitium Monaſterii deſtinatæ cum ſuis dotibus introductæ reperiantur, & de ſimili licentia ejuſdem ordinarii quotidie ex diverſis legatis dictæ domui factis celebretur, Dicta vero domus pia in Monaſterium Monialium hactenus Apoſtolica auctoritate erecta non fuerit; & ſi in illa hujuſmodi Monaſterium ut infra erigeretur, aliaque infraſcripta fierent, id in divini cultus, fideliumque devotionis incrementum, ac dictæ Civitatis decorem cederet. Quare pro parte ejuſdem Angelæ Mariæ nobis fuit ſupplicatum, quatenus ejus piis votis hujuſmodi annuere, ac aliis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui divini cultus, & piorum operum augmentum, Religioniſque propagationem noſtris potiſſimum temporibus ſinceris deſideramus affectibus, dictam Angelam Mariam a quibuſvis excommunicationis aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ſi quibus quomodolibet inodata exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, abſolventes & abſolutam fore cenſentes, certam tum de præmiſſis notitiam non habentes hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto Ven. Fr. noſtrorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus conſtito tibi legitime de præmiſſis, dictam domum piam jam ad optatum finem redactam, & convenienti Clauſura, aliiſque præmiſſis, ut perfertur, munitam, in Monaſterium Monialium ejuſdem ordinis, ſub invocatione Virginum Jeſu Mariæ nuncupandarum, cum illius Eccleſia, Campanili, Choro, Clauſtro, Area, Cellis, Refectorio, Dormitorio, Cæmeterio, Hortis, Hortaliciis, ac membris, & officinis hujuſmodi deputatis pro uſu, & habitatione unius Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, & aliarum quatuordecim monialium, ſicque quindecim monialium numerariarum, computatis quinque converſis pro iſta prima vice inibi exiſtentibus, quibus tamen decedentibus, tres tantum in totum recipi poſſint; & una Inſtitutrice moniali probatæ vitæ, ac prudentiæ ex aliquo Monaſterio ejuſdem ordinis, & inſtituti de expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia transferenda, quæ omnes chorales eleemoſynam mille ducatorum, Converſæ vero juxta earum poſſibilitatem ſecum afferre, ac habitum per alias aliorum dicti ordinis Monaſteriorum moniales geſtari ſolitum ſuſcipere, ac anno probationis elapſo, profeſſionem per alias moniales hujuſmodi emitti conſuetam, emittere, & perpetuam Clauſuram, ac ritus, & mores, ac conſuetudines, regulariaque dicti ordinis inſtituta ſub exacta vita communi ſervare, diviniſque laudibus, & officiis hujuſmodi inſiſtere, nec non ſub hujuſmodi cura, gubernio, regimine, adminiſtratione, inſtitutione correctione ſuperioritate, & juriſditione Ordinarii loci pro tempore exiſtentis perpetuo vivere debeant, & teneantur, ſine alicujus præjudicio; ac ſi & poſtquam Monaſterium erigendum prædictum pro congrua ſuſtentatione ſaltem quindecim monialium, & onerum monialibus, & Monaſterio hujuſmodi incumbentium ſupportatione competenter

ter arbitrio tuo dotatum fuerit, auctoritate noſtra erigas, & inſtituas, illique ſic erecto, & inſtituto pro congrua illius dote, & competenti illius Abbatiſſæ ſive Prioriſſæ, ac monialium in illo pro tempore præſentium manutentione, onerumque illis incumbentium ſupportatione, bona, & redditus annuos ſic jam dictæ domui donata, & aſſignata, nec non dictarum Virginum ſic introductarum dotes jam, ut præfertur, aſſignatas, nec non quævis alia tam per eamdem Angelam Mariam, quam quosvis alios Chriſti fideles in perpetuum, vel ad tempus, ac ſimul, vel ſucceſſive, dicto Monaſterio per præſentes erigendo, & inſtituendo quomodocunque, & qualitercunque elargienda, donanda, relinquenda, & eroganda bona, proprietates, & jura, & ex nunc prout poſtque elargita, donata, relicta, & erogata fuerint; ita quod liceat ipſius Monaſterii Abbatiſſæ ſive Prioriſſæ & monialibus illorum omnium, & ſingulorum corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem ipſius Monaſterii erigendi nominibus propria auctoritate apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere; fructus quoque, proventus, jura obventiones emolumenta ex eis provenientia percipere, erigere laudare, arrendare, locare, dislocare, & recuperare, ac in omnes earum, & dicti Monaſterii per præſentes erigendi, hujusmodi uſus, utilitates, & neceſſitatem convertere cujusvis licentia deſuper minime requiſita, itidem perpetuo concedas, & aſſignes, ac eidem Monaſterio per præſentes erigendæ, & inſtituendæ illius Abbatiſſæ ſeu Prioriſſæ monialibus, & perſonis, ut omnibus & ſingulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, præeminentiis, antelationibus, favoribus, conceſſionibus, indultis, indulgentiis, & plenariis peccatorum remiſſionibus, cæteriſque gratiis univerſis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibusvis aliis dicti ordinis Monaſteriis, illorumque Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, & monialibus, & perſonis, & Chriſti fidelibus easdem Eccleſias viſitantibus, in genere, vel in ſpecie, & per viam ſimplicis communicationis, ac alias quomodolibet, nunc, & pro tempore quomodolibet conceſſis, & concedendis, ac quibus illa, vel illæ de jure, uſu, & conſuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, & fruuntur, potiuntur, & gaudent, uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen ſint in uſu, nec revocata, nec ſub aliqua revocatione comprehenſa ſacriſque canonibus, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis præſertim vero Concilii Tridentini decretis, inſtitutiſque dicti ordinis minime contraria, ſimiliter, & pariformiter, ac æque principaliter uti frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi monaſterio per præſentes erigendo & inſtituendo, illiusque Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, & monialibus hujusmodi ſpecialiter & expreſſe fuiſſent conceſſa, indulgeas; nec non dictæ Angelæ Mariæ, & Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ & Monialibus Monaſterii per præſentes erigendi, conſtitutiones & ſtatuta aliorum hujusmodi Monaſteriorum dicti ordinis, rerum, perſonarum, & bonorum ſpiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium & adminiſtratio. men, ætatem, qualitates, victum, amictum, inſtitutionem, directionem, diſciplinam, ac modum, & formam recitandi divina officia preces, & alia ſuffragia quomodocunque convenientia, & alias a Sede Apoſtolica predicta ſpecialiter approbata & confirmata obſervanda; ſive etiam alia neceſsaria de novo licita tamen honeſta, & ſacris canonibus decretiſque Concilii Tridentini hujusmodi & inſtitutis relationibus dicti Ordinis minime contraria ab ordinario loci examinanda, & ab eadem Congregatione ſpecialiter, & expreſſe, antequam executioni demandentur confirmanda, & approbanda, quæ ab omnibus & ſingulis, ad quos ſpectabit ſub pænis in illis affligendis inviolabiliter obſervari debeant, facien-

cienda, edenda, condenda, illaque quoties pro rerum temporum & perſonarum varietate, & qualitate, ac alias expedire videbitur immutandi, corrigendi, alterandi, & moderandi, reformandi, ac alia de novo de expreſſa tantum dictæ Sedis licentia, & ſalutis examine, & approbatione preſentis conoedendi licentiam & facultatem tribuas, & impertiaris. Præſentes quoque noſtras litteras ſub quibusvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per nos, vel alios Romanos Pontifices Succeſſores noſtros ſub quibuscunque verborum expreſſionibus, & formis, ac motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine pro tempore factis minime comprehendi ſed tanquam pro fundatione dicti Monaſterii ad Religionis, divinique cultus ac piorum operum augmentum ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & tum in quo antea quomodolibet erat, ſtatum reſtitutas repoſitas, & plenarie reintegratas, & de novo ſub quacunque poſteriori data per Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam, & Moniales pro tempore ſtantes dicti Monaſterii per præſentes eligendi, quandocunque eligenda conceſſas validasque, & efficaces eſſe & fore ſuosque plenarios & integros effectus ſortiri debere; ſique per quoscunque judices ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, & ejusdem S. R. E. Cardinales, & de latere legatos, & vice legatos, & prædictæ Sedis Apoſtolicæ Nuncios, judicari, & definiri debeant; irritumque & inane ſi ſecus ſuper his a quocunque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, dicta auctoritate noſtra decernas, Nonobſtantibus præmiſſis ac noſtro de indulgentiis & gratiis ad inſtar non concedendis aliisque conſtitutionibus aliisque ordinationibus Apoſtolicis, nec non Ordinis, & Monaſteriorum hujusmodi juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini 1647. Kal. Julii Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

DE

Digitized by Google

DE

ECCLESIA PAROCHIALI

S. S. SIMONIS & JUDÆ

APOSTOLORUM.

QUum annō MDCCXVIII. Eccleſia vetuſtiſſima Sanctis Apoſtolis Simoni, & Judæ dicata humi æquaretur, ut nobiliori opere exſurgeret in Sacelli majoris ara capſula plumbea inventa eſt reliquiis Sanctorum referta, cui adnexa erat litteris inſcripta pergamena, ſed temporis edacitate attrita, ac ferme obliterata. Caracteres ſuperſtites dant Criticis fundamentum adſcribendi hanc chartam ſæculo nono. Hinc colligere juvat Eccleſiam hanc eodem ſæculo fuiſſe conſtructam, cujus ædificationis meritum familiæ Brioſæ teſte Sanſovino tribuitur. Diverſis temporibus vel reparatam fuiſſe, vel reædificatam ex triplici pavimentorum ordine arguitur in recenti Templi demolitione reperto, quorum primum in magna ſoli profunditate ex attritis lateribus & coagmentatis lapillulis compactum erat, ſecundum lateritium plane & rude, tertium vero ex intermixtis albi,

& rubei coloris ſectis laterculis in ſoli planitiem extendebatur.

Primævæ Conſecrationis memoriam exhibet marmorea epigraphe in diruti Templi pariete affixa.

„ Temporis injuria hujus Templi Dedicationis, quæ die „ xxi. Junii Mcclxxi. celebranda occurrit, ſepulta memoria, „ quo reviviſceret Rev. D. Fabritius Tolla Plebanus in hoc „ lapide incidendam curavit Mdcxxv.

Anno tandem ut ſuperius relatum eſt, ab Incarnatione Domini Mdccxviii. Eccleſiam reædificari cœptam, Venetorum pietas, gravibus impenſis, anno tandem Mdccxxxviii. aliquando perfecit.

Ex immemorabili tempore Divæ Dorotheæ brachium præcipua populi veneratione colitur, ad quam potiſſimum augendam ejusdem Sanctæ officium univerſo clero recitandum S. Rituum C. conceſſit.

Maximum Eccleſiæ hujus infortunium, quod ab univerſis rerum Venetarum Scriptoribus alto ſilentio prætermittitur, nec ulli creditum eſt Archivi documento, ab Ughello enarratur Tom. vi. Italiæ Sacræ p. 788. in Archiepiſcopis Anſanenſibus. Ab hoc clariſſimo authore, in ipſo Archiepiſcopatus Anſanenſis proœmio traditur, Venetum S. Simonis Templum pretioſiſſimo olim ditatum fuiſſe theſauro, capite nempe, & brachio ipſius S. Apoſtoli Titularis, quæ ſacra & veneranda pignora, ſibi ex ſcelere cujusdam Jacobi Clementis ex oppido S. Viti in Regno Neapolitano Presbyteri furtim erepta ingemuit.

Delato ad Principem perpetrati facinoris nuntio Franciſcus Foſcarus Dux, datis die xii. Septembris anno Mccccxxxiv. ad Marinum de Tocco Epiſcopum Theatinum Epiſtolis ipſum *affectuoſe* deprecatus eſt, ut cum civitas Anſanenſis, vel Lancianenſis ſub ejus ſpirituali degeret regimine, juberet, ut caput & brahium S. Simonis Apoſtoli, *furtivo ac malo modo* de ipſius Eccleſia ablatum *Nuntio Plebani Eccleſiæ prædictæ S. Simeonis reſtituerentur, ſic, quod poſſet ipſe Venetias ad ſuam Eccleſiam reducere.* Totius rei ſeriem ex Clariſſimo authore exhibemus.

„ In veteri Anſano Cœnobium Eremitarum S. Auguſtini „ celeberrimum eſt, ejusque in Eccleſia ſub ferrea crate, quam-

„ quamplurimæ Sanctorum reliquiæ religioſiſſime aſſervantur;
„ inter cæteras celebrantur Brachium unius ex Sanctis Inno-
„ centibus; Dens Molaris S. Apolloniæ Virginis & Marty-
„ ris; Tres Spinæ de Corona Chriſti Salvatoris; Caput &
„ brachium S. Simeonis Apoſtoli, & Crux S. Judæ Taddæi,
„ quæ a quondam Jacobo Clementis Venetiis furtim ſublatæ,
„ huc advectæ fuere anno 1434. ut ex litteris Franciſci Fo-
„ ſcari Venet. Ducis, ad Epiſc. Teatinum ſcriptis facile erui po-
„ teſt. Erat tunc temporis Anſana Eccleſia Teatino Epiſco-
„ po jure Diœceſano ſubjecta. Litteræ vero in hunc modum
„ fuere conſcriptæ.

„ Reverendo in Chriſto Patri Domino Epiſcopo Teatinæ Ci-
„ vitatis *Intus*. Franciſcus Foſcari Dei gratia Venetiarum
„ Dux. Reverendo in Chriſto Patri Domino Epiſcopo Tea-
„ tinæ Civitatis amico dilecto ſalutem, & ſupernæ devotio-
„ nis affectum.

„ Ex querimonia venerabilis & honeſti viri Georgii de Priu-
„ lis, Plebani Eccleſiæ S. Simeonis Apoſtoli civitatis noſtræ
„ Venetiarum, non abſque mentis admiratione cognovimus,
„ quod quidam pſeudo-Presbyter Jacobus Clementis, qui di-
„ vina officia in prælibata Eccleſia celebrabat, poſtpoſito Dei
„ timore, ac ſalutis animæ ſuæ immemor, furtive ac malo
„ modo abſtulit caput & brachium ſacroſancti Corporis Apo-
„ ſtoli ſupradicti, & attulit Lanzanum, unde favores noſtros
„ ad recuperationem earumdem reliquiarum, cum inſtantia
„ ſupplici requiſivit. Nos autem cognoſcentes hanc cauſam non
„ eſſe privatam, nec ſpecialem Plebani prænominati, ſed com-
„ munem & publicam Dei, & Sanctorum ſuorum ac noſtram,
„ totiusque noſtræ civitatis, quæ ſcandalum habuit cordiale
„ de ſacrilegio tam nefario, ac nullatenus dubitantes, quod
„ talis caſus vobis tædioſus fuerit non minus, quam nobis
„ ipſis, conſiderata inhoneſtate tam facinoris, quam perſonæ,
„ Reverendam Paternitatem Veſtram affectuoſe deprecamur,
„ quatenus conſiderato, quod nunc agitur res Dei, cujus Om-
„ nipotentia ex hujusmodi ſacrilegio ſit offenſa, & contume-
„ lioſiſſime vilipenſa in reliquiis Apoſtoli ſui, tam nefarie
„ ſubtrahendo, & aſportando non abſque injuria etiam noſtri,
„ & vilipendio non mediocri. Placeat in Dei, & Apoſtoli
„ prædicti amorem, devotionem & reverentiam affectuoſalem

„ pro-

„ providere, ac facere, quod eadem caput, & brachium Apo-
„ ſtoli prænominati, Nuncio Plebani Eccleſiæ prædictæ S. Si-
„ meonis reſtituantur, & reſignentur, ſic quod poſſit ipſe Ve-
„ netias ad ſuam Eccleſiam, unde ſunt ſacrilege ſubtracta,
„ & aſportata reducere, ſicut ſumme deſideramus exauditio-
„ nem affectualem noſtrarum precum, & rem divinam, & re-
„ ligioſam, utique ad ſummam complacentiam a Veſtra Re-
„ verenda Paternitate habituri.

„ Datum in noſtro Ducali Palatio die 12. menſis Septem-
„ bris, Indict. 3. anno 1434. Scripſit idem Dux communi An-
„ ſanæ civitatis iiſdem fere conceptis verbis, ſed incaſſum la-
„ boravere Veneti, qui ineunte deinde vere triremes expe-
„ dierunt in Adriatico munitiſſimas, juſſeruntque Claſſis Præ-
„ fecto, ut Sanctum Vitum, Anſanumque funditus erueret.
„ Verum ſive errore viarum, ſive Superis ipſis juvantibus,
„ in Apuliam Veneti appulerunt, Caſtrum S. Viti Apulorum,
„ pro oppido ejusdem nominis Frentanorum diripuerunt, in-
„ gentique præda onuſti Venetias repetierunt, illæſis tamen
„ Anſanenſibus Sacratæ Apoſtoli reliquiæ apud ipſos venerantur.
Ughelli enarrationi concordat ſi non iiſdem verbis, ipſo certe ſenſu Torellus in Annalibus Auguſtinianis, ad annum 1434 hoc ſolum addens, Presbyterum Clementem in Oppido S. Viti, in Samnitibus progenitum fuiſſe.

Omnia autem hæc, quæ ab his authoribus cæteroquin omni laude digniſſimis afferuntur commentum eſſe a Lacianenſi fabulatore, ut major aſſertis lipſanis fides aſtrueretur, adinventum jure dubitandum eſt, tum quia nulla extat in Venetis Archivis, Ducalis hujus Epiſtolæ memoria, cum cæteroquin omnia S.C. decreta, nomine Principis ſignata, rite & ordinate in Reipublicæ regeſtis aſſerventur, tum quia acta hujusmodi pietati & prudentiæ Veneti Senatus, minus convenire noſcuntur. Veriſimile etenim non eſt, ablati ſacri theſauri reſtitutionem Rempublicam Venetam ab Epiſcopo petiiſſe, quæ in aliis, iiſque minoribus caſibus Pontificis Maximi authoritatem expetiit, cujus quidem rei allatum eſt exemplum Operis hujus Tom. II. Dec. II. ubi ad Eccleſiam S. Canciani de Capite S. Maximi furtim ſublato verba fecimus. Adde tunc temporis in Petri Cathedra ſediſſe Eugenium IV. patria Venetum, a quo omnia ſperanda erant. Quod autem Senatus Venetus,

netus, non Joannæ Reginæ, ſed civitati Anſanenſi epiſtolas miſerit, quod alienæ ditionis oppida per Præfectum Claſſis devaſtari juſſerit, commentitium prorſus eſt, & inter fabulas rejiciendum. Nemo quod ſciam, ex Venetis, aut Neapolitanis ſcriptoribus facti hujus mentionem ingeſſit. Ut ut res ſe habeat, Veneta pietas Divos Apoſtolos apud Deum patronos certa ſpe poſſidere confidat, quæ pro ipſorum ſacris ædibus extruendis, ultra centum & triginta mille argenteos effuſiſſima liberalitate erogavit. Veneti populi Religionem, & extructi, ornatique Templi conſecrationem ad perennem memoriam poſteris demandandam lapidi inſculpi juſſit Joannes Baptiſta Molino Plebanus, cujus potiſſimum ſtudio, & labore Eccleſia reſtituta fuit:

„ Templum in honorem SS. Apoſt. Simonis & Judæ Ann.
„ D. DCCCLVII. conditum vetuſtate prope collapſum, piorum
„ eleemoſynis in ampliorem hanc formam a fundamentis ex-
„ tructum, & ornatum Jo. Baptiſta Molino Plebano curante,
„ Gaſpar de Nigris Epiſc. Æmonienſis, antea ejuſdem Templi
„ cultui mancipatus, Franc. Ant. Corrario Venet. Pat. annuen-
„ te ſolemni ritu dedicavit. Die XXVII. Apr. An. D. MDCCXXXVIII.
„ Aloyſii Piſani Ducis IV.

Series Chronologica Plebanorum Eccleſiæ SS. Simonis & Judæ Apoſtolorum.

1310 Nicolaus Balduinus, Leonardi filius. Ob nefariam Bajamontis Theupoli conjurationem cui aſſenſerat, perpetuum in carcerem addictus fuit, ubi & extremum diem clauſit. Ex Chron. MS. Caroldi.

1312 Letus. Ex rog. Bonaventuræ Sardella Pleb. & Not.

1330 Lucas Albaregno. Ex Archivo Patriarchali.

1335 Felix de Merlis Presbyter S. Jacobi de Luprio, Plebanus poſtea S. Simonis, Notarius, & Canon. Ducal. Ex rog. ipſius.

1351 Romanus de Garda. Ex cataſt. Eccleſiæ.

1376 Marcus de Artico, Archipresb. Congreg. S. Mariæ Matris Domini. Ex rog. Jo. Gazo Pleban. S. Jo. Decol. & Not.

Digitized by Google

1391 Bartholomæus de Recovratis Notarius olim Preſb. S. Bartholomæi de Rivoalto, Capellanus Ducalis Baſilicæ, & Prior Hoſpitalis S. Marci, electus poſtea Primicerius D. Marci, & demum Epiſc. Polenſis. Ex rogitis ipſius, & ex Ughello Tom. V.

1406 Joannes de Mugla. Ex rog. Antonii Spinello Pleb. S. Jo. Decol. & Not.

1406 Joannis Paſchalis, fortaſſe idem cum ſuperiori.

1426 Georgius de Polis, qui in Ughel. dicitur *de Priolis*. Ex rog. Franciſci Gritti Pleb. S. Pantal. & Not.

1459 Marcus Cataneus Decretorum Doctor, Archipresb. Congreg. S. Mariæ Matris Domini. Electus Archiepiſcopus Dyrachienſis, Plebanatum tamen commendatario titulo ſibi retinuit. Sacellum in Eccleſia ædificavit, in quo & corpus ſuum humari voluit, ut ex ejus ſepulcrali elogio patet:

„ Marcus Cataneus hujus Eccleſiæ Plebanus & Archie-
„ piſcopus Dyrachienſis, & Rev. Congregationis S.
„ Mariæ Matris Domini Archipresbyter, Juris Ca-
„ nonici peritiſſimus. Monumentum Capellamque po-
„ ſuit. Vixit ann. LXXIX. Ob. MCCCCLXXXVII. Au-
„ guſti.

1497 Joannes de Vianis. Ex Archivo Eccleſiæ.

1511 Joannes de Adrianis. Ex Archivo prædicto. Ob. 1536.

1536 Joannes de Canale. Obiit 30. Julii 1561. cujus loco electus fuit Plebanus, quidam Honorius Capellanus Sodalitii Sancti Rochi, ſed in examine rejectus fuit a Patriarcha ob nimiam ipſius Presbyteri ignorantiam.

1561 Antonius de Bonis Presbyter S. Euſtachii, Capellanus Scholæ Sancti Marci Evangel. & Monialium Sanctæ Marthæ.

1582 Franciſcus Giavarina. Obiit 19. Aprilis 1587.

1587 Joannes Venetus.

1601 Joannes Andreaſius. Obiit 23. Octobris 1615.

1615 Fabritius Tolla Canon. Caſtell. Obiit 20. Dec. 1630. cui poſitum fuit hoc emortuale elogium.

„ Præfuit huic Vigilans Donatus pelle Lacertos
„ Fabritius Tolla conditus hoc tumulo,

„ Tol-

„ Tolla tullit, Fama tullit, tullit aſpera Parca
„ In decus, hæc gloria tertia ad aſtra locum.

1630 Sebaſtianus Nave Archipresb. Congreg. S. Canciani. Tumulatus fuit in Eccleſia cum hoc elogio.

„ Ædis hujuſce Præſulis vigilantiſſimi, ac SS. Cancii, „ Canciani &c. Archipresbyteri optime meriti hoc „ teguntur oſſa lapide, qui moribus perſpicuus. Ob. „ Poſtridie Idus Octobris MDCLVIII.

1658 Franciſcus Medici. Ob. 14. Novemb. 1663.

1663. 13. Decemb. Marcus Antonius Quirinus. Ob. 17. Decemb. 1699.

1663 20. Decemb. Hercules Febo Archipresb. Congr. Sancti Cantiani. Ab hoc additi ſunt Eccleſiæ duo Acolyti Titulati. Ob. 23. Octob. 1711.

1711 Antonius Sphile. Ob. 6. Junii 1723.

1723 9. Junii Joannes Baptiſta Molinus Canon. Ducal. Eccleſiam, quam ſummo labore reædificari curavit, etiam ſacræ conſecrationis munere decorari ſtuduit. Obiit 20. Febr. 1750. M. V.

1750 M. V. 26. Febr. Michael Faſuol.

Digitized by Google

DE
MONASTERIO
S. MARIÆ A NAZARETH
Carmelitarum Excalceatorum.

ILluſtris Carmelitarum Excalceatorum ordo mirabili divinæ bonitatis diſpoſitione in Hiſpaniis a Seraphica Virgine Thereſia inſtitutus, atque per Europæ & Aſiæ Provincias diffuſus, primam in Urbe Venetiarum ſedem fixit anno MDCXXXIII. Eo anno Venetias appulſus, ut verbum Dei diſſeminaret, Fr. Agathangelus a Jeſu Maria, qui inter ſuos Diffinitoris Generalis munere ſungebatur, cum vitæ auſteritate, atque animarum zelo omnium civium in ſe provocaſſet affectum, a Veneto Senatu petiit, ut hoſpitii Venetiis condendi fieret ſibi facultas. Vota optimi viri excepit aure facili S. C. latoque ad diem VI. Maii ſuperius enuntiati anni decreto, ut Carmelitico Excalceatorum Ordini Venetiis hoſpitium extrueretur, indulſit. Hoſpites viros excepit prima omnium S. Canciani Parœcia, anguſtasque ædes pretio condu-

ctas

ctas die VIII. Septembris uno ex ſociis comitante ingreſſus eſt ſupralaudatus Agathangelus, ubi in ſumma egeſtate victitantes virtutum merito, & morum ſuavitate magnam Urbis benevolentiam ſibi conciliarunt. Sequenti anno cum in Agathangeli locum præfectus fuiſſet Veneto Hoſpitio, cum Vicarii titulo, Fr. Fidelis ab Aſcenſione, de Oratorio intra ipſius Hoſpitii domeſticos parietes condendo conſilium iniit, ut Fratribus ibi degentibus, qui in proxima Divæ Mariæ Novæ Eccleſia ſacra peragebant, facilior ad divina Officia celebranda opportunitas adveniret; quod factum eſt die VII. Septembris ejusdem anni MDCXXXIV. Cum autem frequens ad optimos viros de animarum ſalute conſulendos fieret hominum concurſus, ad latiorem domum in Inſula Judaicæ die 11. Maii anno MCCXXXV. ſe deduxerunt.

In ea Religioſi viri, licet in arcta rerum omnium anguſtia, commorati ſunt, usque ad annum MDCXXXXVI. quo anno die XVI. Septembris Divina largiente clementia extruendi Monaſterii facultatem, ſibi a Senatu elargitam læti exceperunt. Itaque a Judaicæ domo digreſſi, quoadusque opportuni loci ſeſe offerret occaſio, Ædes D. Gregorii pretio magno ab Abbate loci conductas incolere cœperunt die XXIX. Maii anni ſequentis. Sæpe ſæpius de Monaſterio in iis Ædibus extruendo actum eſt, verum cum de pretio loci rigidæ nimis conditiones apponerentur, anno MDCIL. oblationem aptioris ſitus ſibi factam amplexantes, die XXIII. Auguſti locum, in quo modo degunt, æquis conditionibus emerunt.

Re per Urbem vulgata, ut præclari operis initia cito ad perfectionem deducerentur, plurimi laudabili æmulatione incitati ingentem pecuniæ ſummam ultro detulerunt. Anguſta primum Eccleſia ipſo anno erecta fuit, quam benedixit Joannes Franciſcus Maurocenus Venetiarum Patriarcha, atque ex antiqua Deiparæ effigie ad aram majorem collocata titulo S. Mariæ de Nazareth inſignivit. Imaginem hanc olim (ut fertur) in Inſula S. Mariæ de Nazareth exculptam, Fratres Eremitarum S. Auguſtini, qui ea in inſula degebant, dum ex publico decreto, Læmocomio ibi extruendo (Lazaretto Vecchio) locum cedunt, ſecum delatam Monialibus S. Annæ obtulerunt. Eam poſtmodum Sanctimoniales, ut ſolemnius hono-

 rare-

raretur, Carmelitis Excalceatis dono dederunt, ut novæ Eccleſiæ fundandæ nomen fieret & ornamentum.

Nec multo poſt, Chriſtifidelibus ad nobilioris ſacræ ædis erectionem opes liberaliter erogantibus, auguſtioris Templi fundamenta jacta ſunt, quod anno MDCLXXX. ornatiſſime abſolutum prodiit marmorum varietate, & elegantia cumulatiſſime decoratum.

Splendorem Templi magnificus ipſius proſpectus ex candido Carrariæ marmore exſurgens mire adauget, quem Hieronymus Cavazza Nobilis Venetus magnis impenſis erigendum curavit: Ut vero inſigne Templum Eccleſiaſticis etiam inſigniretur honoribus, anno MDCCV. ſolemnem ejus conſecrationem peregit Elias a S. Alberto Carmelita Excalceatus Epiſcopus Aſpaenſis, quod marmorea epigraphe teſtatur.

D. O. M.

„ Templum hoc B. V. Mariæ a Nazareth dicatum pio fi-
„ delium ære a Carmelitis Excalceatis erectum. A. N. V. C.
„ Hieronymo Cavazza proſpectu exornatum Illuſtriſſimi &
„ Reverendiſſimi D. Jo. Baduarii Patriarchæ Venetiarum aſ-
„ ſenſu ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Fratre Elia a San-
„ cto Alberto Carm. Excalc. Epiſcopo Aſpaenſi conſecratum
„ fuit, Anno Dom. MDCCV. die XI. Octob.

Sacratiſſimi clavi, quo Redemptor Mundi affixus fuit Cruci, cuſpidem ad digiti longitudinem, & paris menſuræ ejuſdem vivificæ Crucis inſigne fragmentum ad ditandum Crucifixi Domini altare pretioſiſſimos theſauros pio munere obtulit Andreas Lumagha, qui & magnam pecuniæ vim in Templi ædificationem inſumpſit, & marmoream aram, (quam ut vivens erigeret, morte interveniente prohibitus fuit) ex teſtamento legavit. Argenteis iiſque magnificis tabernaculis ſacra hæc pignora aſſervantur incluſa; iiſque ad augendum Eccleſiæ decus accedunt Seraphicæ Virginis Thereſiæ dens integer, atque alius pariter dens S. Joannis a Cruce, ſimul cum ejuſdem Divi incorruptæ carnis fruſtulo & demum Sancti Venetorum Ducis Petri Urſeoli pars Fibulæ; quæ Divorum ſacra pignora publicæ Chriſtifidelium pietati in ipſorum ſolemniis decenti honore exhibentur.

Jacet

Jacet in hac Eccleſia tumulatus Ludovicus Flangini Venetarum navium ſupremus Dux, qui dum in navali conflictu adverſus Turcas ſtrenue decertat, ictu tormenti bellici percuſſus, conſtantiſſime obiit, egregia virtute, & bellicæ navalis rei peritia illuſtris, cui hoc appoſitum fuit emortuale elogium.

„ Cineres Ludovici Flangini ſummi navium Præfecti, qui
„ poſt bellicas laurus in navali conflictu ad Imbrum pro fi-
„ de & patria fortiter pugnans occubuit xvi. Jun. MDCCXVII.

Series Priorum S. Mariæ a Nazareth Carmelitarum Excalceatorum.

Prima (ut diximus) Venetæ fundationis exordia diſpoſuit Fr. Agathangelus a Jeſu Maria anno 1633. cui deinde cum Vicarii titulo ſucceſſit, anno 1634. Fr. Fidelis ab Aſcenſione. Extructum poſtea in D. Luciæ Parœcia Cœnobium proprios Priores accepit, quorum primus fuit Fr. Simon a Sancto Paulo.

1647 Simon a Sancto Paulo.
1650 Clemens a S. Pantaleone. Iterum 1682.
1652 Hilarion a Cruce.
1653 Petrus Martyr a Reſurrectione.
1655 Cyprianus a Salvatore. Iterum 1661. 1670. Ob. Venetiis 1691. virtutibus & pietate clariſſimus.
1658 Paulus Franciſcus a Sancto Joanne.
1664 Redemptus a Cruce. Iterum 1676.
1667 Antonius Maria ab Aſcenſione.
1673 Claudius a Sancto Luca. Eximiæ pietatis vir.
1679 Joſeph Angelus a S. Franciſco.
1685 Laurentius Juſtinianus a S. Eliſeo. Iterum 1691.
1688 Angelus Benedictus ab Aſcenſione.
1694 Franciſcus Joſeph a Præſepe.
1697 Jannes Evangeliſta a Jeſu. Iterum 1724.
1700 Baſilius a S. Ignatio.
1703 Seraphinus a S. Tereſia.
1706 Angelus ab Annunciatione.
1709 Lazarus a S. Antonino.

1711

Digitized by Google

1711 Octavius a S. Franciſco.
1712 Hilarius a S. Auguſtino.
1715 Caſimirus a SS. Sacramento. Iterum 1718. 1727.
1728 Onuphrius a S. Bernardo.
1730 Carolus Alexander a S. Valeria. Ob. in munere die xviii. Decemb. 1732.
1733 Simon a S. Paulo.
1733 Angelus Franciſcus a S. Eliſabeth.
1736 Angelus ab Annunciatione. Iterum 1748.
1739 Petrus Paulus a S. Tereſia.
1742 Seraphinus a S. Carolo.
1745 Paulinus ab Annunciatione.

Floruerunt in hoc Cœnobio quamplurimi pietate, orationis ſtudio, atque virtutum exercitio præclari viri, quos inter potiſſimum recenſendus eſt Blaſius a SS. Sacramento natione Venetus, qui in Perſiæ miſſionibus per annos ultra ſexdecim, toto pectore Domini vineam excoluit.

DE

Digitized by Google

DE
ECCLESIA PAROCHIALI
SANCTI HIEREMIÆ
PROPHETÆ.

Pios viros, qui Eccleſiam S. Hieremiæ Prophetæ in regionis, quæ Canalis Regius dicitur, extrema parte fundarunt, eamque inæſtimabilis pretii theſauro, Brachio nempe S. Bartholomæi Apoſtoli a Beneventi urbe delato ditarunt, ex accuratiſſimo Andreæ Danduli Ducis Chronico addiſcimus; hæc enim lib. IX. cap. VII. par. V. affert: “ Dum ex ſeditionibus Normannorum, Græcorum, & Saracenorum Apulia plurimis afflictationibus torqueretur, Maurus Torcellus, & Bartholomæus ejus filius cum ſuis navibus in Apuliam navigantes a quibuſdam Caloieris de Benevento, pretio, & precibus brachium S. Bartholomæi Apoſtoli obtinuerunt, quod Venetias redeuntes in Eccleſia S. Hieremiæ Prophetæ, de qua fuerant principales Fundatores, digne diſpoſuerunt. “ Cum vero delationem ſacri pignoris laudatiſſimus author inter geſta Dominici Contareni, qui ad Ducale

faſti-

faſtigium aſſumptus fuit, anno Domini MXLIII. recenſeat, eamque inter Clementis II. & Damaſi pariter II electiones reponat, anno MXLVII ex Calmetii Chronologia aſſignanda videtur, ſiquidem Clemens II. electus fuit die XXV. Decembris anno MXLVI. Damaſus vero Clementi ſubſtitutus fuit, initio anni MXLVIII. Marinus Sanutus ædificationis hujuſce meritum ſupralaudati Marci Torcelli progenitoribus aſſignat; translationem vero Dominico Flabianico Duce Dominici Contareni ſucceſſore peractam fuiſſe aſſerit: cum vero authorem hunc ſæpe ſæpius in temporum annotationibus erraſſe compertum ſit, Dandulo potior fides eſt adhibenda. " In queſto tempo fu condotto a Venezia il Braccio di S. Bortolameo Apoſtolo e poſto nella Chieſa di S. Geremia Profetta in Canal Reggio; il quale lo portarono uno nominato Moro Torricello, e Bortolameo ſuo figliuolo, i quali avendo modo di trarlo con dinari da alcuni Callogeri di Bonivento, e perche li ſuoi aveano edificata la Chieſa di S. Gieremia, vollero in quella colocarlo ". Dandulo concordat Joannes Jacobus Caroldus junior rerum Venetarum Chronologus, ſacri brachii tranſlationem ad tempora Dominici Contareni deducens, & Maurum ejusque filium Bartholomæum præcipuos fundatores Eccleſiæ fuiſſe aſſeverans. " In tempo di Domenico Contarini eſſendo la Puglia molto afflitta per le ſeditioni de Romani, Greci, e Saraceni, Mauro Torſillo, e Bartolomeo ſuo figliolo, li quali con le navi loro praticavano, e negotiavano in quelle parti, hebbero modo di havere da certi Calogieri di Benevento & con danari, & con preghiere e promeſſe il brazzo di S. Bartolomeo Apoſtolo, la qual ſanta reliquia nel ritorno loro depoſero nella Chieſa di S. Gieremia Profetta, della quale li ſopradetti furono principali fondatori.

Verum cum Eccleſia anno MCCXXIII. ſæculo ab ejus fundatione vix elapſo ad ruinam vergeret, dicendum profecto eſt, vel ſignatum a Dandulo tempus origine præceſſiſſe, vel ex ligneis parietibus, ut aliquando mos erat illius ævi, compactam fuiſſe. Utcumque res ſit, Sebaſtianus Ziani, qui antequam ad Ducalem dignitatem eveheretur, in eo confinio poſitas paternas ædes incolebat, Eccleſiam S. Hieremiæ, nova molitione indigentem a fundamentis reſtauravit.

Con-

Conſecrationis munus renovato Templo contulit Simeon Maurus Epiſc. Caſtell. cui ad augendum feſtivitatis decorem adſtiterunt Nicolaus Natalis Epiſcopus Caprulanus, atque Benedictus Parentinus. Solemnitatis memoria, & indulgentia in anniverſaria die ab iis, qui interfuerunt, Epiſcopis conceſſæ, ne temporum injuria deperirent, lapidi creditæ fuerunt, cui inciſa legitur hæc epigraphe.

„ Anno Domini MCCLXXXII. Menſe Junii Die prima Indi-
„ ctione v. Conſecrata fuit iſta Eccleſia ad honorem Dei Om-
„ nipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Beatæ Mariæ
„ Virginis, & Beati Hieremiæ Prophetæ per Venerabilem Pa-
„ trem Dominum S. (Simeonem) Maurum Dei gratia Epiſco-
„ pum Caſtellanum, aſſiſtentibus aliis Epiſcopis videlicet Do-
„ mino Nicolao Natali Epiſcopo Caprulano, & Domino Bene-
„ dicto Epiſcopo Parent. Dom. Nicolao Theupulo exiſtente
„ Pleb. & DD. Marco Liſi, & Joanne Vendelino Procurato-
„ ribus. Et eſt ſciendum quod quolibet anno in die Anni-
„ verſario Dedic. ejus facta eſt Indulgentia 40. dierum. Va-
„ let iſta indulgentia XV. diebus.

Anonymi Scriptoris vetus Chronico MS. refert, anno MCCXLVII. die X. Martii Petrum Pinum Epiſcopum Caſtellanum adſtantibus Joanne Archiepiſcopo Raguſino, atque Leonardo Equilino Epiſcopo aram Principem Deiparæ Virgini, Divisque Angelorum ordinibus dedicatam conſecraſſe.

Præter recenſitum Sancti Apoſtoli Bartholomæi brachium aſſervantur etiam decentibus loculis incluſæ nonnullæ Sanctorum Reliquiæ, quarum hæ notatu, & præcipua veneratione digniſſimæ recenſentur.

Brachium S. Irenis Virg. Mart. carne circumdatum, cui manus adhæret viva pariter carne protecta.

Portio Maxillæ S. Hieremiæ Prophetæ, cui adhuc dens inhæret, ejusque Biretum (Caputium vocant) quarum quidem reliquiarum cum documenta non ſuppetant, meum non eſt ipſarum autenthicitatem comprobare.

Corpus S. Magni Civis Altinatis Opitergii primum, mox Heracleæ Epiſcopi, qui (ut traditur) in Veneta urbe multas Divino juſſu fundavit Eccleſias. Ex Heraclea Urbe, quæ ex incendii bellique ruinis reſtituta Civitas Nova poſtmodum appellata fuit, venerabiles ſanctiſſimi Antiſtitis exuviæ Vene-

Digitized by Google

tias deportatæ fuerunt anno MCCVI. atque in Parochiali Divi Hieremiæ Templo collocatæ. Cur autem Eccleſia S. Hieremiæ præ cæteris electa fuerit, ut tanto pignore ditaretur, cauſam promit antiquus ms. Codex, ex quo accepimus, Divum Magnum Opiterginum Epiſcopum in Altinate Urbe ex Familia Frigeria ortum habuiſſe, quæ deinde familia Venetias ex Barbaricæ incurſionis metu adveniens in extrema Urbis parte ſibi ædes poſuit; in quibus & ipſe Divus Epiſcopus, dum Venetiis degeret, aliquandiu commoratus eſt, cujus in rei teſtimonium oſtenditur anguſtum quoddam, & obſcurum cubiculum in eadem domo ad terræ ſuperficiem ſitum, in quo ſanctum virum habitaſſe, memoriæ proditum eſt, quodque etiam nunc ex ipſius incolatu (la Camera di S. Magno) nuncupatur. Cum vero hujuſmodi enarratio nullo certioris notæ documento fulciatur, jure revocari poteſt in dubium.

Si tamen conjecturas captare licet, veriſimile eſt, Petrum Ziani (cujus Ducatus tempore translatio peracta fuit) Sebaſtiani Ducis Patris ſui, qui labentem Eccleſiam renovaverat, pietatem æmulatum, ſacras exuvias ad Eccleſiam, in cujus confinio paternas ædes incoluerat, deduci juſſiſſe. Sacri corporis translationem Venetiis factam memorat Romanum Martyrologium die VI. Octobris, Divique Epiſcopi corpus Venetias in Baſilica S. Hieremiæ quieſcere, aſſerunt Maurolicus & Galeſinus in ſuis Martyrologiis ad diem VI. Octobris, ex quibus iſte primæ Sedis, quam Sanctus Epiſcopus tenuit, memoriam ingerit his verbis: “ Opitergii in Carnis S. Magni Ep. „ & C. cujus corpus Venetias translatum pie religioſeque „ in Baſilica S. Hieremiæ reconditum eſt. “ Ille autem Eccleſiam a ſancto viro fundatam aſſerit: “ Heracleæ in ſinu „ Hadriæ Magni ejus Urbis Epiſcopi Venetiis in æde S. Hie„ remiæ tumulati, anno Salutis 1206.

Venerabilis Viri geſta, quæ ex injuriis temporum ſuperfuerunt, in antiquo codice pergameno Venetiis in æde ſacra Divi Marci ad uſum Matutinalium Lectionum olim aſſervato recenſentur, quæ etiam ab alio vetuſtioris ævi Chronico ms. exhibentur his verbis:

IN-

Digitized by Google

INCIPIT LEGENDA

S. MAGNI EPISCOPI & CONFESSORIS.

„ ALmus Confeſſor B. Magnus, natione Altinenſis, a pri-
„ mævo ætatis ſuæ flore cœpit inquirere Dominum:
„ & prævia Dei gratia meruit ad Ordinem ſacerdotii promo-
„ veri. Et ex nunc in amore, & fervore ſervitii Dei ita
„ accenſus fuit, quod omnia mundana relinquens, in reclu-
„ ſorio ſolus habitabat ut liberius ſervire Deo poſſet: ibi ſe-
„ que totum Domino mani parit. Incolæ autem & populi
„ circumſtantes continue ad eum fluebant, & monita ſalutis
„ devotiſſime reportabant. Sed ut per ipſum Dominus mul-
„ ta ſigna eſt operatus. Nam quotquot infirmi ad eum cum
„ devotione ibant, reportabant integram ſanitatem. Facta
„ ergo deſtructione & excidio civitatis ad Civitatem Eraclia-
„ nam ſe tranſtulit, quæ nunc Civitas nova appellatur: ubi
„ tamquam conſolator omnium exiſtebat. Nam omnes No-
„ biles de multis partibus a facie, & incurſu Longobardo-
„ rum, & aliarum gentium fugiebant ad inſulas, & lacunas
„ Venetiarum, & ad ipſum, tanquam ad ultimum ſuæ con-
„ ſolationis, refugium, ſe in ſuis tribulationibus reducebant,
„ quos conſolabatur continue in Domino Jeſu Chriſto.

„ Videntes autem ſuam admirabilem ſanctitatem, eum om-
„ nes fideles ibidem in ſuum Antiſtitem, & Epiſcopum ele-
„ gerunt. Sed ipſo non mutato modo vivendi, ſed priſtinam
„ formam retinens, aliis ſe æqualis, imo minor aliis videbatur.
„ Hujus autem tempore eidem fuit revelatum, quomodo civitas
„ Venetiarum debebat ædificari. Et ſicut fuit revelatum ſic
„ poſtea factum fuit. Nam ipſi in ſpiritu rapto, apparuit *Bea-*
„ *tus Petrus Apoſtolus*, qui ei dixit: Sacerdos Dei voluntas
„ divina eſt, quod una civitas in lacunis Venetiarum ædifi-
„ cetur & volo, quod ex uno capite *mihi Eccleſia* erigatur,
„ Quoniam illius civitatis volo ſpecialis protector eſſe. Cui
„ ille: quis es Domine? & ille: Ego ſum *Petrus Apoſtolus*

Digitized by Google

„ Dei Chriſti. Cui ille: & quomodo faciam, & in quo loco
„ debeo illam Eccleſiam ædificare ignoro. Et Apoſtolus ait:
„ Vadas ad iſtos nobiles Venetos, & eis dicas ex parte mea,
„ quod per lacunas Venetiarum diligenter inquirant; & ubi
„ invenerint oves & boves paſcentes, ibi debeant mihi Ec-
„ cleſiam fabricare.

„ Poſt hæc S. Magno apparuit unus *Angelus* dicens: Ser-
„ ve Dei dic iſtis incolis, quod *Eccleſiam* mihi *ædificent* in
„ alio capite, ubi debet civitas Venetiarum ædificari. Cui
„ Sanctus, quis es Domine? Et Angelus Raphael: Ego ſum
„ *Angelus Raphael*, qui iſtius civitatis protector eſſe volo.
„ Cui Beatus Magnus: Et ubi vis, quod Eccleſia ædificatur?
„ & Angelus: Ubi invenietis multas oves ad invicem con-
„ gregatas, ibi ad honorem meum Eccleſiam ædificetis. Ille
„ autem locus vocatur *Dorſo duro:* ubi nunc eſt *Eccleſia*
„ *S. Raphaelis*, & in uno capite Venetiarum, ſicut Eccleſia
„ B. Petri in alio capite ſita eſt.

„ Item ſibi apparuit Chriſtus, qui dixit ſe eſſe *Salvatorem*
„ mundi, & præcepit, quod Eccleſia ſibi ædificaretur in
„ medio civitatis, & ibi eſt nunc Eccleſia S. Salvatoris.
„ Item ſibi apparuit Virgo Mater Dei glorioſa, *formoſa* val-
„ de, quæ præcepit ſibi Eccleſiam ædificari, ubi invenirent in
„ lacunis nebulam quamdam albam: & ibi nunc *eſt Eccleſia*
„ *Sanctæ Mariæ Formoſæ:* & ſic vocatur illa Eccleſia, quia
„ B. Maria apparuit valde Formoſa. Prædicto Sancto appa-
„ ruit etiam *B. Joannes Baptiſta*, qui præcepit ædificari ſibi
„ Eccleſiam, & patri ſuo *Zachariæ*, dans ei ſignum in qui-
„ bus locis. Et in illis locis nunc ædificata eſt Eccleſia
„ *Sancti Zachariæ*, & Eccleſia *Sancti Johannis*, quæ dici-
„ tur *Bragora*.

„ Apparuit etiam ſibi B. Juſtina Virgo, in medio cujuſ-
„ dam nebulæ, & dixit ſe eſſe *B. Juſtinam* V. & M. quæ
„ volebat domicilium in Civitate Venetiarum habere. Et
„ dedit ei ſignum, quod ſibi Eccleſia ibi ædificaretur ubi vi-
„ tem inveniret producentem fructum novum. Et ibi nunc
„ eſt *Eccleſia ejus*. Item apparuerunt ei XII. Apoſtoli, qui
„ dixerunt ſe velle in civitate Venetiarum ædificanda *Baſili-*
„ *cam inſimul* habere, ubi XII. grues invenirentur, & ibi
„ nunc eſt *Eccleſia SS. Apoſtolorum*.

Iſtis

Digitized by Google

„ Iſtis revelationibus habitis ad Principes & tribunos acceſ-
„ ſit, & eis enarravit omnia, qui diligenter per lacunas &
„ inſulas inquirentes, omnia ſicut Sanctus Magnus dixerat
„ invenerunt. Et ſic Dominum glorificantes, Eccleſias illas
„ in proceſſum temporis ædificaverunt. Et ſic patet, quod
„ civitas Venetiarum nutu Dei fuerit ædificata. Prædictus au-
„ tem Sanctus Confeſſor Chriſti Magnus, in ſenectute bona
„ tradidit ſpiritum Deo, relinquens poſt ſe veſtigia & exem-
„ pla maximæ ſanctitatis. Corpus autem ejus fuit venerabi-
„ liter ſepultum. Ad cujus ſepulchrum multa miracula ſunt
„ oſtenſa. Jacebat autem in prædicta Civitate *Eracliana*, quæ
„ nunc dicitur *Civitas nova*. Poſtea autem translatum fuit,
„ de Civitate nova Venetias *in Eccleſia Sancti Jeremiæ Pro-*
„ *phetæ*, a viris illius contratæ ſub MCCVI. annis nona In-
„ dictione de Menſe Octobris, die ſexto intrante regnante
„ D. N. J. C. cui eſt honor & gloria in ſæculorum ſæcula.
„ Amen.

Ut Divi Magni Epiſcopi feſta dies inter præcipuas Urbis ſolemnitates adnumeraretur, S. C. Decreto ſancitum eſt die XXI. Decembris anno MCCCCLIV.

„ Fuit in principio originis hujus civitatis noſtræ glorioſus
„ *Sanctus Magnus Epiſcopus ex Altino Civitate*, qui per cæ-
„ leſtem revelationem ædificari fecit in hac urbe octo no-
„ tabiles Eccleſias, videl. *Sancti Petri Caſtelli*, *Sancti Raphae-*
„ *lis*, *Sancti Salvatoris*, *Sanctæ Mariæ Formoſæ*, *S. Job. Bra-*
„ *gora*, *Sancti Zachariæ*, *Sanctæ Juſtinæ*, & *Sanctorum Apo-*
„ *ſtolorum*: unde multa bona ſequuta ſunt, per quæ civitas
„ iſta noſtra, mediante divina gratia multum eſt ampliata,
„ & eadem favente in dies ampliatur. Unde convenientiſſi-
„ mum eſt ultra merita talis Sancti, propter etiam benefi-
„ cia collata huic civitati, eum convenire, & venerari.

„ Vadit pars, quod dies feſtivitatis ſuæ, qui venit die VII.
„ Octobr. ſit dies & feſtum ſolepmnem obſervari, quæ de-
„ beat per totam civitatem ſicut diebus ſuperioribus de *S.*
„ *Theodoro* decretum fuit, ut ſanctorum horum continuis ora-
„ tionibus clementiſſimus Deus noſter conſervare dignetur
„ ſtatum noſtrum in perpetua tranquillitate & pace.

Anno deinde MDLXIII. ex S. C. ſtatutum fuit, ut per Joannem

Tri-

Triviſanum Venetiarum Patriarcham, os ex Divi Magni Lipſanis extraheretur, hocque ſolemni indicta ſupplicatione ad Ducalem Divi Marci Baſilicam deduceretur, ubi divite incluſus reliquiario inter cæteras pretioſiores ejuſdem Eccleſiæ reliquias aſſervaretur, dieque VI. Octobris annuatim publicæ populi venerationi condigno honore exhiberetur. Tabulam aræ ad quam ſacrum Divi Magni corpus aſſervatur, Jacobus Palma depixit.

Chriſti Redemptoris Altare ex ſelectis marmoribus ſumptuoſe erectum, ejuſdem Crucifixi Domini ſimulacrum aſſervat, prodigiis illuſtre, quod Franciſcus Ord. Capuccinorum è patritia Gente Amulia Venetiis ortus Eccleſiæ huic, dum anno MDCII. in ipſa conciones quadrageſimales haberet, pio munere obtulit.

Adjacet Eccleſiæ magnificum hoſpitium a piis viris in Sodalitium congregatis erectum, quorum quidem virorum aſſidua cura eſt, defunctorum animas è peculiaris flammæ cruciatu hoſtiarum, & orationum ſuffragiis eripere.

Elenchus Plebanorum Eccleſiæ S. Hieremiæ.

1191 Marcus Valente. Ex ſententia Judicum Officialium ſuper bona communia.
1229 Paſchalis Juſto, Archipresb. Congr. SS. Hermacoræ & Fortunati. Ex cat. Cleri Cong.
1270 Salvator. Ex cat. Eccleſiæ.
1278 Marinus. Ex cat. Eccleſiæ.
1282 Nicolaus Theupulus. Ex lapide Conſecrationis Eccleſiæ.
1310 Matthæus aliis Melchior Ziani, exul ob conjurationem Bajamontis Theupoli, cui aſſenſerat. Ex Chronic. Savina.
1324 Marcus. Ex Ital. Sac. Ughel. Tom. x. pag. 83.
1348 Stephanus Nani. Ex rog. Victoris Can. S. Marci & Not.
1349 Petrus ab Argenta. Ex Arch. Patr.
1350 Marcus Præmarino de Fano Not. Ex rog. Marini Pleb. S. Gervaſii. Ob. 30. Dec. 1359.

1360

Digitized by Google

1360 Andreas Blanco primum Presb. S. Mar. Form. poſtea Pleb. S. Hieremiæ & Not. Ex rog. ejusdem.

1379 Michael. Ex rog. Franceſchini a Fructib. Presb. S. Agathæ & Not. Anno 1386. 30. Septemb. Teſtamentum condidit, in quo Luciam matrem ſuam hæredem reliquit.

1386 Victor Paninſaco. Ex rog. Franceſchini ſupradicti.

1396 Jacobus. Ex Arch. Patr.

1398 Martinus de Bernardinis primum Presbyter Sanctæ Mariæ Formoſæ, Archid. Caſtell. tranſiit ad Plebanatum S. Pantaleonis.

1401 Franciſcus Bonaventura Not. Judex ſuper Decimis. Ex rog. ipſius.

1414 Nicolaus Balbi. Ex rog. Andreæ Davanzago Not.

1438 Benedictus a Crucibus Not. & Aulæ Duc. Canc. poſtea Pleb. S. Mar. Form. Ex rog. ipſius.

1444 Matthæus Berenzino Not. Ex rog. ipſius.

1464 Franciſcus Thomaſinus Sacræ paginæ Profeſſor. Ex Teſt. Marci Thomaſini Decret. Doct. Archipresb. Caſtell. ipſius Fratris.

1465 Bernardus Triviſano. Ex rog. Nicolai Rubei Pleb. Sancti Leonardi & Not. Ob. 1470. 3. Aug.

1470 Nicolaus Reggia Not. Ex rog. ipſius.

1508 Jo. Franciſcus Riccius Decret. Doct. Ex Arch. Patr.

1514 Bernardus Zio Not. Ex rog. ejusdem.

1540 Marcus Antonius de Gallicis. Ex Arch. Patr. Ob. 1551. 25. Nov.

1551 1. Dec. Angelus Stella Cantor S. Marci. Ob. 1569. 25. Julii.

1569 5. Aug. Joannes a Capis. Ob. 1581. M. V. 7. Januar. Ex Arch. Eccl.

1581 M. V. 12. Jan. Paulus Florio. Ob. 8. Martii 1584.

1584 Hermacoras Joannes Maurus vulgo *Zan Moro*. Ob. tertio ſui regiminis menſe nondum expleto die ſexta Junii 1584.

1584 Jo. Baptiſta Ganato. Obiit 11. Apr. 1586.

1586 Paulus Niger Canon. Caſtell. Archipresb. Congr. Sancti Canciani. Ob. 15. Octob. 1609.

Digitized by Google

1609 Robertus Caſſano Can. Duc. tranſiit anno 1612. ad Vicariatum perpetuum S. Bartholomæi, Archipresbyt. Congr. S. Hermacoræ.

1612 4. Maii Bartholomæus Pulſella. Ob. 1619.

1619 Virgilius Bergaminus Archipresb. Cong. SS. Hermacoræ & Fortunati.

1632 Marcus Antonius Georgio. Ob. 14. Apr. 1649.

1649 Matthæus de Maphæis J. U. D. Ob. 29. Jun. 1654.

1654 Joanne de Comitibus Can. Duc. Ob. 30. Sept. 1669.

1669 Carolus Bianchi. Ob. 6. Sept. 1692.

1692 Joſeph Diotei Canon. Caſtell. Ob. 1707. M. V.

1707 M. V. Joſeph Fedrici Can. Duc. Ob. morte ſubitanea die xxvi. Dec. 1721. in Eccleſia Divi Paterniani.

1721 29. Dec. Natalis Roſellus. Ob. 20. Dec. 1726.

1726 23. Dec. Sanctus Battaglini Can. Duc. Ob. 3. Februarii 1739. M. V.

1739 M. V. 7. Febr. Jo. Baptiſta Speraſico Proth. Apoſtolicus J. U. D.

DE

DE
ECCLESIA
SANCTÆ MARIÆ
PŒNITENTIUM.

IN ea Urbis regione, quæ advenientibus a proximo agri Tarviſini continenti aditum præbet per canalem, quem Regium vocant, primum ſeſe offert conſpiciendum non amplum quidem, ſed ornatum Templum Deiparæ Virgini ſub titulo Patrocinii dicatum. Adjacens ei ampla domus mulieres pœnitentes excipit, quæ è diabolicis laqueis ereptæ in libertatem filiorum Dei, piis fidelium largitionibus enutritæ, in ea delitefcunt. Eximii operis author ſi non unicus ſaltem primarius fuit, Reginaldus Bellini Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii piiſſimus ſacerdos, qui in adminiſtrando pœnitentiæ ſacramento aſſiduus, animadvertit quamplures mulierculas ad alendam vitam honeſtis laboribus minus aptas, fame, & egeſtate cogi, ut turpem corporis quæ-

ſtum exerceant. Harum itaque miſeratus inopiam, magnum opus tenui principio eſt aggreſſus; ſiquidem conducta in Sanctæ Marinæ confinio anguſta domo tres vel quatuor hujuſmodi proſtituti pudoris fœminas ad ſalubrem criminum pœnitentiam revocatas in ea concluſit. Arduum profecto negotium, ſiquidem experientia compertum eſt, cum hujuſmodi fœminis irritos eſſe pios labores; & ſiqua ex eis reſipiſcat, non multo poſt in priſtinam vitæ fœditatem relabitur. Attamen vir Dei nec laboribus fractus, nec difficultatibus territus inchoatum opus conſtanter urgendo, alias atque alias in tuto locavit, donec creſcente earum numero ampliorem locum iiſdem recipiendis, alendiſque diſponere ſtatuit, collatoque cum aliquibus tum pecunioſis, tum nobilibus viris conſilio, iiſque probantibus, domus ſatis ampla in D. Hieremiæ confinio conducta eſt, in qua mulieres quamplures divinæ illuſtrationis lumine vocatæ, & ex impuritatis cœno ad integerrimæ vitæ converſationem adductæ, monialium in morem ſimul alebantur, ſtatutiſque regulis ad perfectam Chriſtianæ vitæ pietatem informabantur. Res cum univerſæ Civitatis plauſu excepta eſt, tantumque Divinæ largitatis munere aucta eſt, ut piorum hominum liberalitate non modo amplæ ædes ſtatuto pretio in jus pii loci devenerint, ſed, ut erant vetuſtæ, minuſque commodæ ſtructuræ, ab ſolum æquatæ in latiorem magiſque aptam formam graviſſimis ſumptibus brevi excreverint. Eximii inſtituti principia & incrementa tum conſilio, tum pecunia juverunt Joannes Baduarius Patriarcha Venetiarum, qui poſtea in Sacrum Cardinalium Collegium a Clemente XI. cooptatus Eccleſiæ Brixienſi præfectus eſt, & Paulus Contareno non minus morum pietate quam nobilitate generis Clariſſimus Sacerdos, cujus potiſſimum meritis, & laboribus Eccleſiæ, & Conſervatorii ædificatio eſt tribuenda.

Memoriæ proditur de tanto viro, quod cum in opere promovendo totis viribus adniteretur, ſæpe ad hominibus ſola Mundi prudentia inſtructis monitus fuerit, oleum & operam perdi in hiſce proſtitutæ vitæ mulierculis, ad bonam frugem reſtituendis, quippe in officio contineri diu non poſſint, & ut canis ad vomitum, prava conſuetudine in na-

turam

turam converſa, brevi ad pravum ingenium revertantur; quibus ille, ut hominem piiſſimum decebat, reponere conſuevit, ſe quoſcumque labores ſubiturum, dummodo ex iis conſequeretur, ſe unius impuritatis impediſſe flagitium.

Eccleſia pene ad perfectionem marmorea facie redacta, Divæque Mariæ Virginis, ut ſupra diximus, nomine & patrocinio conſpicua, quamplurima aſſervat Divorum Lipſana, duorumque præterea Sanctorum Martyrum corpora ſub adſcito nomine è Romanis Cœmeteriis extracta.

FINIS.

CATALOGO DE' SIG.RI ASSOCIATI,

Per ordine d' Alfabeto.

VENEZIA.

Il Sereniſſimo Pietro Grimani Doge.
Monſ. Ill. e Reverendiſs. Alviſe Foſcari Patriarca.
N. H. Miſ. Almorò Barbaro Proc.
N. H. ſ. Alviſe Giuſtinian Lollin.
N. H. ſ. Alviſe Co: Manin.
N. H. ſ. Alviſe Sangiantoffetti fu de ſ. Benedetto.
N. H. ſ. Alviſe Mocenigo K. Proc.
N. H. ſ. Ambroſo Priuli.
N. H. ſ. Gian Andrea Gritti, fu de ſ. Triadan.
N. H. ſ. Andrea Corner fu de ſ. Marco.
N. H. ſ. Andrea Memo de ſ. Piero.
N. H. ſ. Andrea da Lezze terzo K.
N. H. ſ. Antonio Co: Savorgnano.
N. H. ſ. Z. Antonio Riva fu de ſ. Alviſe.
N. H. ſ. Antonio Mocenigo K.
N. H. ſ. Antonio Vanaxel.
Ill. Sig. Alviſe Caortorta.
Il Molto Rev. P. D. Agoſtino Orzalli C. R. T.
Ill. Sig. Andrea Poletti.
Ill. Sig. Angelo Sabini.
Reverendiſs. Sig. D. Angelo Armetti Piovano di S. Silveſtro.
Reverendiſs. Sig. D. Angelo Ruopelli Piovano di Santi Apoſtoli.
Sig. Angelo Paſinello.
Ill. Sig. Apoſtolo Zeno.
P. D. Anſelmo Coſtadoni M. Camald.
Ill. Sig. Dottor Arcadio Capello Medico Fiſico.
Reverendiſs. Sig. D. Antonio Buſi Canonico Patriarcale, e Pievano di S. Giuliano.
M. R. D. Antonio Speziale Curato in San Canziano.
Sig. Antonio Zanon.
N. H. ſ. Alviſe Bragadin.
Rev. Sig. D. Antonio Mieni.
NN. HH. ſ. Andrea e Marco Corneri.
Il Reverendiſs. Sig. D. Antonio Poli, Pievano di S. Margherita, e Canonico Ducale.
N. H. ſ. Barbon Moroſini K. Proc.
Sig. Eredi Baglioni. *per quattro.*
N. H. ſ. Bernardo Nani fu de ſ. Antonio
N. H. ſ. Bernardino Polani.
Reverendiſs. Sig. D. Bartolomeo Treviſan, Canonico della Cattedrale, Arciprete della Congregazione di San Salvatore, e Pievano di SS. Ermagora, e Fortunato.
Reverendiſs. Sig. D. Bartolomeo Carminati Pievano di San Polo, Vicario di San Marco.
M. R. P. Bernardo Maria de Rubeis.
Il Reverendiſs. Sig. D. Bartolameo Novelli Arciprete della Congr. di S. Silveſtro Titolato in S. Angelo.
Il Reverendiſs. Sig. D. Bernardino Dottor da Re Pievano in S. Fantino.
Il Reverendiſs. Sig. D. Bartolameo Lanfranchi Pievano di S. Euſtachio.
N. H. ſ. Carlo Gradenigo.
Il Sig. Dottor Carlo Viſconti.
Reverendiſs. Sig. D. Clemente Petrobelli Pievano di S. Lio.
N. H. ſ. Domenico Gritti fu de ſ. Marc' Antonio.
Reverendiſs. Sig. D. Domenico Mazzoni Lettore dell' Inſtituta nell' Accademia de' Nobili.
Reverendiſs. D. Domenico Monelli Canonico di Caſtello.
N H. ſ. Franceſco Piſani fu del Sereniſſimo.
N. H. ſ. Franceſco Abate Baglioni.
N. H. ſ. Franceſco Rota fu de ſ. Gregorio.
Ill. e Reverendiſs. Abate D. Franceſco Rota de' Monaci Caſſineſi.
Ill. Sig. Co: Franceſco Fanſogna.
Ill. Sig. Franceſco Contarini.
Il Sig. D. Franceſco Granzotti.
Pad. D. Franceſco Vezelli Provinciale de' C. R. S.

Il

Digitized by Google

Il Sig. Franceſco Rigoni.
Reverendiſs. Sig. D. Franceſco Dottor Bottion Pievano di S. Angelo.
N. H. ſ. Gerolamo Aſcanio Giuſtinian fu de miſ. Gerolamo Pr.
N. H. ſ. Gio: Antonio Crotta.
N. D. Giulia Rota Monaca in S. Andrea.
Ill. Sig. Gabriel Rombenchi Conſole di Spagna e delle due Sicilie.
Ill. Sig. Abate Giacomo da Riva.
Il Sig. Dottor D. Giacomo Bagattini.
Reverendiſs. Sig. D. Giacomo Marchetti Canonico di S. Marco, e Pievano di S. Maria Mater Domini.
Reverendiſs. Sig. D. Giambattiſta Toſelli Pievano di S. Samuele.
Reverendiſs. Sig. D. Giambattiſta Orſini Pievano di S. Giminiano.
Reverendiſs. Sig. D. Giambattiſta Brunello Pievano di S. Tomà.
Il M. R. P. D. Giambatiſta Borini Provinciale della Congregazione del B. Pietro da Piſa.
Il M. R. Sig. D. Giambatiſta Cadorin.
Sig. Dottor D. Giambattiſta Baroni.
Sig. Giambattiſta Recurti.
Il M. R. P. M. Giammaria Trocchi.
P. D. Gianagoſtino Gradenigo Monaco Caſſinenſe.
Reverendiſs. Sig. D. Giandomenico Tamagnon Pievano di S. Canciano.
Reverendiſs. P. D. Gianfranceſco Baldini Generale de' C. R. S.
Ill. Sig. Co: Gianrinaldo Carli Rubbi.
Ill. Sig. Dottor Giovanni Paini.
Reverendiſs. Sig. D. Gio: Antonio Corſi Pievano di S. Baſſo.
Reverendiſs. D. Giovanni Ipſi Abate Generale de' Camaldoleſi.
Sig. Giovanni Aſtolfi.
Ill. Sig. Giuſeppe Comincioli.
M. R. Sig. Dottor D. Giuſeppe Bettoni.
Sig. Dottor D. Giuſeppe Piacentini di S. Maria Zobenigo.
Reverendiſs. Sig. D. Giuſeppe Petrogalli Canonico di S. Marco, e Pievano di S. Maurizio.
Il M. R. Sig. D. Giuſeppe Rimondi.
Padre Maeſtro Giuſeppe Maria Bergantini Provinciale de' Servi di Maria.
P. Giuſeppe Zauli della Compagnia di Gesù.
Reverendiſs. Sig. D. Girolamo Calura Pievano in S. Donato di Murano.
P. Girolamo Lombardi della Compagnia di Gesù, per due.
Ill. Sig. Grazioſo Bertocco.
Reverendiſs. Sig. D. Gregorio Bianchi Canonico della Cattedrale, Arciprete della Congregazione di S. Angelo, e Pievano di S. Pantalon.
Il Sig. Giovanni Manfrè.
Il Sig. Giuſeppe Remondini.
Reverendiſs. Sig. D. Giovanni Centani Pievano di S. Vitale, Canon. Ducale.
Ill. Sig. Dottor Gaetano Depantez.
Il Reverendiſs. Sig. D. Gianjacopo Fachi Pievano di S. Luca, ed Arciprete della Congregazione di S. Maria Mater Domini.
Il Reverendiſs. Sig. Don Giambatiſta Spreafighi, Pievano di S. Geremia.
N. H. ſ. Ignazio Co: Barziza.
Il Reverendiſs. Padre Abate D. Iſidoro Manzoni de' Canonici Regolari di S. Salvatore.
S. E. il Sig. Leopoldo Conte Taſſis.
La Libreria della Caſa Profeſſa della Compagnia di Gesù di Venezia.
La Libreria de' PP. Camaldoleſi di S. Mattia di Murano.
La Libreria de' PP. della Certoſa di Venezia.
La Libreria de' PP. Reformati di Venezia.
La Libreria di SS. Gio: e Paolo di Venezia.
Ill. Sig. Lorenzo Pezzana.
N. N. ſ. Marco Foſcarini K. e Pr.
N. H. ſ. Marco Co: Flangini.
N. H. ſ. Marco Molin.
N. H. ſ. Marin Contarini S. Marcilian.
Ill. Sig. Marc'Antonio Buſinello Segretario dell' Eccel. Senato.
Ill. Sig. Manfredo Piantoni.
Sig. Medoro Segatti.
Le RR. Monache della Croce della Giudecca.
Monſig. Marco Mainardi Vicario Vicar. di Monſig. Patriarca.
Il M. R. P. D. Nicolò Giuſtiniani Priore Caſſineſe.
N. H. ſ. Pier Gerolamo Capello.
N. H. ſ. Pietro Querini fu de ſ. Marchiò.

N. H.

Digitized by Google

N. H. ſ. Pietro Garzoni.

Reverendiſs. Sig. D. Pace Carnio Vicario perpetuo di S. Bortolamio, Canonico Patriarcale, ed Arciprete della Congregazione di S. Polo.

Ill. Sig. Pietro Franceſchi.

Li Reverendiſs. Preſidenti al Collegio delle Nove Congregazioni.

N. H. ſ. Sebaſtian Piſani.

Ill. Sig. Santorio Santorio Segretario dell' Eccel. Senato.

Il M. R. Sig. D. Sebaſtiano Sandri.

Reverendiſs. Sig. D. Simon Giuſeppe Graſſetti, Arciprete della Congregazione di S. Luca, e Piovano di San Moisè.

Sig. Tommaſo Temanza Architetto ed Ingegnere della Sereniſs. Repubblica di Venezia.

N. H. ſ. Vicenzo Gradenigo ſecondo fu di miſ. Vicenzo Proc.

Sig. Vicenzo Tolazzi.

N. H. ſ. Zuanne Soranzo fu de miſ. Franceſco Proc.

N. H. ſ. Zuanne Magno.

N. H. ſ. Zuanne Falier.

ADRIA.

Monſignor Veſcovo Pellegrin Co. Ferro.

ANVERSA.

Li RR. PP. Bollandiſti.

BAVIERA.

Il Sig. Giampaolo Gaſpari.

BOLOGNA.

Ill. Sig. Franceſco Argelati per due.

Il M. R. P. Giambatiſta Giovanelli de' Preti dell' Oratorio.

Il Sig. Pompilio Lorenzo Co: Mitti.

CHIERIGNAGO.

Reverendiſs. Sig. D. Vittorio Allegri Dottore, e Paroco di Chierignago.

CHIOGGIA.

Ill. e Reverendiſs. Monſ. Gianalberto Grandi Veſcovo.

FIRENZE.

Ill. Sig. Prepoſto Gianfranceſco Gori.

Il Sig. Giuſeppe Rigaci.

Il Sig. Giuſeppe Bouchard.

GEMONA.

L' Ill. Sig. Arciprete Giuſeppe Bini.

LIONE.

Sign. Fratelli de Tournes per 4.

LIPSIA.

Il Sig. Giovanni Gledtiſch per ſei.

LONDRA.

Ill. Sig. Houbly.

LUCCA.

Il M. R. P. Giandomenico Manſi.

MILANO.

Ill. Sig. Segretario Filippo Argelati per ſei.

NORIMBERGA.

Ill. Sig. Giovanni Baldaſſare Starch.

PADOVA.

Sua Eminenza il Sig. Cardinale Carlo Rezzonico Veſcovo.

La Libreria de' Monaci Caſſineſi di S. Giuſtina.

PARENZO.

Il Convento de' RR. PP. Domenicani Oſſervanti.

PI-

PISA.

Il M. R. P. Raimondo Adami P. P. nell' Univerſità di Piſa, e Provinciale de' Servi di Maria.

PRAGLIA.

La Libreria de' Monaci Caſſinenſi.

RAVENNA.

La Libreria di Claſſe.

ROMA.

Il Sig. Gregorio Roiſecco per due.

ROVIGO.

Ill. Sig. Lodovico Campo Canonico.

SIENA.

Il Reverendiſs. P. M. Fanzelli Generale dell' Ordine de' Servi di Maria.

TREVISO.

Ill. e Reverendiſs. Monſ. Paulo Franceſco Giuſtiniani Veſcovo.

Ill. Sig. Canonico Bocchi.

Ill. Sig. Canonico degli Azzoni Avogaro.

UDINE.

Sua Eminenza il Sig. Cardinal Dolfin, Patriarca di Aquileja.

Il M. R. Sig. D. Giandomenico Guerra.

VERONA.

Il Rev. Sig. Canonico Arciprete Gianfranceſco Muſelli.

Ill. Sig. Co: Ottolino Ottolini.

VICENZA.

Monſig. Illuſt. e Reverendiſs. Antonio Priuli Veſcovo.

Nel Tomo Settimo ſi regiſtreranno gli altri, non avendo permeſſo la riſtrettezza del tempo di raccoglierli tutti.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 2044 011 200 136

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

3506-792

WIDENER
JAN 1 9 2005
CANCELLED

STALL-STUDY
CHARGE

Digitized by Google

Digitized by Google